Universitätsbibliothek Paderborn

# Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.|| Secretarii Opervm ||

Poggio Bracciolini, Gian Francesco

Argentinae, 1513

VD16 ZV 12623

urn:nbn:de:hbz:466:1-14341

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 1519 a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4

# POGGII FLORENTINI ORATORIS CLARISSIMI, AC SEDIS APO. SECRETARII OPERVM

Bracciolini.

Eben. 1.7570

Primæ partis contenta.

Hiſtoria diſceptatiua de AVARICIA.
Hiſtoriȩ diſceptatiuȩ CONVIVALES tres.
De NOBILITATE liber diſceptatorius.
De humanȩ conditionis MISERIA libri duo.
RVINARVM urbis ROMAE deſcriptio.
ASINVS LVCIANI ꝑ Poggiū e grȩco in latinū verſus.
Liber INVECTIVARVM contra Fœlicem antipapam/ Franciſcum Phileſphum/& Laurentium Vallam.
Liber ORATIONVM variarum.

Secundæ partis contenta.

Liber EPISTOLARVM pluribus epiſtolis familiaribus antea non preſſis/ac lectu iocundiſſimis auctus.
In quibus digniora notatu ſunt hæc.
De laude RVRIS ſiue rei ruſticæ.
Balneorum BADENSIVM prope Thuregū deſcriptio.
HIERONYMI hȩretici obitus & ſupplicij enarratio.
De TRAIANI cæſaris excellentia.
Philippi Mariæ Ducis Mediolaneñ. epiſtola ad Poggiū/ & reſpō ſiua eiuſdem ſuper laudibus FLORENTINORVM.
In LASCIVE ſcribentes POETAS.
Diſceptatio pulchra ſuper prȩſtantia SCIPIONIS aphricani/& C. IVLII cæſaris.
Quā Dialogus notabilis apte ſequitur de INFOELICITATE PRINCIPVM.
Finem his omnibus FACETIARVM ſales ponunt.

Particulares prædictorum manuductiones ſtudioſus lector quȩrat poſt finē operū INDICE ſpeciali deſuper confecto: quæ prioribus addita ſunt quotatione ſua clarius ſecernente.

1513

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## THOMAS D. AVCVPARIVS POETA LAVreatus/excellenti & egregio viro d. Sebaſtiano Brant/ I. utriuſq; Doctori: & S.P.Q. Argentinenſis Cancellario/ S. D. P.

Nihil ego in hac mortali vita pſtãtiſſime vir/ utilius hoī eſſe arbitror bñficentia; qua alter alterum non ſolum adiuuare/ verum etiam meliorem & ſeipo pſtantiorem reddere pōteſt: propter quam veteres anteceſſores noſtri qui vel ingenio/ vl labore/vel virtutibus/vel rebus publicis prodeſſe ſtuduerunt: poſt multos hic in terris honores/poſt erectas ſtatuas immortaliū Deorum numero a poſteris ſumma cum veneratiōe aſſcripti ſunt / in laudem & memoriam eorum ſempiternam. Quum aūt inter cætera excellentiſſimū beneficentię genus ſit/quod circa ingeniū/ & lrarum ſtudia ad nobilitandos expoliendoſq; animos verſat: præcipuam laudē illi mereri videntur/quorum opera & diligentia illuſtriores fieri poſſumus: quorū etiam auxilio ex inculta & agreſti vita ciuilem ſocietatem ingreſſi / ratione qua a beſtijs differimus uti didicimus: quorum induſtria naturę ipſius arcana nobis aperuit: pietatē/iuſticiam/continentiā/& cæteras virtutes / omſq; bonas artes docuit; res memoratu dignas ad futurorū temporū utilitatem memorię mandauit: ad viuendum neceſſaria inuenit: diſciplinas ad uniuerſum humanę vitę cultum conſtituit. Quibus tandem effectum eſt: ut tanq̄ in tenebris conſtituti/& mortali conditione geniti/in lucem cognitionis & intellectus reducti diuinitatem aſſequuti eſſe videamur. Et quoniā Poggius hic Florentinus orator clariſſimus: qui annos plus q̄ quinquaginta ſecretarius apoſtolicus cum octo ſummis Pōtificibus in Romana Curia familiariter magno cum honore vixit: doctrina/eruditione/& ſcriptis elegantiſſimis tempora ſua decorauit: quibus vitę integritatē & animi conſtantiā oſtendens/pcipuus virtutum amator ſe beneficentiſſimū & memoria poſterorū dignum monſtrauit. Ex quibus ſcriptis/quum hactenus præter Facetiarū librum nihil fere aliarum editionū legentibus per Calcographos cōmunicatum ſit: ego qui varia eius opera diuerſis in locis quædā venuſto charactere p librarios quondam conſcripta collegi: quædam carie & vetuſtate pene corroſa/ ab interitu quodammodo non ſine difficultate eripui: ſtudio benefaciēdi tum Poggio viro doctiſſimo; tum ſtodioſis lectoribus: ut ex illis fructū aliquē/ rerum præteritarū noticiam/ſimul & latini ſermonis elegantiam haurire valeant: Ioanni Knoblouchio publico rei litterarię architecto & benefactori: quum Facetiarū librum prius impreſſum/iterum formis ſuis multiplicare inſtituiſſet: & a me illius exemplar poſtularet: ne optimus ille vir & clariſſimus orator omnē ætatem ſuā in facetijs (quæ pleriſq; in locis laſciuiunculę admodū ſunt pro ſcribendarū rerum exigentia & ſpurcicę) contriuiſſe exiſtimetur: aliquas ſuarū editionū Hiſtorias/ Orationes/ Inuectiuas/Epiſtolas/& deſcriptiones huic libro annectendas & cōprimendas ad communem cōmoditatem tradidi: ſperans in hoc auctori ipſi rem dignam/& lectoribus gratam: tibi vero viro excellenti & pſtantiſſimo ſtudiorū omniū obſeruatori/ benefactoriq; præcipuo/cuius nomini hæc inſcripta ſunt/ acceptam & beneplacitā preſtitiſſe. Vale. Argentoraci. xxix. Menſis Ianuarij. Anni. M.D.XI.

# POGGII FLORENTINI ORATORIS CLARISSIMI ac ſecretarij apoſtolici in Hiſtoriam cõuiualem diſceptiuã de Auaricia.

## PRAEFATIO.

Quoniam plures mortales mi Franciſce: non viuũt/ſed agunt vitam ( hoc em̃
omniũ eſt: illud perpaucorum ) fortunati illi eſſe videntur: quibus dono immorta
lis Dei contigit: ut poſſint dicere ſe vixiſſe. Id ego nõnullis noſtrę ætatis viris ac
cidiſſe puto: qui rebus a ſe editis/magnam laudem conſecuti ſunt: & nomen mul-
tis ſæculis duraturum. Nam & varia ſcriptorum genera e græcis latina reddide-
runt nobis: & ipſi ſua q̃dam cõſcripſerũt ſumma cũ doctrina atq; eloquẽtia: quibus
latinę muſę plurimũ decoris ſuſcęperũt atq; ornamẽti. Quoniã q̃dẽ rẽ haud ꝑdiffi
cilẽ illis fuiſſe arbitror: & gręca facundia eruditis/& omni doctrinarũ genere prę-
ſtãtibus. At vero mihi durior quædam ſcribẽdi ratio videt̃ eſſe ꝓpoſita: qui neq; e
gręca lingua ad uſum noſtrũ traducere poſſum: neq; hę ſunt meę facultates/ex q-
bus aliq̃d adhuc in publicũ auſim promere. Verũ cũ audaces quãdoq; fortuna ad Ouidius
iuuet: tẽtandum quoq; mihi viſum eſt: an ego quicq̃ poſſem afferre in cõmunem
utilitatem: quo & ſi non vixiſſe ut illi / at ſaltem non inaniter vixiſſe dicerer. Itaq;
ſumpſi onus ( neſcio an gratum multis ) mihi certe iocundum: & ut exiſtimo cę-
teris non inutile: ut referrem ſermonem habitum contra auariciam: ab his quos
ſcio haud inferiores illis qui habẽtur viri huius ſæculi doctiſſimi: ſi modo aſſequi
potuero/ut ea perinde atq; ab illis diſputata ſunt/a me litteris mandentur. Atqui
hoc eo audiẽtius aggreſſus ſum: q̃do pauciores ex eis fuere/qui vacarent ad cor-
reptionem vitiorum. quæ cum ſint diuerſa quæ vitam noſtram conturbant/ id po
tiſſime in hanc diſceptationem eſt collatum ex quo ſcelera omnia & maleficia ( ut
ait Cicero ) gignunt̃. Q; ſi cui forte aut planum nimis atq; humile videbitur dicẽ Cicero
di genus: aut non ſatis explicata ratio muneris ſuſcepti: is intelligat primũ me de-
lectari ea eloquentia/in qua non maior exiſtat intelligendi/q̃ legendi labor. Dein
de aduertat: nõ quantũ de eiuſmodi re diſſeri/ſed quid ingeniolum meum ſcribẽ-
do conſequi potuerit. Satis enim mihi viſum eſt proponere in medium copiolas/
quæcunq; hę ſint meas: ex quibus vel q̃ueant ſumere ( ſi qui forſan dignas exti-
matione aliqua arbitrarentur ) vel abſoluere aliquid perfectius: qui voluerint
emendandi atq; ampliora dicendi curam ſuſcipere. Tibi autem mi Franciſce vi-
ro & amiciſſimo mihi/& ingenio excellentiſſimo: cuius labore & induſtria noſtrę
linguę magnum incrementũ ſumpſere: hoc opuſculum tanq̃ ſtudiorum meorũ
primitias dicaui: ſubijciens illud eximię cenſurę tuę. Quod ſi probaris / ede illud:
quia fultum tua auctoritate/& ab alijs quoq; comprobatum iri confido. Sin vero
minus/ꝓijcito in ignem: veluti rem in cuius iactura parũ detrimẽti ſit futurũ. Cũ
ſatius ſit cõprimi errata amicorũ/q̃ efferri. Sed ut ſententiã rite ferre poſſis/ audias
iam quid hi loquant̃ inter quos eſt ſermo inſtitutus. Sunt enim quibus cum mihi
ſumma dum hic aderas/& periocũda fuit vitę cõſuetudo. quos cum audieris col-
loquẽtes/etſi non ſcribentes: ac ſaltem diſputantiũ gratia exiſtimo te non aſperna-
turum hoc munuſculũ. quod ſuſcipias oro in tutelam tuam/ nõ tanq̃ horridus iu-
dex & ſeuerus arbiter: ſed tanq̃ diſertus atq; elegãs patronus: qui ceſeas & agen-
dum tibi illius cauſam/& errata etiam defendenda.

# POGGII FLORENTINI ORATORIS CLARISSIMI AC SECRETARII APOSTOLICI HISTORIA CONVIVALIS DISCEPTATIVA DE AVARICIA ET LVXVRIA.

Et de fratre Bernardino: aliiſqꝫ concionatoribus.



Vm cenarēt Antonius luſcus: Cincius Romanus
nonnulliqꝫ alij ex Pōtificis ſecretarijs/cum Bartho
lomeo de monte pollíciano. Eos enim inuitaue
rat æſtiuis diebus more Romano ad vineam ſu
am/quæ eſt prope Baſilicam lateranenſem. Eue
nit ut ſermo poſt cenam̄ ſedentibus illis/tum vari
is de rebus/ut fit ſępius: tum vero de laudibus fra
tris Bernardini ( nam is tunc Romę pręḍicabat )
orriretur. Quem cum Antonius qui eum frequēs

*Antonius.*

audierat/maiorem immodum cōmendaret: Ho
mo eſt inquit inter omēs quos quidem audierim/
mea ſentētia eloquēs et ſatis eruditus. Sed qđ ego
pręcipuam dicēdi partem puto/ una in re maxime
excellit: in perſuadendo/ac excitandū affectibꝫ fle
ctit populum: & quo vult deducit/mouens ad lachrymas/& cum res patitur ad

*Cincius,*

riſum. Tum Cincius. Hunc ego virum continuo vellem cōmorari in hac urbe.
Multum enim profuit vox ſua huic populo: & ſalutaris fuit: tum ad emendatio
nem morum: tum vel maxime ad ſedandas / quæ multę & graues erant diſcordi
as ciuitatis. Eſt quippe ut dicis in eo magna vis ad mentes hominū permouēdas/
atqꝫ impellendas. verum una in re ( pace ſua dixerim ) errare mihi videntur &
ip̄e/& cęteri huiuſmodi pręḍicatores. Nam cum ſatis multa loquant̄/non accom
modant oratiōes ſuas ad noſtram utilitatem/ſed ad ſuam loquacitatem. Nec cu
rant quemadmodū medeantur ęgris animis/quorum curam profitētur: ſed quo
modo ſe plębi inſinuent/& eius captent plauſum. Itaqꝫ cum habeant res quaſdā
pręmeditatas/quas apud omnes oībus in locis tractare conſueuerunt: partim lo
quuntur de rebus reconditis & obſcuris apud indoctos: quas non capit vulgus.
partim fundunt verba in quæ incidunt/apud fœmellas & rudem plębem: quam
videas abire multo q̄ acceſſerat ſtultiorem. Nonnulli ita reprehendunt vitia per
ſępe/ut illa docere videantur: non quantum proſint verba eorum penſantes/ſed
quanti fiant a mulierculis/quorum donis & muneribus anhelant. ex quo ꝑpauci
vel nulli potius euadunt eorum ſermonibus meliores. Riſi multotiens quorun
dam ſtulticiam: qui cum egregie laudauerint quempiam/quem audierint pręḍi
cantem: ſi roges quid dixerint/quamobrem illum laudent: hęſitant atqꝫ obmute

*Antonius.*

ſcunt: aut ſe reſpondent neſcire. Hic Antonius. Nequaqꝫ hoc mireris inquit. Nul
lum enim ad hanc diem ex ip̄is audiui ( hunc noſtrum excipio ) qui mihi aliqua

*Artis dicendi tria*

in re ſatiſſaceret: quę quiḍem ad eloquentiam pertineret. Nam cum tria exiſtant/
in quibus ars dicendi omnis & facultas conſiſtit: ut doceantur auditores: ut dele
ctentur: ut moueātur. Ita multi eorum docent/ut ignorantię artem & ſtulticię do
ctrinam ſuſcępiſſe videantur. Ita delectant/ut nil ſit ipſorū voce & oratione mole
ſtius. Ita permouent audientiū animos: ut nulli accedant tam vigilantes/ tamqꝫ at

*Cincius*

tenti ad audiēdum/quin ad oſcitationem ſoporemqꝫ incitentur. Eſt ita Antoni ut
dicis inquit Cincius: & multis omnia/& huic quem excipis multa deſunt. Sed ego

non requiro ab eis quæ ſunt eloquentię propria/cuius ſe ignaros fatentur. Illud
valde admiror:cum docendi/admonendi/emendandi/ corrigendi munus pręſe
ferant/tam procul abeſſe a facultate atq; eorū quæ profitentur. Nam cum totū
annum exclamauerint atq; oblatrauerint/multa pollicētes:neminem vidimus ſu-
is vocibus effectum paulo emendatiorem. Cuius rei illa eſt pręcipua cauſa: ꝙ nō
accommodant verba ad ſummouendas eas infirmitates / quibus languent ani-
mi noſtri:ſed paſſim diſcurrunt ac vagantur per varia morborum genera: prout
fert libido loquendi/in nullius cura inſiſtentes. Q. ſi bonos imitarentur medicos:
aliquem fructum nobis afferret ipſorū labor. Sicut enim illi cum adhibent ægris/
naturam eius & vim morbi penitus inſpiciunt/quo rectius curent. Item iſti a qui
bus ſuſcipitur animarū ſalus:niſi diligenter/ ſcrutentur rimenturq;/quo quiq; vi-
tio maxime ſint infecti:eiſq; opem pręſtent:loqui diu ac multum poſſunt/ſanare
nulla ratione poſſunt. non plus ꝙ egerit ignarus morbi medicus. Tum Bartho- Barholom̄
lomeus. Sane hoc recte ſentis inquit. Nam cum vita noſtra ſit omnibus obnoxia
ac referta varijs quibus mederi oporteret: alia tamen ſcimus alijs & cōmuniora
eſſe & pernicioſiora:veluti luxuraim atq; Auariciam:quarum tanta eſt labes/ut
difficile ſit immaculatum ſe ab eis ſeruare. Hę ſunt tanq; duę humani generis pe- Peſtes duæ
ſtes acerrimę:quæ nullum vere intentatum relinquunt. & cum grauioribus indi- vitiorū.
gent remedijs/tamen perleuiter curantur. Nulla de his vitijs fit ab illis / niſi curſim
mentio. Si quando vero illa reprehenderint:ita ieiune/aride/inſulſe id agunt: nul-
la cum dignitate/neq; verborum/neq; ſententiarum:ut ſatius fuerit ſiluiſſe. Non
odium ingerunt peccandi:ſed ſtudium. Ita aperte turpia facta: aliquando deſcri-
bunt. Ob eam cauſam multos cognoui: qui cum ſtudioſe / accurate / longumq;
tempus interfuiſſent eiuſmodi ſermonibus: nihil neq; vita / neq; moribus pro-
fecerunt. Neq; id iniuria. Non enim curantur pro modo ſuę ægritudinis. Quid
autem prodeſt medicina non accōmodata vulneri? Sed audiunt quędam quę ob
liuiſcuntur priuſq; diſceſſerint:oleum atq; operam ut aiunt perdentes. At vero ſi
hæc duo inſectaretur vitia/quibus magna pars mortalium vexatur/ ſi his inſiſte-
rent/ſi deteſtarentur:magis ipſorum prodeſſet audientibus oratio. Ita enim ſen-
tio auaritiam/luxuriamq; tanq; ſedem eſſe ac fundamētum malorum omnium:
ut veriſſima ſit Priſci Catonis ſapientiſſimi viri ſententia:ciuitates auaricia atq; lu-
xuria laborare. quæ peſtes omnia magna imperia euerterunt. Eorum alterum cum
videat originem ducere a natura: tamen ratio adhiberi poteſt / & modus qui-
dam ne ſe efferat/utq; inter certas metas contineatur. Alterum cum ſit naturę ad-
uerſum/nulla ratione regi poteſt:neq; moderandum eſt id genus mali / ſed exci-
dendum. Nam luxuriam/ licet multorum malorum cauſam ſapientes dixerint:
eſt tamen aliqua ex parte ut poſſet fieri:veluti quæ admiſcetur procreatione libe-
rorum blandum malum:ſed ſibi ſoli nocens/non alteri: neq; alienum a conſerua- Blandum
tione generis humani. At auaricia eſt ad ſubuerſionem eius execrandum ſcelus malum lu-
omnibus nocens:omnes lędens:omnibus infenſum:cui nihil laudabilis/ nihil ho- xuria.
neſti poteſt eſſe coniunctum/monſtrum ingens. horrendum:ad perniciem gentiū
procreatum:ad delendum inter ſe hominum ſocietatem. Nihil eſt mihi credite fœ-
dius auaricia:nil turpius:nil horribilius. cuius ſi poſſet facies videri/magis nos ter
reret ꝙ furiarum agmen ex infimo tartaro eductum. Nolo exemplis uti: ne quē
mea verba offendant. at ſi liceret oſtenderem:ac re ipſa docerem:nullum malum/
nullum flagitium quod illa non ſuadeat/non importet ſecum. Nihil non bonita
tis quod non auferat ab eo quem occupauit. Denudat illum virtute omni:ſpoliat
amicitia/beniuolentia/charitate. Replet odio/fraude/maliuolētia/impietate:red
dens ex homine ſceleſtum portentum ac crudele:ut ſi reliqua omnia in unum vi-
tia congerantur:cum hoc ſolo non putem comparāda. tanta eſt illius immanitas.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hanc Bernardinus tuus Antoni: quem adeo laudas/ nunq̄ tetigit. ſemel dixit in
uſurarios: magis mouens populum ad riſum/ q̄ ad horrorem tanti criminis. Aua
riciam vero quæ ſenes perſuadet/ intactam reliquit. At in hanc erat inuehēdum.
in hanc excitandę ingenij vires: ſi quo modo poſſit eius ardor vel reſtringi vel mi
tigari. Sed poſtq̄ ab his rabulis noſtris de hiſce vitijs aut ſiletur/ aut dicitur ridicu
le: non eſſet alienum ab re noſtra: qui & illa euitare & boni eſſe cupimus/ quando
corporibus ſatiſfecimus aliquid inter nos diſſeri: ſiue de utroq̄/ ſiue de altero: q̄d
animo etiam prodeſſet/ niſi & nox immineret: & redeundum eſſet ad publica ne
Antonius. gocia/ quæ ſunt nobis a Pontifice demādata. Immo vero inquit Antonius & tem
poris paulum ſupereſt ad diſputandum: & dum hoc agimus/ publica quoq̄ tra
ctamus negocia: neq̄ paruo extimanda. Egregie quippe ſcriptum eſt a pręcepto
Seneca. re morum Seneca: in libro qui eſt de tranquillitate animi. Nō ſolum eos prodeſſe
reipublicę qui aſſunt alijs/ qui tuentur reos/ qui de pace belloq̄ cenſent: ſed illos
quoq̄ qui virtute inſtituunt animum: qui in luxuriam pecuniamq̄ currentes preſ
ſant/ ac retrahunt. Quare tentemus & ipſi/ ſi quid poſſumus prodeſſe hoc ſermo
ne noſtro: & ſi non cæteris/ at ſaltem nobis. Equidem lętor nos incidiſſe in hæc ver
ba/ ut diſceptemus pauliſper de horum vitiorum vi atq̄ natura: qua cognita/ illo
rum crimen culpamq̄ facilius euitemus. Quanq̄ fatebor vobis ingenue: alterū
ne poſſem/ iam anni effecerunt: alterum ne vellem/ tum natura conſecutus ſum:
tum vero plurimum litteris & doctrina. Mallem tamen dici aduerſus auariciam:
cum verear ne ſit neceſſe nos fieri auaros/ ob tenuitatem lucri: quo vix poſſumus
tueri officij noſtri dignitatem. Proſequere igitur Bartholomęe. et quod cępiſti/ ad
Bartholo. extremum perducas. Immo te inquit ille/ aut Cincium operirer. Meæ quidē fue
runt partes ut cęnaretis affatim ac laute: veſtrę nūc eſt humanitatis efficere: ut vi
deamini bene cęnauiſſe: quod plurimo ſermone atq̄ altercatione aliquando ſolet
Cincius fieri. Et antiquum eſt: bene inflatas tibias meliorem ſonum ſolere reddere. Probe
inquit Cincius & vocatur & partitur cōuiuij magiſter: ut cum ipſe corporū curam
Antonius. ſuſcæperit/ nos aliquid animo tribuamus. Tuum igitur inquit Antonius ſit hoc
Cincius munus: quādo quidem probas partitionem tuam. Video te Cincius ait/ dicendi
laborem ſubterfugere repletum cibo: ſed releuarem te hoc onere ego non nimi
um a cœna leuis: ni fieri videretur iniuria huic noſtro hoſpiti ornatiſſimo viro: cu
ius prudentia requirit/ ut non minorem animi recreandi facultatem/ q̄ corporis
paſcendi diligentiam habere videatur. Tunc enim refertum erit omnino volupta
te conuiuium: ſi animus quoq̄ aliquid ex eo deguſtarit/ cui ſatiſfacere certe te cō
Bartholo. uenit. Geram inquit ille morem vobis: licet hic pro meo iure vos poſſem cogere.
Dicam autem quæ in mentem veniūt: hac tamen lege primū/ ut mihi ſuccedas in
dicendo Antoni. Deinde ut ne expectetis a me accuratam orationē/ aut ſententi
as graues. Non enim poſt cęnam/ aut nimium prudēs & grauis ſermo/ aut dicen
di ordo eſt requirendus. Hæc cum dicerem ſuperuenit Andreas Conſtantinopo
litanus/ vir inſignis & litteris/ & religione: qui & ipſe inuitatus ad cœnam occu
Andreas. pationibus impeditus/ tardius venerat. Is cum plauſu omniū exciperetur/ cęna
ui inquit: ſed huc acceſſi deambulandi gratia/ atq̄ una confabulandi. Cum vero
tacerent omnes. Quid ille inquit/ ſilentium ne inter vos erat: ſumpta pręſertim cę
Antonius. na: an ego effeci ut ſileretis? Iſtuc ipſum inquit Antonius. Ingreſſi quidem eramus
eum ſermonem/ ut Bartholomęus contra auariciam aliquid polliceretur ſe dictu
rum. Cum in hunc deueniſſemus/ ex eius verbis/ qui nonnulla dixerat in auariciā
ac luxuriam: deteſtans utranq̄/ ſed auariciam magis: quę cum ſoleat eſſe quaſi co

gnata ſenectutis: dixi me de ea malle audire ex qua maius periculū immineret.
Te vero pręſente tacemus pudore commoti: ne fias noſtrarū cenſor ineptiarū.
Quanq̄ ſi quid inſulſius/aut ineptius diceretur: habēda eſſet nobis venia: Bar-
tholomeo autem tribuēdum: qui vinum patrium ſubminiſtrauit in cena. Sed
ipſe ſui errati penam luet. Hoc inquit tunc recte diceretur Antoni: ſi eſſetis qua- Andreas.
les legi in ſympoſio Platonis: oſcitantes: ebrij: ſomnolenti. Sed video vos admo
dum ſobrios: quare perge Bartholomęe: & me velis eſſe participem tuę ſentē-
tię. Ea eſt inquit ille ratio ut taceamus/cum te videamus & virum doctiſſimum
& theologum. Sed ego imperatus Andreas inquit veneram: non enim diſpu- Bartholo.
tationum/ſed compotationum hunc memineram ſolere eſſe locum. Tu ne in- Andreas
quit Antonius/admodum paratos nos cenſes/cibo refertos ac vino? Non quę- Antonius.
rimus philoſophica aut acuta quędam: ſed quę ſunt huius & loci & temporis.
Cum ille omnino recuſaret. Nos inquit Antonius: tempus hoc quod perbreue
eſt ad diſputandum terimus inani concertatione. Quamobrem ſequere quod
inſtitueras Bartholomęe. Hic ſe rogare nimium patitur. Faciam quod iubes il- Bartholo.
le inquit: non tam differendi cauſa/q̄ aut te/aut hunc prouocandi: ut inquit An
dreas: dummodo ego te audiam. Tum ille. Cum multa ſunt inquit/tum a chri
ſtianis doctiſſimis viris/tum vero a gentilibus & Græcis/& a latinis ſcripta: ſu-
peruacuum forte videtur de ea re amplius loqui: nos præſertim quorum ver-
ba haud magni penſabuntur. Sed poſtq̄ conferendi inter nos gratia/& ad uti
litatem noſtram aliquid dici placet: mihi quidem in primis quęrendum videtur
unde nomen auari (nam inde auaricia eſt) ducatur. Exiſtimo autem auaros
ideo appellatos nōnullos ꝙ auidi eſſent ęris. qui enim cupidi illius nimis erant:
atq; in eo quęrendo ſummam operam/plurimumq; ſtudij ponebant/auari no-
minabantur. Si hoc verum eſt inquit Antonius ſubridens/nulli modo exiſtūt Antonius.
auari. Auri enim argentiq; noſtri homines cupiditate ducūtur/non ęris. Atqui Bartholo.
inquit Bartholomeus/id nomen eiuſmodi hominibus tunc inditum fuit/cum
nondum eſſet ullus uſus vel aureę monetę/vel argenteę. Nam ęs ſolum in pre
cio eſt habitum apud Romanos uſq; ad bellum punicum primum. Quinq; en
annis ante id bellum/argentum primo eſt ſignatum bigarum & quadrigarum Eris/argen
nota: Anno urbis conditę quingenteſimo octogeſimo quinto. At anno poſt ſe- ti & auri ſi
cundo & ſexageſimo nummus aureus percuſſus eſt. Aes autem Seruius Tul- gnatura
lius primus ſignauit nota pecudum: unde & pecunia dicta: cum antea rudi ęre
uterentur. Ita licet variaretur monetę materia: idem tamen auaro nomen mãſ
ſit: ut auri/argenti/ęris/opum cupidi: atq; ita cupidi: ut oīe in id ſtudium ſuum
conferant: ſemper quærant: ſemper appetant/ſumptu abſtineant: nullum quę
ſtum abhorreant/vel lucro ſatientur: omnia referant ad ſuam utilitatem/propri
oq; cōmodo metiantur: recte dicantur auari. Vnde auaricia erit libido haben- Auaricia
di immenſa: vel potius fames quędam diuitiarum cumulandarū. Eſt enim aua
ri animus occupatus in quęrendo: deditus ſtudio theſauri: obnoxius cupidita
ti: pecuniarum ſeruus: quarum cura & ſollicitudine dies ac noctes torquetur.
Nunquam ut ſitis ſatiatur aut expletur cupiditatis ſitis: ſemper appetit: ſem-
per eget. Nam veteri prouerbio: tam deeſt auaro quod hābet/q̄ quod non ha-
bet. Cruciabitur ergo continua theſaurizandi ſiti: nulla dies/nulla hora pręter-
mittetur vacua ab hac cogitatione. Aeſtuabit ſemper/fluctuabitq; anxius ad
ſedandum fameſcentem auri appetitum. Igitur inſeruiet priuatæ utilitati: ad
eam accommodabit dicta ſua omnia/facta/cogitatus: ſibi ſoli/& rei ſuæ

intẽtus erit: oblitus publici cõmodi, quo fit ut id vitium ſit repugnante atq; ad-
uerſante natura: cuius prȩſcriptum atq; lex eſt / ut cõmunem utilitatem noſtræ
anteponamus: impellamurq; / ut velimus ꝓdeſſe q̃ plurimis. Vnde ſtoicus ille
**Cato.** Cato apud Cice. diſputat: Non eſſe magis vituperandũ proditorem patriæ / q̃
cõmunis utilitatis deſertorem / propter ſuam utilitatem. Cum ergo auarus ſibi
ſoli deditus / ſibi conſulens: non ſolum deſertor / ſed oppugnator ſit cõmunis uti-
litatis atq; hoſtis / ſui cõmodi cauſa: neq; proſit multis: ſed noceat omĩbus: certũ
eſt ip̃m veluti proditorem deſiſtere ab ipſius lege naturæ: contraq; eam eſſe aua-
riciam remotam atq; aduerſam ab utilitate publica. Ad quam conſeruandam /
tuendamq; editi ſumus. Hoc conſtituto / & illud ſequitur: Auarum nulla ratio-
ne poſſe eſſe virum bonum: ut em̃ quiſq; refert ad ſuum cõmodum quæcunq;
**Cicero** agit: ita minime eſt vir bonus, ut Tullius noſter tãgit in libris Officioꝝ. Auaa-
rus nulli dubium eſt / quin ad ſuum cõmodum reducat omnia quæ agit. Ideo
nullus unq̃ auarus erit vir bonus. Non ſolum autem non bonus: ſed & ſum-
me malus. Ip̃m enim nomen auari cum ſit in vitio / deſignat maliciam. Nam fie-
ri nequit: ut quis in auaricia verſetur / abſq; detrimento atq; iniuria multorũ. In
quo prȩcipue offenditur regina virtutum iuſticia. cum omnes auari actiones &
opera ab iniquitate proficiſcantur. Dum enim cupit augere opes: dum nititur
congregare pecunias: dum occupare terras poſſeſſionibus / iuſticiã omnẽ exu-
**ambroſius** it. ut ait beatus Ambroſius. Igitur cum vacet iuſticia / nullum ſcelus omittet ſpe
cõmodi oblata: fraudabit pauperes: diuitibꝰ inſidiabitur: expilabit ſocios: igno-
tos vexabit: extorquebit infirmos: rudes decipiet: nulla excogitabitur turpitu-
do / nullum malum facinus / nullum dedecus cui non aſſentiat: quod non per-
petretur oblata ſpe utilitatis. Ita nec amicitiam colere poterit / nec moueri beni-
uolentia. Nam quæ beniuolentia in eo erit / cui nihil eſt acceptius pecunia: aut
quem amabit qui ſeip̃m odit? Veriſſimum vetus prouerbium eſt. Auarus in
nullum bonus eſt / in ſe peſſimus. Quam vero amicitiam ſeruabit / qui qđ agit
& cogitat / pẽſat ac metitur propria utilitate? Quomodo ſubleuabit alios num-
mis / quos propter opprimit vitam ſuã? Qua nam ratione ſuſtentabit alterius
inopiam / qui ſe iudicat egentiſſimum? Non precibus mouebitur: non lachry-
mis: non fletu. Per medias lugentium erumnas tranſibit ad cumulandas opes.
Ip̃a miſerorũ corpora calcabit / ſi quid exprimere ſe poſſe putabit: acerbus: cru-
delis: impius. Quam ob rem eſt hic dignus communi odio mortalium: veluti
**Auarus oĩ-** publicus omniũ hoſtis: amouenduſq; ab hominũ conſortio tanq̃ ſeminariũ ma-
**bus odio** lorum. Nam quõ amari eum decet: qui ut cætera omittam: hȩc duo / ſcilicet amo-
rem & beniuolentiam humanȩ ſocietatis vincula: ſine quibus nulla / neq; pri-
uata / neq; publica res conſiſtit / aufert a nobis? quod quid eſt aliud q̃ delere fun-
ditus humanũ genus. At ip̃e potius delendus eſſet. Ip̃e aqua & igni interdicen-
dus: inutilis ciuitati: reipublicȩ perniciosus. Iniquum eſt enim ei locum eſſe in ci-
uitate: quem ſi omnes imitaremur / nullas omnino ciuitates haberemus. Nam
ſublatis beniuoleutia & amicitia / digladiabunt homines inter ſe: rapiniſq; ac cȩ-
dibus omnia permiſcebũtur. Sed vide quæſo quale hoc ſit malum: & q̃ cauen-
dum omni ætati. Conſueuerunt eſſe homines in ſenio prudentiores: ſapientio-
reſq; q̃ in reliqua vitã. Nam & uſu experientiaq; rerum multarum quas longa
ætate tractamus: prudentiam & legendo diſcendoq; diutius / ſapientiam conſe-
quimur: ut quo longius vixerimus / eo propius ad ſapientiam ſolemus accede-
re. Vnde quidam e Græcis ſapientiæ cultoribus queſtus eſt moriens: tunc ſe
exire e vita cum inciperet ſapere. At hæc peruerſa labes Auaricia / in ſenes
potiſſimum inuadit: eam ætatem expugnans: cui ad obſiſtendum plus robo-
ris / ac virium eſſe deberet. Eo autem imbecillitas mentes eorum deducit: ut

quibus minimo ſatis eſſet. Nam paruum eſt iter conficiendum: eo quęrant plu-
ra/quo egent paucioribus. Multa monſtra dicuntur a Poetis fuiſſe in terris: ſed
auarus ſenex/cuiuſuis monſtri exuperat deformitatem. Verum ut tanq̃ faciem
& picturam quandam auarorum conſpiciatis: referam illos Vergilij verſus exi-
mios/quibus harpyias deſcripſit: exprimens in eis naturam/formamq̃ auaricię.
tenes memoria ut opinor. Virginei volucrum vultus: fędiſſima ventris Proluui-
es: uncęq̃ manus: & pallida ſemper Ora fame. Quis potuit pingi elegantius for auaricię de
ma quadam cuiuſpiam animantis/q̃ id vitium eſt verſibꝫ a Vergilio expreſſum? ſcriptō Ver
Dixit volucres vultu virgineo: non hominem ſignificans eſſe auarum/ſed mon- gilij.
ſtrum: cuius ſub vultu humano latet truculenta beſtia/ad omne nephas parata.
Vultus virginei teſtantur vireſcentem ſemper cupiditatem. Augetur enim quo-
tidie/& tempore ſumit vires: fitq̃ in diem adoleſcentior/creſcens corpore decre-
ſcente: neq̃ ętate infirmatur/ſed aſſurgit validior. Volucres finxit: propter appe-
titus mobilitatem velocitatemq̃. Nunq̃ quieſcit mens auari: nunq̃ ſedatur: inhi-
at opibus: ſemper varia auferendi genere verſans animo. Proluuies expreſſit
apte immenſam eius cupiditatem: ex quo ille vulgatus eſt verſus. Auarus ani-
mus nullo ſatiatur lucro, nulla enim copia repletur: ſaturatur nulla abundantia:
ſtat ore patulo. Non famelicus/ſed rabidus tanq̃ Cerberus/promptus ad excipi-
endum vorandumq̃ quicquid obijciatur. Fœdiſſimam quoq̃ ait: non ſolum pro-
pter obſcęnitatem vitij: ſed propter auari vitam immundam/& ſordidos mores.
Sunt impuri: aſperi: inculti/ut veſte utantur ut plurimū vili & abiecta: & nonnul-
li adeo expaueſcant timorem ſumptus/ut refugiant etiam tonſorem. Vidimus
quoſdam notę auaricię/qui barbam capilloſq̃ nutrirent longius q̃ ferat conſue-
tudo: neq̃ eam deponerent niſi admoniti & pudore inducti: quos ſepe ſolemus ri
dere/cum ſe offerunt nobis promiſſa ac ſuffulta barba/veluti ruſticani. At ma-
nus uncas q̃ recte addidit ad monſtrandum auari rapacitatem. Aufert. eripit: ex
torquet. Nihil tractat ex quo aliquid non abradat: exhauriens notos ſimul atq̃
ignotos. Nam ꝙ pallida protulit ora fame/nil potuit dicere verius. Primum tor-
quetur fame comparandi theſauri congregandiq̃: quæ tum cura cogitatioq̃ ex-
tenuat: tum nulla datur ſibi intermiſſio ab eiuſmodi ſollicitudine/qua afficitur
ſemper: & quo plus creuit pecunia/eo maior ſuboritur cupiditas. Deinde biben-
di edendiq̃ fame maceratur: quam raro ſedat/niſi cibo incondito & vili. Quomo
do enim preſtantiores aut precioſiores parabit epulas miſer ille? Fuit enim Flo-
rentinus (ut aiunt) nobilis auarus: qui cum eſſet opulentiſſimus/& duo pulli in
cenam aliquando afferrentur: iuſſit auferri alterum/ſeruariq̃ in poſterum diem.
caſtigat prius verbis diſpenſatorem tanq̃ prodigum. Nobis autem notus quiſpi
am/delectari ſe admodum aſſeuerabat cepe & alleis cum domi ederet: foris nō.
Item alter cum eſſet aduerſa valitudine: medicus autem peteret quibus veſcere-
tur cibis: ait/carnibus bouis aut vituli. Reprehenſus ꝙ non pullis gallinaceis ute
retur: Reſpōdit/non cōuenire morbo aut naturę ſuę: quia ſcꝫ maiori ꝑcio emerē
tur. Sed poſtmodū cū dono dati eſſent ab amico qui id nouerat/auide comedit.
Quare nonminus edendi fame pallebit/q̃ multa comedendi. Q. aūt tres deſcri-
pſit harpyias: id puto Sup̃biam/Crudelitatē/Inuidiāq̃ intelligi voluiſſe. Nō eīm
unico vitio laborant auari: ſed multa in eis accumulant/omī virtute expulſa. Ha
betis auaricię veluti picturam quandam: quæ ſi oculis cerni poſſet/magnū incu-
teret mentibus hominū terrorem/maiuſq̃ portentū videret/q̃ ſcribant harpyię.
Nam & ipſe Vergilius anteq̃ eos verſus proferret/videns ſe non ęquaturū v̄bis
ſuis rei deformitatem dixit. Triſtius haud aliud monſtrum/nec ſęuior ulla Peſtis
& ira deum ſtigijs ſeſe extulit undis. Etenim qd' maius monſtrū fingi poteſt/q̃ eſſe Vergilius.
aliquem publicū prędonem libidine conflagrantē qui ſemꝑ incūbat q̄ſtui/inhiet

auro:nullum refugiat lucrū:petat:rapiat:extorqueat:laceret: qui cupiditate inex-
plebili vitam agat:qui ſine intermiſſione pecuniam cumulet: cumulatā ſummo
angore cuſtodiat:ſit miſer ſumptibus/fameſcens/pauidus: qui omnia trahat ad
ſuum cōmodum/horridus:incultus:qui omēs opprimat/nullum releuet: Hunc
ego omīa Herculis monſtra immanitate atq; acerbitate exuperare cōfitear. Itaq;
ſi hæc quȩ a me dicta ſunt diligenter conſideretis:iudicabitis profecto auaros ve-
luti monſtra gentium ſemouendos procul a nobis:proijciendoſq; alio/ſicut pur-
gamenta ciuitatū ſpurciſſima:vnde nos neq; fetore lȩderent/neq; contagione no-
Andreas. cerent. Hic cum dicendi finē feciſſet Bartholomeus: Quidnam cogitas Anto-
ni/Andreas inquit: Aſſentiris ne huic:& ea probas que diſſeruit: an te quid mo-
uet: Vidi enī te dum loquereť/neſcio qua inp̄meditatiōe defixum. Tum Anto-
Antonius. nius. Ego quid ſentiam q̄ris: Scito inquit. Dicta ſunt multa a Bartholomeo/meo
iudicio minime cōtemnenda. in quo ſane laudo ingeniū ſuum: qui licet ſit occupa-
tiſſimus in his moleſtijs curiȩ:tamē tantū ſtudijs impartiť tempis:vt hæc nō impo-
lite poſſit dicere. ſed ea ſingula probem ne/an iprobem incertus ſum animi. Ve-
rūtamē ut ita ſit queadmodū diſſeruit:ego tamē ſequēs morem academicorū:qui
contra ea quæ dicerenť ab alijs diſputare cōſueuerunt: afferam q̄dam ſecus atq;
ipſe locutus eſt:quȩ an accipiant a vobis/veſtrum erit iudiciū. Ego ſane multos au-
diui/neq; cōtemnendos homines:qui nulla ratione unq; cum Bartholomeo ſenti-
rent:qui & rem mea ſententia grauiſſimā/reddidit leuiuſculā verbis ſuis: & item
rem non admodū magni ponderis/nimium depreſſit mole ſermonis. ut ſi iretur in
ſuffragiū populi/nō dubitarem quin ferme omēs aliter ac nos eſſent iudicaturi: cū
in luxuriam multa ſint illius arbitrio/ac legibus conſtituto iudicia: in auariciam
nulla. Sed tamē ut non iudicio populi diſceptemus/ſed ratione:dicam cur luxuria
videatur eſſe mihi fȩdiſſimū crimen:auaricia nō. Illud quippe maius ac fȩdius eſt
vitium iudicandū:ex quo magis animus noſter/corpuſq; labefactať & corrumpi-
tur. At certum eſt luxuriam magis q̄ auariciam eneruare corpus & animū pertur-
Luxuriȩ detrimentum bare. Ergo fit/ut luxuria turpius ſit vitium. At vero luxuria & corporis & animi
virtutes infringi ac diſſolui ſatis conſtat. Perdit enī omē robur intellectus/& cor-
poris vires:adeo ut luxurioſoſq; videas inſulſos:effœminatos:imbelles. Nocet illa
quidem ingenio:exhaurit valitudinem: mentem ex ſuo ſtatu dimouet: & priuat
ronem:ex quo Seneca prȩclare vt reliqua in proemio declamationum/nil eſſe di-
xit tam mortiferum ingenijs q̄ luxuriam. Hæc aduerſatur ſtudijs literarū: quaſ-
ſat membrorū firmitatē:ex viro femellam reddit/ex docto ignarum/ſtultum ex
ſapiēte:memoriȩ vero eſt inimiciſſima. Itaq; videbitis luxuriȩ deditos/nullius ani-
mi/nullius vigoris/nullius prudentiȩ.vecordes:cōtemptos:abiectos. At auaros
contra fortes:prudētes:induſtrios:ſeueros:tēperatos:& animi magni/& plurimi
conſilij. Luxuria quoq; ſemp nocuit: Auaricia profuit aliquando. Altera nulli con-
ceſſa ætati/alterius videtur quaſi ſenectutis ȩgritudo cōmunis: & in ea nonnihil
toleranda. Non ſubuertit animū:non exagitat ingeniū: non aufert ſtudia literarū/
& ſapientiȩ diſciplinam. Nam & in omī genere doctrinȩ excellētiſſimos viros/&
in republica prȩſtantes/ſcimus auaros fuiſſe. Reges inſuper & egregios pricipes
quorum virtus maxime claruit/auaros accepimus. ut ſi alterum mihi ſit eligendū
malim auarum me q̄ luxurioſum videri. Neq; enim puderet aſcribi in eo nume-
ro in quo & reges plurimi fuiſſent. Et doctiſſimus philoſophorū Ariſtoteles: mul-
Lucianus tiq; preterea egregij in ſuis ſtudijs viri & philoſophiȩ deditl/ab Luciano grȩco au-
ctore fuiſſe enumerantur:quorum tanta eſt auctoritas/tanta dignitas:ut eorum
nomen commemoratioq; abſq; aliquo patrocinio/abſq; argumentis poſſit aua-
rorum cauſam ſatis defendere. Sed ſeponamus auctoritatem quamlibet:& quid
a te qua ratione dicatur diſcutiamus. Putaſti primū ideo auaros dictos: q̄ eſſent

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ęris/auri/argenti nimiũ cupidi. quod ſi ita eſt ut oẽs cupidiores pecunię appellen-
tur auari: cenſebunt̃ rei hoc nomine fere omnes. Omnia enĩ ab omnibus agenda
ſuſcipiunt̃ pecunię gratia: ducimurq; oĩs lucri cupiditate: neq; eius parui. quod
ſi ſuſtuleris/negocia operaq; omnia penitus ceſſabũt. Quis enĩ quicq; aget remo
ta ſpe utilitatis? Quæ quo maior oſtendetur/eo libentius negocia quęlibet aggre
diemur: illam ſequuntur omnes: illam appetunt. Nam ſiue rem militarem/ ſiue
mercaturam/ſiue cultum agrorum/ſiue artes has quas vocant mercẽnarias conſi
deres: ſiue eas etiam quas appellant liberales: videtur ſingulis præpoſita eſſe in-
gens pecunię cupido: ob eamq; adiri labores & diſcrimina quæ ſubimus. Quicqd
tractamus/operamur/agimus: eo ſpectat ut ꝗ̃ multum cõmodi ex eo capiamus.
Quod quo amplius fuerit/eo maiori afficimur lęticia: atq; cõmoda noſtra fere pe
cunia penſantur. Igitur pecunię / hoc eſt auaricię cauſa fiunt omnia. Quid enim
( ne de vilioribus exercitijs loquar: quorum late patet finis ) leges in vita tractan
tes aliud ducit: quid aliud trahit niſi pecunię cupiditas nõ parua & uberior lucran
di facultas? Quid item medicos: quid reliquos qui ſe ad liberalium artium ſtudia
conferunt? Nonne quæſtus auiditate pelluntur: ut ꝗ̃ primum facultatem ſuam in
medium proferant/venditioni illam exponentes: & res cognitione dignas/nullam
aliam ob cauſam ſe proſecutos teſtantur: niſi ob auariciam: hoc eſt auri & argen-
ti cupiditatem? Confer te ad ſanctiores diſciplinas/ philoſophiam / theologiam:
ſciendi ne cauſa an plurimũ lucrandi tanta ponitur in his edocẽdis opera? Quid
loquar de ſacerdotibus noſtris: quorũ ſtudia manifeſtius apparent? Num aliud
ſpectant/quęrunt/ambiunt ſub fidei velamento: niſi ut paruo labore diuites fiãt?
Quanta non ſollicitudine/ſed importunitate & impudentia hæc petunt quæ vo-
cant beneficia ( mihi aũt animę maleficia vident̃ ) diuitiarũ gratia: quæ quo ſunt
opulentiora/eo maiorem in ea concurſum atq; impetum fieri videmus. Niſi forſi-
tan propter ſaluandã animã/non propter vitam in delitijs degendam ea tantope
putas expeti, Illi ipſi qui ſub hypocriſi hæc aſpernari ſe fingunt id agunt: ut nõ quę
ſita ab eis/ſed ultro virtuti ac meritis ſuis delata videant̃, Perluſtres licet ſingl'a ex
ercitia/ſiue quę animo/ſiue quæ corpore adminiſtrant̃: nihil vacuum reperies in-
genti cupiditate. Quicqd inter mortales tractari vides: quicqd periculorũ ſuſcipi/
eo ſpectat: ut inde aurum atq; argentum excudãt̃. Quod mihi qdem videt̃ nulla
ratione improbandum. Eſt enim peroportuna ad uſum cõmunem/& ciuilem vi-
tam pecunia: quam neceſſario Ariſtoteles inuentam tradit ad cõmercia hominũ/
reſq; mutuo contrahendas. Eius igitur appetitum ſi culpabis: culpes licet & cæte-
ros quos nobis dedit ipſa natura. Namq; e toto: licet minus auri argentiq; cupidũ
eſſe/ꝗ̃ potus & cibi: reliquarũq; rerum quibus vitam tuemur? Natura qdem in-
eſt omibus aĩantibus appetitus ſui cõſeruandi, Ex quo & ea quęrimus quę ad vi
ctum ſpectant: & quę ad tutelam corporis ac cultũ. At iſta cõparant̃ pecunia: niſi
plane ſcurrę qdem eſſe velimus. Quid mirũ ſi ſim cupidus: ſi quęro æs/aurum/ar
gentũ: ſine quibus haberi illa non poſſunt? hoc ſi eſt auarũ eſſe: nõ eſt contra natu-
ram auaricia: ut paulo ante dicebat̃: ſed ipſa natura indita atq; impreſſa nobis / veluti
cæteri quibus cum naſcimur cupiditates. quæ autem a natura inſunt nobis/ mini-
me ſunt vituperanda. Hunc autẽ appetitũ pecuniæ ineſſe oĩbus natura/fatearis ne-
ceſſe eſt. Oẽs ſiqdem quacũq; in ætate/quocũq; in ſtatu/honore/dignitate fuerint/
auri cupiditate/hoc eſt auaricia tenent̃: auroq; gaudent tanq̃ re nobis cognita &
affini. Quære hoc in pueris: lętant̃ nummis oblatis. Quære in adoleſcentulis / vi-
ris/ ſenibus/diuitibus & egenis/regibus/principibus: omnes eadem mente lętan-
tur pecunia: ſectantur diuitias: neq; aliam ob cauſam: niſi ꝙ ita eos formauit edo-
cuitq; natura/ut ſciant pecunia comparari quibuſcũq; vita noſtra alitur ac fouet̃.

In auariciæ defenſionẽ.

Sacerdotũ cupiditas.

Pecunię appetitus naturalis.

Cum igitur admonente adhortanteq; natura/cupiditatẽ hanc ſequanť oĩes/nõ
eſt auaricia vituperanda. At fuere inquies quos nulla eiuſmodi cupiditas moue
ret. Fuere item qdam qui naſcerenť capite ſuillo: neq; tamen propterea non natu
ra orimur humano capite. Non eſt perueſtigandũ quid peruerſitas aut inſulſitas
aliquorꝶ horridorũ atq; agreſtium aliquãdo egerit: ſed quid ſibi poſtulet vita cõ
munis/quã ſequi & ſeruare debemus. Illud addam pterea quo fiat lucidius quod
Auguſtiñ. ſentio. Beatus Auguſtinus vir doctiſſimus inter latinos: in libro de libero arbitrio/
aliquãto leuius q̃ tu ſcripſit auariciã eſſe. plus velle q̃ qđ ſatis eſt. hoc ſi verum ſit/
fateamur oporte: auaros nos eſſe natura. Nam q̧ oĩes appetũt/id a natura ema
nare putandũ eſt: eaq; ſuadẽte fieri. At vero neminem reperias/ quin cupiat plus
q̃ ſit ſatis: nullum quin velit multũ ſibi ſupeſſe. Ergo natura ſeces eſt auaricia. Per
curras ſi placet uniuerſam ciuitatem/forum/vicos/templa: ſi quis profiteať ſe nol
le ultra q̃ exiſtat ſatis (paucis eñ natura cõtenta eſt) pũtato te phœnicem reperiſ
Cõtra pau ſe. Neq; tu mihi opponas volo / vaſtos quoſdam atq; agreſtes ex iſtis hypocritis
peres hypo ſcurriſq; circũforaneis / qui ſub religionis ſpecie aucupanť victũ ſine labore & ſu
critas et mo dore: pauptatẽ rerũq; cõtemptũ alijs pꝛedicantes: qui eſt eius queſtus uberrimus.
nachos. Nõ enim ex iſtis inertibus & laruatis hoibus/qui ſumma cum quiete ferunť/ no
ſtris laboribus ſunt nobis ciuitates cõſtituendę: ſed ex his qui ſint accõmodati ad
cõſeruatõnem generis humani. quorum ſi unuſquiſq; neglexerit operari quicqd
excedat uſum ſuum: neceſſe erit ut omittam reliqua /nos oĩs agrum colere. Nul
lus enim ſeret/niſi quantum ſibi & familię ſuę fuerit ſatis futurum. Vide quanta
rerũ omniũ ſequať confuſio: ſi nihil habere velimus prætereq; quod ſit nobis ſatis.
Tolletur uſus gratiſſimarũ virtutum populo: miſericordię videlicet/& charitatis.
nullus erit neq; beneficus/neq; liberalis. Quid enim dabit alteri/cui nihil ad dan
dum ſupereſt? Quomõ munificus eſſe poterit qui tantũ poſſidet/quantũ ſibi ſoli
ſufficit? Auferetur magnificentia oĩs ciuitatum: tolletur cultus atq; ornatus: nul
la ędificabunť templa/nulli porticus: artes omnes ceſſabũt: perturbatio vitę noſtrę
& rerum publicarum ſequetur/ſi quilibet eo quod ſibi ſatis erit acquieſcet. Sed cũ
ſciamus fuiſſe atq; eſſe hoc appetitu ferme oĩes omniũ ætatum/ordinum/ natio
num: ut & velint & exquirant etiam plus q̃ ſatis ſit / ad futuros caſus atq; impe
tus fortunę/ad auxilium ſocijs & amicis ferendum: quis dubitabit quin ex ea dif
finitione omnes ſint auari appellandi? At ex eis conſtant villę/ oppida / ciuitates:
ex quibus ſi cenſes eſſe auaros eijciendos: addas ſane deſerendas eſſe urbes atq;
euertendas. Id enim dicis. Nam qui inhabitabũt illas/expulſis auaris? Nos quip
pe eijciemur: quorum nullus eſt quin hac ratione & cupidus ſit & auarus. Vacua
ergo deſertaq; relinquentur cultoribus mœnia urbium tua hac ſententia. Sed
quid ego de ſingulis hominibus diſputo? Ciuitates/reſpublica/prouincię/ regna
quid aliud ſunt ſi recte animaduertas præter publicam auaricię officinam? quæ
quia communi exercetur decreto/ſumit ex publico conſenſu auctoritatem. Quę
ſo te Cinci/in illa tua veteri Romanorum re publica/atq; in his etiam quas poſtea
vidimus / tot vectigalium varia genera ſubditis impoſita/tot onera inſueta deui
ctis gentibus indicta: tot exquiſiti hauriendę pecunię modi / ad replendam ęra
rij vaſtitatem: num tibi liberalitatem repreſentant/aut ſummã auariciam? Cum
Iugurtha dixit Iugurtha ille urbem venalem mature perituram / ſi emptorem inuenerit:
num tibi aut unum/aũt alterum auarum deſignauit: an etiam ciuitatem uni
uerſam? Si urbs illa erat auara in qua pꝛedicant domicilium fuiſſe virtutis: quid
ſentiendum eſt de noſtris: quæ quotidie comminiſcuntur leges nouas / quibus
ſubditi euiſcerentur? Vertete ad Principes ac Reges: quid in eis reperies/ niſi pu
blica auariciæ teſtimonia: nec tamẽ ea parua/ ſed ampliſſima. Robertus quidam

Siciliȩ rex maiorũ noſtrorũ memoria habitus eſt & dictus admodũ auarus co- *Robertus*
aceruauit imenſam auri atq; argenti quantitatẽ. Ipſe peritiſſimus fuit. At quid *Siciliȩ rex.*
illuſtrius eſt etiam hodie reges illius memoria: fama: nomine: gloria rerum ge
ſtarum: quem non tantũ cõmendaret libris Franciſcus petrarcha / vir excellenti
ingenio & exquiſita ſua doctrina / ſi auaricia in eo virtutis laudem extinxiſſet.
Quoquo deflexeris mentis aciem: adſtabũt tibi documenta haud vilia / & pri-
uatȩ & publicȩ auariciȩ: ut ſi auaros exiſtimes redarguẽdos / uniuerſus tibi re-
prehendendus ſit terrarũ orbis: totumq; humanũ genus ſit imutandum in alios
mores / in aliam viuendi inſtitutõem. His em̃ adeo inoleuit pecuniȩ cupiditas:
ut non vitium / ſed virtus putet̃ auaricia: & quo quis ditior ſit / honoret̃ magis.
Dixi paulo ante: eos qui iuri ciuili & canonibꝫ operam darent: non ſciendi / ſed *Contra Iuriſtas*
lucrandi cupiditate ſe ad eorum cognitõem conferre. Ex eo videtis quãtus fi-
at ad has diſciplinas concurſus: tanq; ad certam auri ſodinã. At hi cum quȩ ap
pellantur inſignia doctorũ (licet plures ſint indocti) ſuſceperũt: hoc eſt queſtus
& auariciȩ ſigna: ſcitis q̃ frequentent̃ / q̃ honorent̃ ab omibus: q̃ colantur: ornã
tur quoq; precioſioribꝫ veſtibus: anuli aurei geſtandi ius datum eſt: ut plane in
telligant homines id genus facultatũ / ſolum auri corrodendi cauſa ſuſceptum.
Qui ſi audiſſent a vobis auariciam eſſe deteſtabiliorẽ cæteris vitijs / credo non
continerent manus ſuas. contenderẽtq; / aut nullum eſſe vitium / aut perleue &
uſitatũ: & quo multa ſint grauiora. Eqdem ego vobis haud cõceſſerim / quod
paulo ante dixit Bartholomeus: omia in unũ congeſta vitia / non eſſe cum hoc
uno cõparanda. Nam ſi ita eſſet: male de nobis mererent̃ priſci legum condito
res / inſtitutoreſq; rerũ publicarũ: qui cum ſingulis criminibꝫ flagitijſq; quibus
turbarent̃ ciuitates: hominũq; ſocietas violaret̃ / ſuam penam conſtituiſſent. aua
riciam reliquerũt impunitã. fures namq; / raptores / ſicarios / adulteros / homici-
das: cȩteroſq; ſceleratos viros puniendos lege ſanxerunt: auari nulli mulctant̃
pena. ſanctione prohibent̃. Atq; id ea ratione: q̃ intelligebant ſapientiſſimi viri:
innata eſſe mentibꝫ hominũ ſemina q̃dam auariciȩ tanq; neceſſaria ad urbium
& iuris ciuilis conſeruatõem. Tu vero vis exterminari e ciuitatibꝫ auaros / velu
ti maximi criminis reos. Dicite vos oro: ſi vitium eſſet auaricia / vitijſq; urbes eſ-
ſent purgandȩ: utrum ſatius eſſet auariciam repelli ex eis: an ambitionẽ. Alteri
us ope rempublicã ſepe adiutam audiuimus: alterius malo opp̃ſſam. M. Craſ-
ſus fuit auarus: Ceſar liberalis / ſed cupidus dñandi. Quid Romã euertit: Craſſi
ne auaricia immẽſa: an Ceſaris ambitio? Videte quantũ a veſtra opinione diſ-
ſentiã. Sint aliqui prȩ cȩteris auari: p̃terq; hanc cõem auariciam cupidi: vos exti
matis e ciuitatibꝫ hos abijci oportere. Ego contra: aduocari in illas tanq; opor-
tuna adminicula ac ſuſtentacula populorũ. Abũdant em̃ pecunia: qua infirmio
res imbecillioreſq; ſuſtentant̃: qua multi iuuant̃ in ſuis egeſtatibꝫ: ut & priuatis
viris & reipublicȩ opitulent̃. Quã obcãm ſicut in bñ moratis pp̃lis ac ciuitatibꝫ
conſtituunt̃ horrea publica: ad ſubminiſtrandũ frumentũ in caritate annonȩ: Ita
percõmodũ foret plures in eo collocari auaros / qui eſſent veluti priuatũ horre
um pecuniarũ. qd̃ ſuppeditaret nobis. Priuatim et pecunia gerit̃. Neceſſaria eſt
em̃ pecunia veluti nerui q̃dam quibꝫ ſuſtinet̃ res publica: cuius cum copioſi ex *Pecuniȩ neceſſitas*
iſtant auari: tanq; baſis & fundamentũ iudicandi ſunt. Eteñim ſi quando egebit
ſubſidio ciuitas: ad inopes ne mercẽnarios / ac iſtos neſcio quos diuitiarũ cõtem
ptores: an ad diuites / hoc eſt auaros (nam hȩ raro abſq; auaricia cumulari poſ-
ſunt) cõfugiemus? Vtris p̃ſtat refertam eſſe ciuitatem: opulentis ne / qui ſe ali-
oſq; opibus ſuis tutant̃: an egenis / qui nec alijs nec ſibi ſubuenire poſſunt? Mihi
q̃dem optandũ videtur compluris eiuſmodi auaros: ad quos tanq; in arcem ac
preſidiũ confugeremus in difficultate rerũ. Non ſolũ aũt diuitijs nobis aſſunt:

ſed amplius cōſilio/prudentia/patrocinio/auctoritate. Vidimus ipſi quidem per
multos: qui cum auari haberent/tamē & recte conſulerent reipublicæ: & in ea
plurimū auctoritate pollerent: quorū conſilia profuere. Nulla in re nocuit aua
ricia. Adde ꝙ afferunt perſępe magnū ornamentū & decorem ſuis ciuitatibus.
Quot em̄ (vt vetera omittam) noſtris diebus fuerūt magnificæ domus/egre
gię villę/templa/porticus/hoſpitalia auarorū pecunijs conſtructa: ut niſi hi fuiſ
ſent carerēt omnino urbes maximis ac pulcherrimis ornamētis. At dicebas aua
ros tum deſertos amicis: tum non ſedare famem: tum ſęuos/imites/proprijs in
tentos cōmoditatibus. Non negauerim reperiri nonnullos/quorū auaricia ſit
Sūmū ius: in vitio. Sed & iuſticiam aliquā quoq; dicimus quę ſit iniuſta: unde ortū eſt ve
ſumma in tus illud prouerbiū. Summū ius: ſumma iniuſticia. Sunt quidem ꝗplures/quos
iuſticia ego etiam reprehendo: non auari illi quidem/ſed ſtipites/ſtupidi/plūbei/miſeri/tru
culenti/tenaces: ex infima hominū ſorde ac fęce: qui mores duros atq; aſperos
ſortiunt: non ab auaricia/ſed ex naturę malignitate. Auaros vero cognoui mul
tos lautos/ſplendidos/ornatos/ſumptuoſos/humanos/perfacetos: quorū do
mus plena eſſet hoſpitibꝰ & amicis. Sit em̄ verum qđ eſt ab te poſitum/nō iu
uari ab eis quenq; pecunia: nōne alia incidunt quibus ſatis fiat amicis: conſiliū/
ſollicitudo/diligentia/auctoritas/opera/patrociniū? Non conſiſtit in nummis
vis & munus amicitię/ſed in officio & beniuolentia: quę cur ab auaro nequeāt
preſtari/haud ſatis intelligo. Nam in amicitia conſeruanda minimā partem pe
cunia tenet. Nunquid illa pythagoricorū adoleſcentiū amicitia adeo litteris cele
bratur/ꝙ alter alterum redemerit pecunia? an ꝙ ſe volūtarie morti obiecerit ut
ſocius & amicus euaderet? Multa inſuper vitia in auari vitam contuliſti. Non
eadē eſt ut dixi cauſa auarorū omniū ſicuti cæterorum. Reperies ex eis multos
beneficos/humiles/māſuetos/benignos/probos: minime moleſtos. Tu contra
recenſebis plures malos/improbos/flagitioſos/imanes/ſupbos. Idem ſane tibi
dicam de poetis/oratoribus/philoſophis/iuriſcōſultis: quorū quidam neq̄ſſimi
euaſere. Eos quoq; inuenies luxurioſos/fures/rapaces/cupidos/facinoroſosq;
in nullā unq; auaricię ſuſpitiōem deuenerūt. Itaq; ſi qui auari vixerunt miſere/
libidinoſe/impure/cum fraude: nō eſt auaricię tribuendū/ſed nequicię/luxurię/
iniuſticię. Cum em̄ affirmas plura mala auariciā peperiſſe: ego & plura bona.
Quid habemus ſalutarius aqua & igne? & tamē aquarū impetu regiones va
ſtatas audiuimus: & multas atq; egregias urbes igne cōſumptas. Qđ aūt obie
ciſti: auaros cōmunis utilitatis oblitos ſtudere priuatę: hæc non auarorū/ſed om
nium fere eſt cōſuetudo. Qui em̄ ſunt iſti qui publicū q̄rant bonū/ſepoſito pri
uato emolumēto? Ego ad hunc diem neminē cognoui/qui id quidem poſſet im
pune. Dicunt eiuſmodi nōnulla a philoſophis de preponēda utilitate cōmuni/
magis ſpecioſe ꝗ vere. Sed vita mortaliū nō eſt exigenda nobis ad ſtatherā phi
loſophię. Conſuetū eſt & cōmuni uſu cōceſſum: atq; ab ipſius orbis ortu factis
tatum: ut magis afficiamur proprijs ꝗ cōmunibus rebus. Atqui illud idem fa
tebimur om̄es: niſi malimus magnifica loqui ꝗ cōſueta. Sin aūt ideo habes in
fenſam auariciā: ꝙ ea importet ſecum multorū damna, quibus parant diuitiæ/
mercaturā quoq;/& quicquid eſt aliud in quo lucrū quęrit oderis neceſſe eſt. Nul
lum em̄ fit lucrū ſine alicuius detrimento. cum quicquid emolumēti uni additur/
detrahatur alteri. Nam ꝙ extremo ſermone tuo inuidiā queritans/in auariciam
affirmaſti. ſenes potiſſime in eam labi. Id ego laudi dandū puto. neq; iudico eta
Vnde ſenū tis vitio euenire: ſed ꝓuidentia. Cum em̄ ſenes tanq; qui emenſi ꝓcelloſum pela
auaricia. gus/iter fecerint tempeſtatibꝰ plenū/verſent animo diſcrimina ac pericula quę
nos circūſtant: & egeſtates premunt. Ad hęc aūt propellenda nouerūt pecuniā
ꝗ plurimū conferre: veriti ne in eaſdē reincidant quas experti ſunt difficultates/

querendo ac cōſeruando ſibi proſpiciunt & ſuis: ac veluti uſu edocti / ea p̄parant
adiumēta que p̄cipua & utilia ceteris cognouerūt. Non igit̄ imbecillitate animi/
ſed infirmitate: non errore/ſed prudentia rerū magiſtra comparant pecuniā: ut fir
miſſimū tutiſſimūq; p̄ſidium ad inopiam/ egeſtatē/ ęgritudines / reliquaſq; morta
lium calamitates ꝓpulſandas. Quāobrem nō vident̄ mihi ſenes errare/ſi q̄rūt:
ſi parcunt: ſed ſumma uti ſapiētia. Q. ſi quis etiam ſenilem auariciā turpem duce-
ret/non hoīs conſiliū qui ſe cōmunit ad inſperatos īprouiſoſq; caſus / ſed naturæ
fragilitatē decet culpari: quę tot nos diſcriminibꝫ ſubiecit: tot addixit neceſſitatibꝫ:
tot difficultatibꝫ circūdedit: quarꝫ rerū niſi inaniter & v̄bis magis q̄ re velimus phi
loſophari/a diuitijs neceſſe eſt ſuffragia poſtulent̄. Quo fit ut non tm̄ naturalem/
ſed utilem & neceſſariā rem quandā cōſtet eſſe in hoīe auariciā: quę docet ut his
ſe rebus muniat/quas cognouit firmiſſimas: ad ſuſtentandū naturę humanę fragi
litatē: & incōmoda euitanda. Quę cū dixiſſet: atq; oēs Andreā intuerent̄ (cuius Andreas.
videbat̄ munus ut Antonio reſponderet. Nequaq; inqt ille vlterius tacendi locus
eſt: mouit me dignitas defenſiōis importuniſſimi monſtri: quē incōcuſſum relin
quere turpe nobis videretur. Deinde ſubridens: cętera ut non ex animi ſententia/
ſed gr̄a aliorꝫ reor Antoniū diſſeruiſſe. Q. vero ſenū auariciā defendit: ꝓpriā age
re cauſam viſus eſt/vir qdem doctus & prudens: cum legerit apud Teren. ętate Terentius.
nos fieri attētiores ad rem paulo q̄ ſit neceſſe. veritus ne cū ſenex ſit/auari ſuſpiti
onem ſubeat: ſenilis tutelā ſuſcępit auaricię. Vt aūt accepimus quēdam laudaſſe
Dionyſiū Siculū/peſſimę vite tyrannū: Platonē vero ſanctiſſimū virū vitupaſſe: ad
eloquentię exercitationē. Ita te video hoīem liberaliſſimū id vitiū defendendū ſu-
ſcepiſſe/qđ noueris eſſe prę cęteris oppugnandū. Nā non in excuſationē eius hęc
te dixiſſe certe ſcio/ſed in accuſatōem: quo ex rōibus tuis maior mihi tribueret̄ fa-
cultas refellēdi q̄ pro ea dici poſſent: ad detegendū deformitatē turpitudineq; tā-
ti mali. Nam te qdem Antoni/virum liberalē ꝓcul eſſe nouimus ab oīm non ſo-
lum crimine auaricię/ſed ſuſpitione: ſi qs dixerit cupidū/fortaſſe non mentiet̄: cum
id abſq; vitio poſſit cōtingere. Hoc in loco duo recognoſcas velim. Primum: an la
pſus ſis in ſignificato verborꝫ: qui cupiditatē & auariciā/duo verba ſenſu diſiūcta
ita copulare viſus ſis acſi idem ſignificarent. Deinde (nam alia poſt videbimus) Auari et cu
an ſatis recte poſueris auariciam eſſe ſcđm naturam. Aliud ſane exprimit auari- pidi dr̄ia.
cię nomē aliud cupiditatis. Oīs auarus ardet cupiditate: ſed non oīs cupidus
auaricia. Si quis me cupidū dixerit: ſi qs item bonos viros/non negauerim. Sūt em̄
q̄dam naturales cupiditates/ut philoſophi volunt: quę abſunt a culpa. ſicuti ha-
bendi ea quę ſuppeditent ad viuendi rōnem & decorem. ut cum quis victum &
veſtes neceſſarias concupiſcit. Cupit quis pecuniā: ſed ad uſum vitę neceſſariū: ad
beneficentiā: ad liberalitatē. ad inopum ſuſtentōnem. Nil habet hæc rep̄henſionis
cupiditas modica & tēpata: quam non aberrabis/ſi dixeris naturalē. Eſt alia cu
piditas immēſa/inſatiabilis: cupiditas habēdi ultra q̄ deceat/plus q̄ oporteat. Cu
piditas vehemēs quę excedit modū: & eſt cum ſiti auferendi/cumulandi: cum ſtu
dio pecuiarꝫ & anxietate animi: in qua eſt auaricia: quę quo maior extiterit/eo eſt
deteſtabilior. Hanc ſcđm naturam dicere hoīs eſt (pace tua dixerim) parum na
turę munera atq; opera inſpicientis. Nam niſi ita res ſe haberet ut auaricia ineſſet
natura nobis: nimiū profecto de illius iniquitate queri poſſemus. Iniquum em̄ fo
ret atq; indignū Illa parente rerū oīm atq; effectrice natura: ſi hoīem quē ſolū po-
ſuit ſuorꝫ operum ſectatorē/quibuſdā vero prefecit: inferiorē rebus oīibus a ſe
editis reddidiſſet: & is quem aīantem effecit ac ratiōe p̄ditum/ deterior ꝓpagatus
ent eis/quę aut inaīata produxit/aut carētia ratione. Contēpleris licet cęlum/ ma
ria/terras/& quę in eis continent̄: nullū reperiet̄ in illis auaricię veſtigium: ſed re-
dundabunt oīa liberalitate & munificentia. Quid em̄ cęlum? qđ nobis Solem



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& lunam/totaq; luminaria varia varietate diſtincta largit̃: e q̃bus gignendi ꝓcre-
andiq; cauſę ꝓdeunt. Quid aer: cuius ſpũ viuimus? Quid aq̃? quę tot piſciũ gene-
ra/tot cõmoditates/nullo munere modo mutata prębet. Quid terra? quę tot fru-
gum/herbaꝝ/fructuũ ſpecies/tot animalia generi humano ꝓducit: quę etiam ſi
q̃d ei credideris reddit cum uſura. Quid iſta inquam: num nobis ſigna ulla mon-
ſtrant auaricię aut cupiditatis? Oĩa em̃ naturę opa redundant donis multiplici-

auaricię cũ natura diuerſitas.

bus: ut illa non ſolũ liberalis aut benefica/ ſed ꝓdiga eſſe videat̃. Quoquo ṽſum
te vertas licet: nihil naturę rerum repies cum auaricia coniunctũ: ſunt penitus con-
traria/longeq; ſemota. Hæc em̃ donat/largit̃: illa eripit/aufert. Hæc ultro porrigit
plena manu: illa extorquet oblata. Hęc nos alit: illa ſpoliat ⁊ limẽtis. Hęc complet
oĩa mnuneribus: illa exhaurit rapinis: ut rectius quodãmodo dici poſſet cętera
eſſe p̃ter naturam/q̃ hanc unam naturalẽ. Sed attende quęſo/q̃ ratio ipa tecũ pu-
gnet. Non inficias ibis opinor/quin oriamur oĩes naturali quodã & infixo ani-
mis noſtris appetitu non ſolũ libertatis/ſed etiam principatus: ut bñ a natura in-
ſtituti: neq; alteri ſubeſſe: & ipi eminere cęteris cupiamus. Neq; ſolũ in nobis/ſed
etiã in beluis hoc apparet: q̃ ſi q̃n vinculis eruperũt/tanq; in libertatẽ reſtitutę diſ-
currũt ac geſtiunt. Qui ergo voluntatẽ ſubdit ſeruituti: utrũ tandẽ naturã ſequit̃:
an deſiſtit a lege naturę? Atqui haud dubiũ eſt/auarũ ſe ſubijcere ſpontaneę ſer-
uituti? cõcupiſcentię: cuius eſt ſeruus: cui obtemparat: quam ſibi dñm cõſtituit. Acci-

Chriſoſto.

pe quid loquat̃ in hanc ſententiã Ioãnes Chryſoſt. Etem̃ inq̃t/oĩ tyrãno ſæuior
eſt pecuniaꝝ cõcupiſcentia/cui ſit additus auarus: delectationem nullam habet:
moleſtias vero p̃rimas/& oĩa quę ṽtuti ſunt inimica. hęc liberos ſuos facit & q̃-
dem ſeruis empticijs deteriores: neq; hoĩm ſeruos/ ſed deterrimaꝝ paſſionũ atq;
ęgritudinũ animi: q̃bus agunt ea quę deo & hoĩbus diſplicent. O amarã ſeruitu-
tem & diabolicũ dñatum. Ex his cognoſcas volo/quę ſit ſeruitus auari/& q̃ ſcele-
ſta. Quo pacto igitur auariciã/ aut pecuniaꝝ concupiſcentiã aſſeris naturalẽ: per
quam naturę ipius precipua iura ſubruunt̃. Q. ſi ea eſſet ſcd'm naturam/ orirent̃
auari oĩes. Producunt̃ em̃ nobiſcum naturales motus: atq; ita effigiunt̃ ut nulla
euellant̃ arte: nulla ratione amoueant̃. quẽadmodũ ridere: horrere ad ſubitũ con-
ſpectũ rei formidoloſę: ad repentinũ timorem pallere. Auariciã vero innaſci no-
biſcum quis ſanus dixerit? Pauci ſunt illi q̃dem: nec tales naſcunt̃/ ſed fiunt errore
opinionis. Inſup quę ſunt naturalia in hoĩbus non vitupãtur. Nulli em̃ datur vi-
tio ſi aut cęcus/aut claudus fuerit in lucẽ editus. At auaricia maximũ crimẽ ſemp
iudicatũ eſt quocũq; in hoĩe/ſtatu/dignitatẽ. Nox me deficeret ſi recenſere vellem
ſingulatim quę ſunt ſcripta in auariciã tum a gręcis/tum a latinis doctiſſimis & ſa-
pientiſſimis viris: a q̃bus nullũ oĩno ṽbum prolatũ reperies in ipius vl' laudem

In Ariſtotelem auarũ.

vel excuſatõem: ne ab illis q̃dem ipis habitos fuiſſe auaros. Scio Ariſtotelẽ auaꝝ
ęſtimatũ. Scio etiam aliquos crediciſſe/ adiunxiſſe illũ ad vitam beatã bona fortu-
nę: ne ſi in ſola ṽtute animi felicitatem poſuiſſet/ut fecerat magiſter ſuus: adimeret̃
ſibi facultas petendi illa ab Alexandro a quo multa ſuſcępit. Tamẽ nulla in parte
operũ ſuoꝝ ſcitis ab eo auariciã laudatã: ſed poſitam in vitio a ṽtute admodũ re-
moto. Vt etiã ſi fuerit auarus: nihilominus vi cõpulſus veritatis eam dixerit ma-
lam. At & ipe & multi phõꝝ fuerunt auari: hoc non ſunt aſſecuti/aut munere/aut
diſciplina philoſophię: ſed culpa morũ & naturę deprauatę. Phia em̃ dux eſt &
magr̃a vitę bene degendę: ṽtutis indagatrix/expultrix vitioꝝ: quę non honeſtat
malefacta/ ſed vituperat: non tribuit auctoritatẽ ſceleri/ ſed adimit, docetq; quid
ſit appetendũ: quidve fugiendũ. ut quo q̃s doctior ſit atq; eruditior/ eo magis in
eo ſint vitia rep̃hendenda. Vide quantũ pateat vis honeſti/& naturę vigor. Cum
tam late euaget̃ auaricia/tam ſit uſitata/tam oĩbus inſita ut dicis: tamẽ ad hanc
diem nullus extitit/aut philoſophus/ aut rerum ſcriptor tam imprudens/ qui ſe

eius patronū ſit auſus profiteri. Q;uis aperte affirmauerim: neminē philoſophū Nemo phi
fuiſſe unq̄ꝫ auarum: qui quidem eſſet dignus philoſophi nomine. Nam aut care= loſophorū
bit appellatōe philoſophi ſi fuerit auarus: aut ſi amator extiterit ſapientię/ carebit auarus.
auaricia. Itaq; acutū/ pſpicacem/ eruditum/ ingenioſum/ doctum/ eloquētem eum
qui ſit auarus eſſe cōcedam: amatorē vero ſapientię: hoc eſt virum bonū/ æquum/
iuſtum nequaq̄ꝫ fatebor. Miſceri ēm non poſſunt contraria: neq; una in domo co=
habitare virtus & auaricia: in qua veluti in ſpurciſſimo cęno/ & fetida ſentina ſor
deſcit virtutis ſplendor om̄is. q̄ꝫ q̄ꝫ paulo poſt oſtendam manifeſto: nullā in auaro
poſſe eſſe v̄tutem. Nam qđ in cauſam tuam attuliſti patrociniū Regū atq; Prin=
cipum: quos plures dixiſti fuiſſe auaros: rerūq; etiam publicarū: nulla eſt defenſio
criminis/ ſed exaggeratio delictorꝫ. Sed non hoc ſolo vitio laborant magna faſti=
gia. Primū ut in om̄i fortunę & cōditione hoim/ ita & in iſtis plures nouimus ma
los repertos q̄ꝫ bonos. Non ēm quia in excelſo collocati ſunt: ideo & virtuoſiores
euadunt. Neq; potentiā ſequit̄ ſapientia. Deinde ſolent eſſe principes ac domini
rerū potentes/ ſupbi/ tumidi/ iracūdi/ ſęui/ crudeles/ luxurioſi: neq; propterea eiuſ
modi vitia illorꝫ potētia excuſatur: quinetiā culpent̄ magis q̄ꝫ in homine priuato.
Eſt tamē ut aliqua ex parte hæc in eis vitia diſſimulari poſſint. Magnū quippe eſt
& ſupra multorꝫ vires: in magno rerum arbitrio rationi obtemparare & eiꝰ pſcri=
pto regi. Exagitat mentem principatus: inflāmat animū: perturbat rōnem: ſubijcit
varias cupiditates: ut non multum mirent̄ homines/ cum illi efferant̄ ira aut luxu
ria: cum quicquid libet licitum credant. At vero auarum eſſe regem/ aut quemuis
principem/ ſimile eſt mōſtro: cum nihil imanius/ nihil pūerſius/ nihil facinoroſius rex auarus
excogitari poſſit/ q̄ꝫ dominantiū auaricia: ex qua om̄ia mala deſcendūt. Referunt monſtrum
priuati hoies auaricię culpam in timorem egeſtatis: cum dicant vereri ſe ne futu=
rum egeant/ ne mendicent. Hic autē timor non poteſt cadere in principes aut re
ges: quorū in nutu/ voluntate/ ditione ſubditorum bona poſita ſunt om̄ia. Quid
his deeſſe poteſt/ pręter animū ac bonitatem? Quid eos hortatur ad auariciam/ ni
ſi puſillitas cordis/ & mentis malignitas? Nam potentia ipa qdem & magna rerū
facultas ad liberalitatem impellit. Cætera ipſorum vitia fomenta quędam atq; in
citamenta habent exterius: quibus ſubducant̄ magno in ſtatu poſiti. Luxuria ac
voluptas delectatione ſenſuum mouetur. Ira ab ultione vindictę oritur: crudeli=
tas ab intempantia puniendi: odium ab iniuria. At auaricia nullum habet incita=
mentum: niſi a nequitia profectum. Intus naſcitur: intus habet radices: quę in Re=
ge ac principe eo eſt peſtilentior/ quo nocet pluribus. Caue enim/ putes maliciam
illorum ſolis eis obeſſe: plurimos lędat neceſſe eſt: primum damno: tum autem in
tentione. Pręclare quidem ut cętera a Cicerone noſtro in libris de legibus eſt poſi
tum: cupiditatibus Principum/ & vitijs totam infici ciuitatem. nec tantum eſſe ma Cicero
li peccare principes: q̄ꝫ q̄ꝫ id ſit per ſeipm malum: quantū illud/ ꝙ multi imitatores
principum exiſtant. Neq; ſolum obſint ꝙ corrumpunt̄: ſed ꝙ corrumpunt: pluſq;
exemplo q̄ꝫ peccato nocent. Vnde & Platonis eſt egregia ſententia: quales in re
publica eſſent Principes tales reliquos eſſe ſolere. Nec cauſa extitit Antoni: cur tā Plato
late/ tam impune peruulgaret̄ auaricia: cur tantas ſumpſerit vires: cum rudes &
imperiti id bonum exiſtimarunt/ ad quod debitam curam ſuorū Principum cer=
nerent: quorum mores imitari pulchrum eſſe ducunt/ & principibus gratum. At Principum
qui priuatorū uni hominū auaricia lędit/ non admodum multos: Principis vero auaricia no
publicā ſtragem ac peſtem ſecum trahit. Nullę ſeruabūtur leges ſub auaro prin= cens.
cipe. nulla iura: nulla iudicia. erūt ſcelera impunita/ ſi rediment̄ auro: inſontes pu=
nientur: elabentur ſontes. Nullum erit tam atrox facinus/ quod non obumbret̄
pecunię ſplendore: latrocinia: furta: cędes libera erunt/ ſi aliquid afferant lucri: om=
nia venient tanq̄ꝫ ſub voce pręconis. Quid plura? rerum omniū perturbationem

ſuadebit eorum cupiditas: quæ eo magis meretur odium/quo maiori damno po
pulorum exercetur. Quanq; vide an reges & domini ſint iſti appellandi/& nõ ſer
ui miſerrimi: omniq; contumelia digni, quo enim quis deteriori atq; impuriori do
mino ſeruit: eo eſt vilior atq; abiectior conditio ſeruientis. At auarum palam eſt
eſſe ſeruum cupiditatis. Ea autem ex omnibus animi perturbationibus eſt ſpur
ciſſima. Ergo qui illi ſeruit: non dominus/ſed contemptiſſimus atq; abiectiſſimus
habendus eſt ſeruus. Vtinam tales & reges aut principes/euentũ aut Perſei Ma

Galbę tenacitas

cedonum regis: aut Galbę Impatoris ſortirent̃. quorum Galba (nam de Perſeo
poſt dicetur) homo ſordidę auaricię/cum ſemeſum inter cętera porrellũ/aut di
midiatam aliquando lactucam in alteram cęnam ſeruari iuberet: v eſcerent̃q; ad
modum leguminibus/ac dietim ex loculo expenſam diſpẽſatori proferret: tan
tum populi contemptũ odiumq; contraxit: ut paucis menſibus regnaret/imperio
ſimul & vita priuatus. Rex aũt Robertus/ſi is erat quem nominaſti: aut rex non
fuit/ſed tyrannus: aut ſi dignus extitit regis nomine/non fuit auarus. Eſt enim im

Regis officiũ et tyranni

poſſibile regem fieri auarum. Rex enim ille dicit̃/qui eſt ſpeculator ac ꝓcurator
publici cõmodi: cui eſt cordi utilitas ſubditorũ: qui quęcũq; agit refert ad eorũ qui
bus pręeſt cõmoditatem: Hic autem auarus eſſe nulla ratione poteſt. Q. ſi ſecus
fecerit: non rex/ſed tyrannus dicendus eſt: cuius eſt propriũ vacare priuato emo
lumento. Hoc em̃ differt rex a tyranno: ꝙ alter eorum quos regit cõmodis inuigi
lat: alter ſuis intentus eſt. Illud vero qđ a te multis verbis eſt explicatum: non ple
roſq;/ſed om̃es (quo verbo nulli excipiunt̃) auri cupiditate adductos auaricia te
neri: refellant hi duo: quorum mores cum ſint ab eius vitij labe ſepoſiti/eorum eſt

Cincius.

ſuę famę non deeſſe. Tum ſubridens Cincius: Atqui inquit/cum om̃es Antoni
us dixit: de ſacerdotibus voluit intelligi. quibus iam dudum hoc eſt cõmune ma

Vnde clericorũ auaricia

lum/& moribus conſuetũ. Ab ipſo em̃ ut mihi videt̃ exordio religionis noſtrę cę
pit hæc peſtis vigere in illis. Iudas primũ ex diſcipulis ſaluatorem prodidit/acce
ptis nũmis: & ab eo in reliquos ingluuies auri manauit: perſeuerauitq; ad noſtrã
ætatem: adeoq; in eis inſedit: ut rarum ſit reperire ſacerdotem cupiditatis experte

Augusti.

Refert btũs Auguſtinus: queri ſanctiſſimũ virum Cyprianũ epiſcopũ carthagi
nenſem: eſſe tempibus ſuis in eccleſia/nõ qualeſcunq; auaros/ſed raptores & fę
neratores: nec quoſlibet homines/ſed epiſcopos. Qđ ſi tunc accedebat cũ recens
eſtuaret fidei feruor: cum floreret martyrũ virtus: cum redũdaret/orbis ſanctitate
fideliũ/quid in hac fęce tempis: quid in hac morũ peruerſitate: in hac hominũ cor

Franciſcus petrarcha.

ruptela: & quaſi ſeneſcente fide fieri putamus? Recte Frãciſcus petrarcha/vir ſuę
ætatis optimus ac pręſtantiſſimus: auarũ Babyloniã nuncupauit. vidit q̃ infixa eſ
ſet huic generi hominũ auaricia: q̃ infinita cupiditas/quanta libido q̃ſtus. Quod
mihi qdem maiorẽ immodũ mirandũ videtur: eos qbus nihil unq; deeſſe põt (mi
litant enim ſtipendio Chriſti) qui in ſumma rerum copia minimeq; defutura ver
ſentur: quos bona fortunę ad nutum circũfluunt: tamẽ cruciari ſemp veluti Tan
talũ apud inferos ꝑpetua auri ſiti: et quo plura aſſequant̃/eo ampliora ab eis con

Iſidorus

cupiſci. Legũt/ſed non ſeruant verba Iſidori: qui iubet eos fugere amorẽ pecunię
quaſi cunctoꝝ criminũ materiã. ſurdis em̃ narrat̃ fabula. Verũ de his rectius pu

Andreas.

to ſileri q̃ pauca loqui. Omittamus hæc Andreas inquit: neq; enim locus eſt nunc
neq; inſtitutũ deplorandi mores noſtros/quos in multos ſcio poſſe fieri meliores,
atq; ad Antonij dicta reuertamur: cuius diſputatio multis inixa eſt rationibꝰ con
cludens auariciam & utilem eſſe & neceſſariam, quę q̃ vere ſint & graues cõſide
remus. Dixiſti/qđ mihi qdem inter loquendũ ridiculũ viſum eſt: auaros prodeſſe
ciuitatibus: ꝙ & multis opitulent̃ ſuis pecunijs: & rei publice ſint adiumento. hoc
modo probes licet: morbos & peſtilentiã utiles ciuitatibꝰ: quia plures ditent̃ hęre
ditatibus defunctorũ. Ita & venefici raptoreſq; & teſtamentarij proderũt: quoniã

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

falſis teſtamentis/rapinis/veneno nõnulli locupletent̃. Scelera quãdoq; & priuati
& publice profuerũt. Stuprũ Lucrecię libertatẽ peperit populo. ſeditio permaxi-
ma dedit tribunos plebi: nec tamẽ aut ſtupra aut ſeditiões nõ acerrime legib⁹ vin-
dicant̃. Nec quia ſcelus aliqñ profuit / ideo ſcelera utilia ſunt cenſenda. Si dixiſſes
nos iuuari diuitijs eorũ cum moriunt̃: dictum eſſet non inſulſe. Relinquũt enim
utenda cæteris quę congregarũt: cum aſportare ſecum nequeãt. In quo cruciatus
eſt eorũ pergrandis: ꝙ inuiti abſtrahunt̃ ab auro / & rebus his quas tam charas/
tam diligenter cuſtodiebãt. Fuit ætate noſtra auarus/qui in ipo mortis limine añ
ſe afferri iuſſit peluim nũmis aureis plenã: opem/ſubſidiũq; vitę ab eis orãs: quos
tam diu velut aiam ſeruaſſet. Et ſubinde murmurans: en qbus vos relinquã. Igit̃
non ipoꝝ/ſed mortis eſt beneficiũ/ſi eorũ bona alicui profuere. Vnde illud vulga-
tum eſt prouerbiũ: Auarus niſi cum morit̃/nihil recte facit. Qualẽ hunc ergo ha-
beri decet/& ꝗ̃ charum ciuem: cuius mortem nobis pſtat optare ꝗ̃ vitam? At fert
opem indigentib⁹: ſubleuat inopes pecunia. Addas ſi libet: cũ uſura & eoꝝ dam-
no qbus opitulare videt̃. Nemo ad auarũ currit niſi inuitus / & extrema pculſus
egeſtate. Sciunt eñ ſe confugere non tanq̃ in portũ / ſed velut in ſcopulũ: in quo
ſit aliqua rerum ſuarũ faciendi iactura. Nam ſi quãdo ſubueniũt ciuitati: id faciũt
gemẽtes: aut vi coacti/aut lucro aliquo allecti. Eripi/ extorqueri ab eo neceſſe eſt
ſi quid opus fuerit: ſponte nunq̃ dabit. Et eñ tenax puſilli animi/ & omi beniuo-
lentia vacui. Succurrere autẽ ciuibus/magni eſt animi/liberalis/ beniuoli/ excelſi.
Sed per deum immortalem qui poterit auarus alijs pręſidio aut auxilio eſſe: qui
ſeipm deſerit? Quid extimandũ eſt opem ferri ab eo cuiq̃ pecunia: qui ne ipa ca-
reat/mauult quandoq; vita carere ꝗ̃ nũmis? Quomodo captiuum redimet: cum
nonnulli reperti ſunt/qui ne redimerent̃ ſibiipis manus afferrent? Veriſſimus eſt
ille verſus quem Seneca in quadam epiſtola refert: In nullum auarus bonus eſt:
in ſe peſſimus. Hoc certius nihil eſſe poteſt. Crudelior in ſe eſt ꝗ̃ in alios. Neq; id
mirum: alios ab eo deſeri qui ſibiipi deſit. Et Perſeus rex Macedonum (ſi tamen
hoc nomine dignus fuit) abundabat plurimo theſauro; & quidem pręparato a
patre Philippo contra potentiam Romanorũ. Is bello quod cum Romanis geſ-
ſit/quo & ſuccubuit: cum multa milia Baſcaniorum equitum/ peditumq; condu-
cti precio ad auxilium eius deſcẽdiſent: quibus nõ ſolum tueri ſe/ ſed Romanos
etiam repellere potuiſſet: miſſos eos fecit/ne pecuniam conuentam ſolueret. tan-
ta erat auaricia: ut cum aurum daret/animam efflare videretur. Alijs etiam militi-
bus cum vaſa aurea pro nummis dediſſet: ſimulans ſe poſtea pecuniam daturũ/
ſi vaſa reſtituiſſent. Receptis vaſis/milites eluſit. Ita ut ſeruaret pecuniam / omni
ſe pręſidio nudauit. Victus igitur prelio/priuatus auro & regno / viuus in pote-
ſtatem Pauli Aemilij deuenit: ductuſq; captiuus ante triumphantis currum.
Quid hoc non Rege/ſed vili pecude abiectius? qui ut aurum teneret / regnum
amiſit: quaſi dedita opera / ut ꝗ̃ ditiſſimus caperetur. Credo ꝙ Romani gratias
haberent illi: ꝙ tanti ponderis auri atq; argenti tam diligens cuſtos extitiſſet. Am-
pla igitur ſpes eſt ponenda in auri theſauro: ut inopi & egeno ſubſidium imper-
tiatur: cum non utatur illo/ne in ſuam quidem defenſionem. Sed hoc eſt propri-
um illius opus. Nouit cumulare diuitias: uti illis neſcit. Nunquam auarus expen-
dit cum tempus expoſcit. Ingemit ac dolet ac ſi exenteretur/cum ab eo ſeparan-
tur nummi. Auaros vero quod dixiſti plrib⁹ abũdare amicis/& domum eorum
refertam hoſpitibus; credo ea ratione abs te prolatum/ ut hoc ridicule poſito.
Reliqua a te dicta / dicendaq; ſimilia huic æſtimarentur. In quo admiratus ſum
te riſum continuiſſe. Nam quid deſertius illorum domibus? quid ſolitarius?
Omnes quippe mortales / malis illos omnibus atq; execrationibus proſequun-
tur. Illorum uſum tanquam nephaſtum diem fugiunt. Si beniuolentia odio

De auaro ĩ agone con ſtituto.

Seneca

Perſei aua-ricia

parit̃ur: reperires ꝙ plurimos illis eſſe amicos. Si vero ab amore amicicia proſici
ſcatur: cum auarus nihil diligat preter aurũ: neceſſe eſt ut ipſe quoq; a nemine dili
gatur: cuius rei periculũ utinam fieret ſepius. At diceres/ multi eum ſequunt. Nõ
homiem ſpectant/ ſed aurum. Nam hominem quidem perditum iri cupiunt. Sed
ut reliqua miſſa faciam: hoc certe minime negabis: neminem qui non alium amet
Chryſoſto. ipm ab eo poſſe amari. Mutua enim ſit oportet amicorũ affectio. Vt vero cogno
ſcas nullum diligi ab auaro: auſculta/ niſi forte cõtemnis Chryſoſtomi v̈ba. Qui
pecuniam inq̃t amat: innumerabilibus proximũ afficiet malis: & ſe quoq; una
cum illo. Etenim facile iraſcetur/ conuitium faciet: ſtultum q; vocabit: iurabit/ periu
rabitq;: nullum veteris ſeruans mandatum legis. Nunq̃ [illegible]iget proximũ qui au
rum diligit. Qui amat pecunias: non ſolum nõ diliget inimicos/ ſed amicis utetur
ut inimicis. Et quid amicos dixi: ipam naturam ignorant qui pecunias amant: nul
lam norunt cognationem. Non conſuetudinis recordantur. Non reuerentur eta
tem. Omnes odio habebit: & ſeipm in primis: non ſolum perdẽdo animam ſuam/
ſed infinitis malis/ afflictionibuſq; ſe immiſcendo. Sed quid ago tecum auctorita
te: Ratio ipa ſi loqui poſſet/ magna exclamaret voce: auarũ non modo non ami
cum eſſe alicui/ ſed omibus contumelioſum atq; infenſum. Qui enim totus pen
det ex cupiditate: qui ſe queſtui addixit/ nihil non mali ſecum tractabit: nihil non
peruerſum ac pernicioſum euenire concupiſcit/ ſui cõmodi ſpe obiecta. Optabit
interitum cognatis affinis; noti atq; ignoti ſi ſperet hereditatem ad ſe peruenturã.
Imprecabitur aduerſam fortunam vicino: cuius imminet animo poſſeſſionibus.
Decoctiones/ cedes/ naufragia/ incendia affectabit: ſi aliorum damnum in rem ſu
am ſit futurum. Letabitur ſterilitate ac fame/ ſi frumento abundet. Memini quen
dam auarũ dicere ſolitum: ad id tempus cuſtodiri oportere/ quo puer flagitaret a
parentibus flendo panem: deſignans ſterilitatis tempus expectandũ. Qua voce
quid atrocius/ quid inhumanius poteſt pferri huic non homini/ ſed portento im
mani: Quid aliud optes/ niſi ut pereat deſiderio ſuo: At etiam dixiſti auarũ con
ſulere patrie: hoc tam eſt impoſſibile/ ꝙ eum non eſſe cupidum. Profecto nunq̃
dabit rectum conſilium mens ſubdita auaricie/ dedita cupiditati. Quecunq; cogi
tabit loquetur: aget: referet ad rationes ſuas. Id optimũ factu cenſebit ex quo plu
rimum deriuet in arcam: etiam cum publico detrimento. Priuatũ cõmodum ſem
per cõmuni anteuertet. Non dolebit minui ciuitatis opes dum augeant̃ ſue. Nil
ſanctum erit apud eum: nil religioſum: nil equum: nil iuſtum. Hortabit̃ ad bellũ
etiam iniquum/ & cum periculo patrie: ſi quid ex eo ſe opitulaturũ confidat: pacẽ
ſuadebit pernicioſam ac turpem ex qua domus ſua fiat locupletior. Habebit ve
nalem vocem: operam: dignitatẽ. Inſidiabit̃ patrie: hoſtiſq; illius fiet pecunie gra
tia. Quot eñ reperti ſunt etiam memoria noſtra: qui corrupti auro/ empti precio
patriam prodere ſunt conati. Ita & conſilio pernicioſos reddet auaricia/ & opera
improbos. Hos tu Antoni cenſebas etiam in urbem conuocandos utilitatis cau
ſa. Si quidem velis aſylum inſtituere: ad quos undiq; nepharij/ ſceleratiq; homies
confugiant: recte arbitraris. Si vero ſtatui ciuitatũ conſulere exiſtimas: peruerſe.
Plato. Non eñ malis ciuib9/ ſed bonis ſunt urbes replende. Plato qdem ſapientiſſimus
grecorũ cenſuit fore res publicas beatas: ſi aut eas ſapientes regerent: aut ſapien
tie ſtudioſi. tu ſi aut auaris repleant̃: aut auaricie deditis: quo quid eſt abſurdius:
Hoc an eſt oro te ſtabilire: an funditus ſubuertere ciuitates: Vnus aut alter aua
rus/ hoc eſt cõmunis omniũ expilator urbem conturbat: que ſequetur vaſtitas/ ſi
multos introduxeris: quæ veluti agmine concitato/ impetum faciant in fortu
nas noſtras: Et tu aſſeris utiles eos eſſe: quorum ſimiles ſi darentur multi/ dele
rentur potius ciuitates. Verum excutiamus paulum hanc auarorum utilitatem.
Etenim ſi qua eſt nobis ab illis: ea a virtutum aliqua proficiſcitur. Nam a nul

pitudine aut vitio non poteſt deſcendere. cum ea nullo ſit dedecori cõiuncta. Aſt
auarus eſt extra omnẽ virtutẽ: ergo ab ea nulla utilitas emanabit. virtutis autẽ im-
munem illum eſſe haud dubium eſt. Primũ iuſticię cultus in eo nullus vigebit / fir-
miſſimũ & publicarum & priuatarũ rerum fundamentum. Nam cum duo dican-
tur a Cicerone iuſticię munera. unum ne cui noceatur: alterum ut cõmuni ſeruiat̃ Cicero
utilitati. auari eſt & nocere oĩbus / & cõmunem utilitatem odiſſe. Cum autem iu
ſticię officium eſt diſtribuere ſuum cuiq; hoc eſt premio & pena afficere. At aua-
rus nõ diſtributor eſt / ſed raptor. Aliorum præmia ſibi vendicabit / inuidens alte-
rius bono: pęnam nullam infert oblato precio. Ita in dando præmio erit remiſſus /
corruptus in pęnam irrogandã. Cum reos tuebit̃ / inſontes mulctabit. Id iuſtũ de-
ducet / quod ſibi futurũ ſit q̃ſtuoſum. Deinde vacuus erit gratiſſima virtutũ / libera
litate ac munificentia. ſunt eñ ab auaricia longe diuerſa: cũ alterę dando ac ꝓme-
rendo creſcũt: alterę auferendo. Carebit quoq; magnificentia ac magnanimitate.
Nam qd excelſo animo dignũ geret homo tenuis / anguſtus / remiſſus / puſillus?
aut quid magnificũ operabit̃ / qui exhorreſcit id nomen impenſę? Nunq; utet̃ pe-
cunijs / qui afficit̃ earum amore. ſeruus eſt enim illarũ / non dñs: cuſtos / non diſpẽ-
ſator. quas cũ cupiat augere / nunq; ad eas admouebit manum: nunq; efferet. Niſi
forſan ille cuius nomen reticebo / natorũ cauſa magni fuiſſe animi vobis videtur. Auari cu-
qui cum per auariciã maximas cõtraxiſſet diuitias: filij aũt adoleſcẽtes domi ſum- iuſdã tenax
ptuoſius cenitarent / inter ſymphonias & cantus. Homo qui raro famẽ ſedaſſet / liberalitas.
niſi menſa incompoſita / cũ magno dolore tacitus hęc ſecũ tuliſſet: ſemel tandẽ ex-
citatus perſtrepentiũ conuiuarũ vocibus: ſumma cum anxietate prodijt / tanq; e
carcere ex camerula ſua: inſulatus coruino vultu ac ſubraucido / vix cõſpiciens
lucem: ac deſuꝑ contẽplans diſcũbentes / magna voce appellauit diſpenſatorem.
Et en ſuſpirans inquit. poſtq; filij bona hęc meo ſudore parta / comeſſationibus ac
delitijs cõſumere pergũt: ego quoq; mihimet volo indulgere: & dare me volupta-
ti. mihi acta eſt ætas. Illi de ſe viderint: perdent oĩa ut libet / dum mihi ipſe proſpi-
ciam. Atq; inde ꝓferens ex ſordido loculo ęreum nũmulum: accipe ait / proflige-
mus dum res ſuppetit: eme lactucas mihi / ut nos etiam cõuiuemur. Magno mihi
crede animo / atq; elato his uſus eſt verbis: ut niſi vulgi extimuiſſet opinionẽ / eiuſ-
modi expenſis rei familiari male conſuluiſſet. At credo aſſequitur temperantiæ
laudem: cum nulla in re modum ſeruet: cum eius mens / animus / appetitus prode
ant ex intẽperantię fonte. Temperantia enim medij eſt: auaricia extremorũ. Nam
fortitudinem in eo eſſe quis dixerit? cum animũ virilem / corpuſq; effeminet auar-
icia. Teſtis & auctor grauis ſit Saluſtius. Prudentia inſuper erit vacuus. In quo Saluſtius
enim reliquæ virtutes abſunt: & hæc aberit moderatrix reliquarum. Corruptus
quidem cupiditate animus / carebit recto rerum iudicio. Tuus ergo hic bonus ho
mo deſertus atq; deſtitutus omni ſplendore atq; ornatu virtutum: non ad con-
ſeruandam rem publicam erit utilis / ſed ad delendam: non ad ciuitates ſuſtentan-
das / ſed ad diuertendas. Nam pernicies quędam bonorum omniũ eſt auaricia. de
quo audi quid Chryſoſto. (libenter enim eius in ſentẽtijs tanq; in agro fertili ver-
ſor) ſentiat: & qualem arbitretur. Pernicioſum quid inquit eſt auaricia: oculos he Chryſoſto.
betat atq; aures: reddens homines fera beſtia immaniores. Non amicitiam / non
ſocietatem / non ipſius animę ſalutem ullo modo excogitare permittit: ſed ab om-
nibus his amouens / tanquam ſeuus tyrannus quos cæpit ſeruos ſibi efficit: &
quod deterius eſt / diligere cogit huius acerbę ſeruitutis auctorem: ex quo fit in-
curabilis ægritudo. Hæc decem milia indixit bella: ſanguine quidem vias / lu-
ctibus vero ciuitates replens. His dictis / perſpicuum eſt quæ ſit futura eius uti-
litas / qui ut cætera ſileantur / luctu & ſanguine ſit urbes repleturus. Qui ſi te de-
lectat / aduoca illum in tuam rem publicam. Noſtra non moleſte feret / ſe quidẽ

carere hoc tam improbo architecto ciuitatũ. Si mihi qdem liceret: ſicut Plato e re
publica quã iuſtam ſuis libris deſcribit/expulit: q̃ eorũ ṽbis & doctrina infici pu-
taret vitã adoleſcentũ ac ciuitatum mores. Ita ego ſi tamẽ hi mecũ ſentiũt: auaros
oẽs decreto meo eijciendos ſentio e ciuitatibus: quorũ non verbis/ſed factis: nõ
Bartholo. doctrina/ſed exẽplo ciuiũ animi corrumpunt. Aſſentimur ut pro reliqs ſpondeã
Bartholomeus inquit. Nam hoc nihil põt exquiri ſanctius/nil iuſtius decerni: qd
Cincius ſi obſeruaret/forent res publicẹ imortales. Vtinã inqt Cincius/una cum regibus
e noſtra urbe exacti eſſent: & ne in ea deinceps reciperent/ ꝑpetuo edicto prohi-
biti: vigeret adhuc Imperiũ illud: qd dum vacauit auaricia/creuit ad ſummã am-
plitudinẽ. Poſtea vero q̃ palam etiam ciuitatem occupauit: atq; illa Iugurthẹ vox
Cicero eſt emiſſa: Imperiũ collapſum eſt dñante auaricia. Vñ miror Ciceronẽ (quẽ btũs
Augu. artificem gubernandẹ reip. appellat) legibꝰ quãs reip. dedit a ſe deſcriptas/
non & hanc addidiſſe: Auaros pelli urbibus optere. quẹ lex multo neceſſarior/ſa-
lutariorq; fuiſſet/q̃ q̃s aut de ſeruãdis ſacris cerimonijſq; inſtituit/aut de magſtrati-
bus creandis. Vtilior certe huius unius ꝓmulgatio extitiſſet: eiecto eo vitio/qd
virtutũ oĩm cõplectit corruptelã. Sed vir prudẽtiſſimus obſecutus forſan tꝑibus/
ſolũmodo mulcta plectendã auariciã cenſuit: nõ addens grauiorẽ pẹnã. Nos vo
excludimus eam oĩno ex habitacl'o ciuitatũ: neq; veſtigiũ ullum in eis tantimor-
bi relinqmus. Itaq; ferat a nobis hæc lex ſanctior cẹteris oĩbus: Auari in urbibꝰ
Andreas. ne ſunto: qui fuerint/publico edicto eijciant. Tunc Andreas. Lẹtor inqt a vobis
probari ſñiam meam/& cõtra Antoniũ ſentire: cuius ſupeſt ut reijciam dictũ: vi-
deri ſibi laudandã in ſenibus auariciã: idq; prudẽtia accidere. Sed nõ proſeqr lon-
gius/veritus loqcitatis crimen: licet id poſſem mltis impugnare argumẽtis. Vnam
Cicero Ciceronis noſtri ſñiam referam: cõtra Antonij opinionẽ. Noſtis illam oẽs: ſed An-
toniũ fugit opinor cũ ea dixit. Scribit eñ ſe neſcire/qd ſibi velit auaricia ſenilis: ne-
q; quicq; fieri imprudẽtius/q̃ quo minus viẹ ſupſit/eo plus viatici q̃rere. Neq; vo
eſt ut alijs cõſultũ velint ex eorũ cupiditate: aut ꝓſpiciant proſpis: qd ab Antonio
dicebat. ſed hac excuſatione utunt ad obtegendã vitij ſui culpam: ut aliq id rõne
fieri videat/non prauitate. Nam qd dixiſti. auariciã rem neceſſariã: perſpicuũ eſt
eſſe id longe ſecus. nihil eſt eñ neceſſariũ/qd ip̃m ſit inutile & ꝑnicioſum. at nulla
res ꝑniciſioſior q̃ ea ex qua mala oĩa ortũ trahunt. Oĩa tñ mala oriri ex auaricia
Apſ̃us cõprobat apl's Paulus/cuius eſt aurea ſñia. Malorũ oĩm radicẽ eẽ cupiditatẽ: eam
ip̃am intelligens ex q̃ eſt auaricia. Quid hoc verius unq; editũ eſt: qd prolatũ aci-
us: q̃ ex ſtipite auaricię pullulare germina oĩm malorũ. Ita ſi auaricia neceſſaria
eſſet: mala quoq; oĩa et vitia quẹ in ea cõtinent eſſent ex neceſſitate. Siqdem nullũ
reperies vitiũ cuius non illa ſit parens & ꝓcreatrix. ꝑuertit eñ aĩm: tollit rõem: ve-
ri iudiciũ aufert/& falſis imbuit opinionibꝰ: ut q̃ſtum pietatẽ putet/ſenus ſpeciem
beneficij/lucrũ prudentię mercedẽ. ſed hoc p̃cipuũ cupiditatis malũ. Eſt una quaſi
reliquarũ alitrix ṽtus/charitas: qua deficiẽte ip̃e Apl's teſtat alijs ṽtutibus carere.
Nam cum in hanc multiplices laudes cõgeſſiſſet: dicens illam nõ inflari: nõ ẹmu-
lari: patientẽ. benignam: non q̃rentem quẹ ſua ſunt: & cẹtera quẹ nota ſunt nobis.
Tandem ſubiunxit: qui in hac una deliqrit: fieri oĩm reum. Vox cẹleſtis ꝑfecto: q̃
ſcelus auaricię exp̃ſſit: tum ab hac una/tum a cẹteris ṽtutibus alienũ. Atq in aua-
Chryſoſto. ro nullam charitatẽ conſiſtere Chryſoſt. affirmat: dicens eum neq; tangi miſericor-
dia: neq; charitate moueri. Recte ſane aduerſant in inuicẽ charitas atq; auaricia.
Charitas dando creſcit: auaricia auferendo. hæc veſtit inopes: illa ſpoliat. hæc pau-
perẽ redimit ex carcere: illa in carcerem trudit. hæc famelicum paſcit: illa enecat fa-
me. hæc gaudet benignitate: illa malignitate lẹtatur. huic pietas cordi eſt: illi crude-
litas. Hinc & Chryſoſto. clamat. Horreamus auariciam/quam Paulus radicem
malorũ oĩm appellat: fugiamus hoc peccatũ. Hæc orbem terrarũ inſtabilem fecit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hæc oīa cōfundit. hęc nos abducit a beata ſeruitute Chrī: cōtraria eſt eīs pceptis
ſuis. Hic eñ dicit/da indigentibꝫ: Illa/rape quę indigentiū ſunt. hic/ iniuriā facię
tibus ignoſce. Illa/tende plagas aduerſus eos qui nullā iniuriā intulerūt. hic/eſto
miſericors & mitis: Illa/crudelis & īmitis eſto. Abijciamus igitur amorē pecu-
nię. abijciemus aūt/ſi cogitauerimus eos oēs qui auariciā exercuerī eſſe mor-
tuos: eorū laboribus alios gaudere: ipſos tormētis & ſupplicijs affligi/& oñ. i ge
nere malorū. Nōne igitur eſt extremę demētię id agere: ut & viuētes cōtinuis
in laboribꝫ verſenī. & mortui intolerabilia ſupplicia & tormēta patianī. Tum — Bartholo.
Bartholomęus: egregie inqt iſta dicunī a Chryſoſto. & magna cum grauitate/
neq; ineleganī: quę adeo delectāt/ut cupiā libris ſuis fieri familiarior. Mul — Andreas.
to qdem id diceres magis/inqt Andreas: ſi eum patrio ſermone audiſſes. multa
huius ſanctiſſimi viri ſcripta legi/magno cū ornatu verborū & ſentētiarꝫ graui-
tate. Quę aūt retuli Burgrauīdo qdam piſanus vir haud ſane eloquēs/ducentis
ante & .lx. ferme annis fecit latina: quę licet nulla cum elegātia ſermonis fuerit — Chryſoſtomi laus.
tranſlata: tanta eſt tamē dignitas rerum & verborꝫ pondus: ut etiā in obſcura
eloquētia illius aurei oris ſplendorē ſentiant. Sed exiſtimo aliquē ex vr̄is ( mul-
ti eñ iā ſunt grecis lr̄is inſtructi) hęc illius dicta uberiori ſtilo ac politiori ad nos
traductunī. Sane pergratū Bartholo. inqt. nobis fuit audire hęc abs te greco — Bartholo.
hoīe doctiſſimoq;: cuius in ore reſonabūt uberius q̄ proferūt a noſtris. Oīa ta
men q̄ audiuimus grauitatē ſentētia Apl̄i quā retuliſti videī excedere. Ita eſt — Andreas.
inqt ille. Sed quantū hoc Apl̄i dictū cętera antecellit: tantū ad ipm ab altera eius
ſententia ſuperaī. Ait eñ alio in locꝫ: auariciā eſſe idolorꝫ ſeruitutē. quo ſolo di
cto conuellunī oms Antonij rōnes. Nam & auari corpus affligi in hac vita de-
clarauit ob miſerrimā ſeruitutē cui alligatus eſt: & aīam torquendā diabolo tra
di/quē patronū ſibi in vita delegit. Dixit primū/auarum ſeruire. Sed quia ſerui
tus tolerabilior videī ob domini dignitatē: peſſimi atq; īmundiſſimi dęmonis ſer
uum vocauit. Dicāt cęteri quantū libet: nullū dictum melius reperiī: nulla ner-
uoſior ſententia. Nam qd ab ullo aut vehemētius verborꝫ magno ambitu/aut
grauius rerum pondere potuit pferri: q̄ auaricia hoīem fieri idolatram: hoc eſt
diabolo ſeruientē. Ita eſt profecto. Aurū eñ & quicqd id eſt qd recōdit auarus
diligit/obſeruat/colit/veneraī ut deum: & veluti rem diuinā vereī tāgere. Ergo
abducit a cultu Dei/ut idolis ſeruiat. Ob eam cauſam beatus Auguſti. auaros
cōparat hęreticis/in lib. qui eſt aduerſus Donatiſtas. Quęro eñ inquit: quis pec — Auguſti cōtra auaros.
cat grauius: an qui neſciēs in hęreſim incurrit: an qui ſciens ab auaricia/hoc eſt
idolatria non receſſit/teneī idolatrię crimine. deinde ſubdit. Sicut ergo hęretici
regnū dei nō poſſidebūt: ita & auari regnū dei nō intrabunt. O ſententiā diuinā
tam ex oraculo Dei emiſſam. Quomodo eñ regnū dei ingredieī: aut quō fiet
ſaluus/qui eſt aduerſus illis maxime mandatis/ ex quibus & leges pendent &
prophetę: quę cum duo ſint: in quibus legis conſiſtit plenitudo oīs: alterū ut
deum/alterū ut proximū diligamus. Neq; deus ullo modo diligi poteſt ab aua
ro cum factus ſit idolorꝫ ſeruus. Neq; proximū ullū recognoſcit: prout eſt rōne
& teſtimonio comprobatū. Quid ergo ſupereſt/niſi ut ex ſuperioribus manife
ſto concludamus: auarum eſſe hominem deteſtandū: vita perditū: plenū ſceleri
bus/dedecore/turpitudine: cuius vita nihil eſt infœlicius/Cum ſemper varijs an-
goribus atq; anxietatibus torqueaī. morte nihil miſerius/cum ſit futura ęterna.
At ſaltem dum viuūt aliq̄ voluptate animi aut corpis fruerenī: aliq̄ vitę iocundi
tate: aliqua quiete gauderent. Sed afflictantur continuis malis/ extra omne bo
num poſiti. Odiūt eos qcunq; norunt: execrantur: diris oībus proſequunī. Au-
guſtinus cōparat illos hęreticis: ab Apl̄o pro idolatris habenī: a Chryſoſto. tur-
piores imundiſſimis porcis dicunī. Viuunt / ſi viuere eſt/ in deterrima atq; infe

ma vitę cõditione verſati/ſemꝑ anxij/pendẽtes animo ac ſuſpenſi: querũt abſq;
intermiſſione:nec utunt̃ quęſitis. Queruli:gemẽtes:moroſi: difficiles ſibiipſis dif
fidentes:ut mihi qdem Sarracenorꝫ vita et mores tolerabiliores videant̃ ꝙ aua
rorum:qbus eſſet ſatius mortem oppetere/ꝙ viuere tam odibilẽ/ tam miſerã
vitam in qua nulla detur reqes:nulla reſpiratio:nullũ gaudiũ:nulla iocunditas,
Quid loquar de cura qua continue exedunt̃ auarorũ corda? Quid de cruciatu
quo afficiunt̃ theſauri omittendi metu? tanq; furiarũ flagella/fures ac latrones
ante oculos obuerſantur:qui illos reſpirare non permittunt. Veniat in mentem
Plautus Plautini ſenis in Aulularia dictum:hic nos admonebit ꝙ exulceratũ ſit cor aua
ri:ꝙ afflictum:ꝙ oppreſſum timore. Noctes ducit inſomnes: dies ſollicitos ac
laborioſos:ut hi ſoli ſint quibus oĩs eſt habenda inuidia:cum careant oĩ bo
no. Exiſtimo nullum maius malum nos imprecari cuipiam poſſe quem oderi
mus/ꝙ ut fiat auarus:quo verbo ſibi mala oĩa imprecamur,hoc eſt & corpo
auaricię fu‑ ris & animę damnationem:qua re nil peius ne a Deo qdem poteſt homini infli
ga pſuadet̃ gi. Quid igitur per immortalem deum eiuſmodi homines tam dementes/tam
pręcipites trahit? Num auri & argenti cupido? At illud nihil prodeſt:nihil opi
tulatur non utenti. Num aut opũ/aut diuitiarũ magnitudo:& ea quantũuis am
pla? Nullus eſt uſus illis/quorũ fames nulla ſedatur/aut extinguit̃ copia. Num
ut ꝙ multa poſteris relinquant? At ea modicũ durabunt:& cum ſint parta ma
le/magis multo dilabent̃. Nunquid appetunt quietem? At ea nunq; dabitur pe
cunia comparanda. Num potentia illos ducit/& dominandi appetitus? At indi
gniſſimum eſt:ut hominibus pręeſſe velit/qui ſe aſcripſit viliſſimæ ſeruituti. Po
nite ergo hunc erorem mentis:& vel paulum aliquando reuocate labentẽ rati
onem:eiuſq; monitis obtempate. Hęc docebit hoĩes eſſe vos:hoc eſt umbram et
Horacius. puluerem,ut ait Flaccus:ſed pręditos animo immortali:unum hunc eſſe ditan
dum/colendum/ornandum:reliquis in rebus non magnũ ſtudium ponendũ:
ſed utendũ pro cõmeatu huius breuiſſimę vitę ac velociſſimę. Quid eñ quęri
tis miſerrimi mortaliũ oĩm? Quę mens/quę cogitatio tã procul a vero deuios
abducit. Si vultis diuites fieri:citius id faciliuſq; cõtemnendo/ꝙ appetendo cõſe
quimini. Si qetem cupitis:aliã ratione ꝗrenda eſt:mens pura ac ſyncera quietem
pręſtet oportet/non arca:in quã quo plura cõgeſſeris/ eo te maioribus moleſti
is implicabit. Si ſecuritas vobis cordi eſt:non aurum/ ſed virtus hanc pręſtabit:
poſita extra oẽm metum. Si nobilitari placet:animus excellẽs & bono ſuo gau
dens nobilem facit. Si amplam hęreditatẽ filijs aut nepotibꝫ reliquẽdi cura vos
tenet:nulla pręclarior/nulla ſolidior illis tradit̃ ꝙ virtutis & glorię. Si potentia
vos delectat:ille oĩbus imperabit qui imperat ſibi. Regnũ mens bona poſſi
det. Pecuniam ſectando impotentes eritis:ignobiles:timidi:inquieti:pauperes,
Quo igitur vos trãſuerſos ducit mala cupido:qua obcęcati/nil rectũ/nil hone
ſtum conſpicitis? Quid deſeritis virtutem rem firmam/ſtabilem/ noſtriq; arbi
trij:& ea appetitis quorũ uſus labilis eſt & incertus:& in arbitrio fortunę poſi
tus. Hæc quę tanto ſtudio ac defatigatione perquiritis: quę ꝓpter tot ſubitis la
bores:in quibus ætatem cõſumitis/diuitię/opes/agri/domicilia:& quicqd id eſt
qđ hic magni exiſtimatis/caduca ſunt & fragilia: & quę poſſident̃ ex comoda
to:neq; permanſura diutius vobiſcũ: nihil horum vos comitabit̃. Cum migra
bitis e vita/deſtituent vos abibitiſq; nudi:inopes:deſerti:deſcendẽtes ad inferos
dicturi ꝓpriam cauſam ſine aduocato/apđ tremendũ illum iudicem/qui neſcit
auro corrumpi:nullum auxiliũ vobis aderit:nulla defenſio: nullum patrocini
Bartholo. um/niſi qđ virtute ſibi quis & recte factis viuens cõpararit. Tum Bartholo
męus. Adijcias licet inquit his verbis/& quæ ab Luciano tuo in eandem ſen
tentiã ponunt̃:& quę ab Syllio Italico poeta nobili. Quorũ Lucianus: O ſtulti

inquit:quid eſtis circa iſta terrena ſolliciti? quieſcite aliquando: nam moriendum Lucanus.
eſt vobis. Eorũ autem quę apud vos ſunt/nihil eſt ęterenũ. Nemo cum moritur
auferet ſecũ quicq;:ſed nudus atq; inops ad inferos tranſibit. Syllius vero cum de Syllius
functum in bello diuitem auarum dixiſſet/hos edidit verſus. Occumbis genero-
ſe Volunx:nec clauſa repoſcis Pondera/theſauris patrię:nec regia quondã Pręſul
gens ebore:& poſſeſſa mapalia ſoli Profuerint:quid rapta iuuant? quid gentibꝰ
auri Nuncq; extincta ſitis? modo quem fortuna fouendo Congeſtis opibus do
niſq; referſit opimis: Nudum tartarea portabit nauita cymba. Hic Andreas: & Andreas.
hęc ab iſtis:& multa preterea a pluribus ſcribunt: Sed hę nõ unius aut alterius
ſunt voces: ſed naturę & ipſius veritatis: ad quas ſi homines exhiberent animũ:
proculdubio ſubſiſterent paulisper:nec ita proni cęciq; in cupiditatũ pelagus de-
ferrẽtur. Sed mirum eſt:cum tot monita excellentiũ virorum/tot ſana conſilia/ tot
plenas auctoritatis grauitatiſq; ſententias habeamus ante oculos poſitas: qbus
permoueri mentes mortaliũ deberent:tamẽ exiſtere aliquos qui omi rõne poſt-
habita/cupiditati dedicent ſe ac deuoueant tanq; deo. Reſipiſcant ergo dum tem
pus datur:& aliquã rõnem habeãt vitę futurę. Auſcultent ſapientiſſimorum viro-
rum ſententijs:pareant docentiũ ſe vocibus. Illamq; in primis M. tullij inſcriptã in
animo habeant & pectore infixam ſententiã: Nihil eſſe tam anguſti / tamq; parui Cicero
animi/q; amare diuitias:nihil honeſtius magnificentiuſq; q; pecuniã cõtemnere/
ſi non habeas:ſi habeas/ad beneficentiã/liberalitatemq; conferre. Quę cum dixiſ- Antonius.
ſet. Lętor inquit Antonius me pronuntiaris ſenſiſſe: quo iſta a te audiremus. Sint Andreas.
modo inquit ille digna auribus veſtris. Nam ſi probent vobis:non eſt ut pertime
ſcam aliorum iudicium. Sed cum ſatis collocuti ſimus & nox ſuperuenerit/abeũ-
dum cenſeo. Ita omnes conſurrexerunt.

FINIS.

# POGGII FLORENTINI ORATORIS CLARISSIMI ac ſecretarij Apoſtolici Hiſtoria Tripartita/ad reuerendiſſimũ D. Proſperũ Cardinalẽ de Colũna:continet has tres diſcepta tiuas hiſtorias:conuiuales/elegantes/ & iocun- das:quę in ſequenti prologo titula- tim exprimuntur.

## PROLOGVS.

Cato. ¶ Supiorem Catonem ſcriptum reliquiſſe legimus p̄ſtantiſſime pater:magno rum virorũ non ſolum negocij/ſed ocij quoq; extare oportere rationem. Egregia profecto ac ſapientiſſimo viro digna ſententia. Verũ ſi hoc in claris viris lau- datur: quorum non tm̃ geſta/ſed dicta quoq; late om̃ibus patent:& in minoribus quoq; laudandũ videt̃: ſi illorũ virtutem imitati/ocium ſuum conferant ad inge- nij exercitationem. In ſingulis enim excellens haberi debet: reuocare mentem a ſenſibus:atq; in mentis animiq; agitatione verſari. Ego ſane quo me ex eorũ vul- go exiberem/ de quorũ ocio parum conſtat:nõnulla hactenus conſcripſi/quę iã inter multos diffuſa longiorem paulo mihi poſt obitum vitam allatura videant̃. Idq; eo feci libentius/quo facilius fugerem eas moleſtias/ quibus hæc fragilis atq; imbecilla ætas plena eſt. Hæc etem̃ ſcribendi exercitatio multum mihi contulit ad temporũ iniurias p̄ferendas. Non enim non potui angi animo & dolere aliquan do:cum viderẽ me natu maiorem/ita adhuc tenui eſſe cenſu: ut cogerer quęſtui potius operã/q̃ ingenio dare. Q̃uis optimi ſanctiſſimiq; viri Nycholai qntiſſum mi pontificis bñficentia id effecit/ut iam querelę temporũ ſint prætereundę:atq; in gratiam aliquãdo cum fortuna videar rediiſſe. Hoc vero ex rerum externarũ ia- ctura ſum conſequutus: ut v̾tutem atq; ingenij laudem p̄ferrem fortunę bonis: potiusq; tempus/quoad rei familiaris ſollicitudo permiſit in ſcribẽdo traducerẽ/q̃ traderem ocio ignauo. Verum cum non ſemp̄ maioribus in rebus ſtudia noſtra verſari poſſunt/laudanda quoq; aut certe non repudianda ſunt humiliora exerci- tia:p̄ſertim non om̃ino ſalis vacua: & remiſſius quoddã orationis genus. In quo quidem nuper nos operam poſuimus:quum eſſemus in patria procul a curia ne gocijs publicis vacui. Ne enim tempus om̃ino per inertiam conſumeret̃:manda- ui litteris ſermonẽ ſupiori anno inter doctiſſimos viros habitum:qui tres cõtinet diſputatiunculas haud ſane graues/ſed quę ad legendũ mediocres homines poſ-

Triũ conui- ualiũ hiſto- riarũ argu- menta.

ſint allicere. Harum prima eſt. Vter alteri gratias debeat pro cõuiuio impẽſo:is ne qui vocatus eſt ad conuiuiũ:an qui vocarit? Secunda: Quę ſit res ad doctrinam preſtantior/generiq; humano utilior: iuris ne ciuilis:an medicinę? Tertia: Latina ne lingua priſci Romani vulgo ab ip̃a infantia uterent̃:an alia quidẽ eſſet docto- rum virorum/alia plebis oratio: quę a nobis potius ad excitandũ aliorũ ingenia paucis conſcripta ſunt/q̃ ad certam ſententiã proferendã. Te autẽ preſtantiſſime pater/qui es doctiſſimus:quiq; humanitatis atq; eloquentię ſtudijs plurimũ ope- ris curęq; impendis:hic meus libellus elegit cuius in familiam aſcribatur. Et q̃uis maiora quędam ac politiora eſſent ad te deferenda:tamen hoc munuſculum tibi ultro oblatum neq; aſpernandum videtur. cum preſertim ab amico tibi deditiſſi- mo proficiſcatur. Leges igitur hunc leuandi animi/non diſcendi cauſa:cum ea cõ tineat quę potius oblectare mentem queant/q̃ reddere doctiorem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## POGGII FLORENTINI ORATORIS CLARISSIMI Hiſtorię primę diſceptatio: Vter alteri gratias debeat pro conuiuio impenſo: an qui vocatur: an qui vocat.

QVo primũ anno Nycholaus põtifex quintus peſtis
cauſa Fabrianũ Piceni oppidũ ſeceſſit: cum me ad
terrã nouam natalẽ p̃riam cum familia cõtuliſſem:
venit eo poſtmodũ rogatus a me/ qui Florentiã ob
negocia publica adibat/ Carolus Aretinus vir omĩ
laude & doctrina p̃ſtantiſſimus. Is em̃/ pluresq; alij:
inter quos erant viri doctiſſimi Benedictus Areti-
nus iuriſcõſultus: ac Nycholaus Fulginus inſignis
philoſophia atq; arte medicus: Aretiũ petierant pe-
ſtis vitandę cauſa. Contigit aũt ut eodem die & Ny-
cholaus ex Aretio ad curandũ ęgrum quendã accer
ſitus/ & Bñdictus ſc; in p̃riam iturus ſimul me con-
uenirẽt. Magna me animi voluptas cępit: quum vi
derem tres amantiſſimos viros/ mihiq; ſingulari beniuolentia cõiunctos forte in
idem loci diuertiſſe. Qui om̃es quum hortatu meo in hortulo mecum cęnaſſent:
poſt varios in ea ſerm̃ones habitos/ remota menſa: quum tempus abeundi vide-
retur. Age ut moris eſt Carole/ Bñdictus inquit/ huic hoſpiti noſtro gratias: qui Bñdictus.
ita hilare atq; humaniter nos excepit. Scis em̃ hoies agere conſueuiſſe poſt cibum
gratias his qui ad cibum vocarint. Si cui vero ſunt agendę: hic eſt profecto (me
intuens) cuius opera non ſolũ epulis/ ſed etiam vario ſuauiq; ſermone cęna iocũ
da fuit. neq; id erit tibi difficile: cũ ꝑpaucis v̾bis his cõtentus exiſtat: & tu dicendi co
pia excellas. Geram Bñdicte morem Carolus ait: q̃uis a multis aliter ſeruatum Carolus.
ſciam: quod nunq̃ tamẽ probaui. Videtur em̃ conſuetudo hæc mihi inter doctos
viros non ridenda ſolum/ ſed etiam repudianda: quũ potius cõuiuij magiſter gra
tias conuiuis debeat qui venerint/ q̃ illi ei qui ad epulũ vocarit. Maior hominũ ꝑs
vel om̃es ferme cõuiuia p̄parant: aut ad m̃iendam illorũ quorũ ope indigent grati
am: aut ad alliciendũ eos quos ſibi ſperant ꝓfuturos. Vel ad honorem ſibi ex cõ
uiuarum dignitate adijciendũ. aut ad rumorem & famam vulgi comparandã: ut
liberales ſplendidiq; exiſtiment. Horum quemuis non magis gratias debere arbi
tror conuiuij auctori/ q̃ tibicines aut citthariſtas: vel cantores ad epulum adhibi-
tos voluptatis cauſa: qui nedũ gratias pro cibis impenſis nõ agũt: ſed premiũ inſup
ſuę artis expoſcunt. Quũ quis ergo non alterius/ ſed ſui gratia ad conuiuiũ homi
nes vocet/ quæ illi gratia eſt habẽda? Ego nobis gratias ab hoc agendas cenſeo/
quorum locus ac preſentia reddatur multo q̃ ante nobilior. An tu parum hono-
ris huic noſtro hoſpiti accedere arbitraris: quum virorũ talium cœtu/ domus hæc
multo illuſtrior atq; ornatior reddat q̃ cæteris quibuſue auri/ argenti/ veſtis ſtra
oĩm libros cõtemnes. Dignitas vero & auctoritas illarũ habeṫ tanta/ quãta con-
tineṫ in maximi oĩm principis decretis. Eo quoq̃ꝫ maior in his q̃ꝫ in reliquis legibꝫ
dignitas habenda eſt: quo eſt diuina res ſuperior humanis: quanto Chriſti vicarij
dignitas præſtat imperatorię. Neq̃ꝫ vero cõmentantiũ labores culpes: ſi multas
opiniones afferũt: multas dubitatiões. Scis tui philoſophi eſſe ſententiã: dubitatiõ
nem rerum veri inueniẽdi cauſam præbuiſſe. Sed iam leges miſſas faciamus: &
aut ſurgendum eſt: aut alterius ſermo rei eſt a nobis inſtituendus.

## TERTIAE CONVIVALIS HISTORIAE DISCEPTA

Vtrum priſcis Romanis latina lingua oĩbus cõmunis fuerit: An alia quædam doctorũ virorum: alia plæbis & vulgi.

Bñdictus Vm Benedictus qui ad legum ſcientiam etiam ſtudia humanita
tis adiunxerat:ſedeamus adhuc vos oro inquit. Eſt enim ut te Ca
role requiram/qd' iamdudũ ſcire deſidero. Nec id a veſtra doctri
na alienũ. Diutina me dubitatio tenuit: Vtrũ priſcis Romanis la
tina lingua ( quã Grãmaticã vocamus )fuit omniũ cõmunis. An
alia quædã eſſet doctorũ virorũ:alia plæbis & vulgi oratio. Id eſt
ut apertius loquar: Vtrũ docti pari & indocti/ab ipaq; infantia latino veluti ma
terno domeſticoq; ſermone loquerent. An eſſet alius quiſpiam doctorũ hominũ
prout nobis cõtingit/ab uſu vulgari diuerſus. Sentio eñ hac de re viros doctiſſi
Leonardus Aretinus mos diſſentire. Leonardus Aretinus epl'a quã ſcripſit ad Flauiũ forliuienſem pro
bare nitur:non fuiſſe eã linguam oĩbus communem:ſed aliam popularem/ali
am eruditorũ virorũ extitiſſe locutionem. Qua in ſententia fuit etiam vir clariſſi
Antonius luſcus. mus Antonius luſcus:qui aiebat ſe adduci non poſſe:ut crederet cerdones/ſuto
res/cocos/reliquãq; vulgi fęcem latino ſermone uſam. Cui Poggius reſpondere
ſolitus erat:non fuiſſe difficilius latina verba a pueris/q̃ alia uſu percipi. cũ ab ipa
infantia Barbarorũ filij cum materno lacte vernaculã linguãm diſcant:q̃uis rudẽ
aſperam/barbaram/abſonam prolatu. quæ nobis viris eſſet admodũ ſcitu difficil
lis. Cur enim quod nunc doctrina percipit̃/non tunc quotidiano uſu percipi potu
it: cum nouerimus in curia Romana permultos:qui licet rudes lr̃arum/tamẽ aſſi
dua conſuetudine tum loquendi/tum cæteros audiendi / & intelligerent alios: &
ipi haud abſurde latine loquerent̃. Te antẽ ut Franciſcum barbarum doctiſſimũ vi
rum/multoſq; præterea audiui ab ea ſentẽtia alienos: extimareq; latine oĩes pari
Carolus. ter fuiſſe locutos. Qua de re quid iudices Carole/ ne ſit moleſtũ proferre. Tum
ille ad Poggium inquit. Reijcio hoc totum diſputationis genus:a quo audiui mul
ta/ſeu multorꝝ dicta & ſententias contra Leonardi opinionem inueſtigaſſe. Ego
eñ ut verum fatear/hac in re minime curioſus fui:q̃uis Poggio aſſentiar: & mihi
Poggius. verior ſua opinio videat̃. Hic ego:fateor inquã Carole/me cum antea cum Leo
nardo Antonioq; ſæpius diſceptaſſem:tamen poſt illam Leonardi epl'am plura
ex varijs collegiſſe ſcriptoribus: quibus facile probatur illos non recta ſenſiſſe. Le
onardũ quippe memini dixiſſe:mihi etiam ſe conſcripſiſſe epl'am/quo me alliceret
ad reſpondendũ. Et certe is mihi animus ſemp̱ fuit/ut aliqd contra ſuam ſententiã
ſcriberem:ſed varię occupationes fuere hactenus impedimẽto. Nunc quoniã &
ocium eſt nobis:& hoc Benedictus poſtulat:Carolus vero me in hanc prouinciã
reijcit:parebo voluntati veſtrę:afferens ea primũ quibus arbitror cauſam meam
oĩbus probaturũ. Deinde ad Leonardi epl'am reſpondebo. Q̃uis id ars dicen
di requirat:ut prius aduerſarij cõfutent̃ dicta/q̃ noſtras rõnes afferamus:quo or
dine pretermiſſo/dicam antea quæ huic quæſtioni ſatiſfacere videant̃. Sed opus
eſt ut paulo ſupius exordiar/quo poſſim ad id qd' cupimus deſcendere. Quęro a
vobis:quam linguã appelletis latinam:eam quã Grãmaticã vocamus:a quibꝰ or
Latini. tum habuiſſe putetis. Nempe opinor illam qua Latini popl'i utebant̃ & ab eis or
tam:illaq; eos fuiſſe uſos qui dicebant̃ latini. a quibus & nomen ſortita eſt. quã &
Romanis cum latini eſſent/& in Latio ſiti/in uſu fuiſſe cõmuni neceſſe eſt. Nam
ſicut linguam dicimus Gallicam/Iſpanam/Germanam/Italam/:qua Galli/Iſpa
ni/Germani/Itali loquunt̃:item de græca & reliquis. eodem modo & latinam lin
Lingua latina unica. guam eam fuiſſe oportet/quæ in cõmuni erat uſu apud latinos. Hanc unicam fu
iſſe ipſa ratione conſtat. Si enim alius ab hoc ſermo extitiſſet: aliud quoq; nomen

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſortitus eſſet. ſic in nobis eſt: qui grāmaticam/id eſt latinam linguam diſtinguimus
a vulgari: Sicuti vero in lingua noſtra materna nequaq́ꝫ dicimus cōphendi grā⸗
maticam: ita ſola una erat loquela illoꝝ quiappellabant latini: nulla alia latinę ad
iuncta. Lingua inſup latina ex verbis conſtat/quibus cum ſermonem cōficiebant
latini. Ergo & verba latina in cōſuetudine erant cōmuni. Non enim verbis utebā
tur incognitis: ſed quæ cum nutricū lacte perciperent. Si enim alia loquela uſi fo⸗
rent: & illa ſuum aliquod nomen nacta fuiſſet. Sed ſol liānguā latinam legimus il
lorum vernaculū ſermonem extitiſſe. Itaq́ꝫ a latinis lingua eſt dicta latina: qua hi
cum ſoli/non alij utebant. Quanq́ꝫ non parum admiror illorū doctrinā / qui alio
q̄ latino ſermone priſcos Romanos vulgo locutos volūt. Tum hodie quoq́ꝫ ma⸗
gna ex parte/Romanis pſertim mulierib9/incorruptior loquendi cōſuetudo per
manſit/qua latina verba proferant. ut mirū ſit in tanta urbis vaſtitate/tanta diuer
ſarum quæ urbem occuparunt gentium colluuione/tanta inundatione barbaro
rum qui urbe permanſerūt: adhuc linguę latinę portionem vulgo in urbe reſediſ
ſe. Longum eſſet referre latina verba/quæ nunc in eorū vulgari ſermone ſunt pe
ne infinita. Illud dicam: multa me Romę didiciſſe inter loquendū latina vocabula
quę antea ignorabam. Lupum tyberinū qui piſcis eſſet/ne Nycholaus noſter qui — Indicia lati⸗
diligens verboꝝ ſcrutator fuit tenebat. At ego a venditore piſcium percepi: eum — nitatis vul⸗
eſſe piſcem quem vulgo Storionem vocant. quorū melior habet & hodie quoq́ꝫ — garis.
qui inter duos pontes capit. Nam illum qui eſt minor: lupatum / hoc eſt paruum
lupū dicunt. Id quod feminę ut melius filent / in extremo fuſi inſerunt/ inſcius erā
quomodo appellaret latine: at a muliere quadam audiui vorticulū nominari. Fri⸗
xorium vulgo & ſartaginē dicunt. Multa inſuper quę ſatietatis cauſa prætereo:
quæ veluti reliquias veteris linguę retinuere. Quid dicemus de Iſpanis tam lōge
ab Vrbe remotis: quorū verbis maxima pars loquelę latinę permanſit a colonis
Romanis/qui eo abierunt/perceptę. Multa ad verbū latine proferunt: quæ ego
in Curia ab his quibus cum cōſueui prolata ſumma cum diligentia notaui. Ha⸗
beo capillos canos/ſenem dicentem audiui. aio comedendo auiculas/in malas ho
ras cremare. Pluraq́ꝫ præterea quæ e memoria abierunt. Et admirandum ſit pro⸗
fecto: cum Iſpania a tot barbaris nationibus tam longo tempore fuerit poſſeſſa:
unicum etiam verbum latinum in uſu retinuiſſe. At tot apud eos proferuntur:
ut videantur omes latine adhibito ſtudio loqui. Hoc aut a colonis Romanis qui
ad Iſpaniam miſſi ſunt hauſerunt: aut frequentia Romanorū qui illuc negodian⸗
di aut imperandi gratia acceſſerunt. Ita lingua latina tunc adeo diffuſa eſt: ut hodie
quoq́ꝫ illius veſtigia ſuperſint. Apud ſuperiores Sarmatas Colonia eſt ab Traia
no ut aiunt derelicta: quæ nunc etiam inter tantam barbariem multa retinet lati⸗
na vocabl'a ab Italis qui eo profecti ſunt notata. Oculū dicunt/digitum/ manum/
panem: multaq́ꝫ alia: quibus apparet ab Latinis qui coloni ibidem relicti fuerant
manaſſe: eamq́ꝫ Coloniā fuiſſe latino ſermone uſam. Sed hæc quæ dicta ſunt pſli
us auctoritate atq́ꝫ exemplis ſunt cōprobanda. Docebo latine locutos fuiſſe ho⸗
mines in ſenatu: in foro: in iudicijs: in cōcionibus ad populū: atq́ꝫ ad milites. Popu⸗
lum deniq́ꝫ ipm lingua latina priuato ſermone uſum. Sed in primis nō vident prę
tereunda quæ a Quintiliano tradunt in ſui operis primordio: cum loquitur de pu
eris ad artem oratoriam educandis. Vult enim tum nutrices/tum cæteros quibus — Quintilianꝰ
cum pueri verſantur eligi/qui recte loquant latine: ut ea lingua pure & elegan⸗
ter ſimul cum lacte nutricis percipiat: ut domi habeant/ a quibus bene loquendi
normam & initia eloquentię a teneris annis imbibant. Quod conſiliū ſuperuaca
neum eſſet/ſi lingua latina tunc in ſcholis a præceptoribus tradita extitiſſet: & non
domeſtica loquela cōmuni ab ipa infantia ſuſcepta. Quid eñ ea cura ad futuram
eloquētiam profuiſſet: ſi alius latinus/alius nutricū ſermo fuiſſet: niſi forte in alio

quodam dicendi genere velit eum qui latine neſciat eſſe eloquentem. At de illis
non eſt Quintiliani inſtitutio: ſed de his qui latini eloquij ſcientiam ſunt aſſecutu-
ri. Ne igitur eloquentes futuri dediſcere (prout ſæpius accidit) verba male a ru-
di ætate percæpta poſtmodum cogerentur: pueros ab infantia recta / aptaq; via
ad eloquentiam introducit per ſynceram linguę latine inſtitutionem. Scribit inſup
domeſticorũ uſum ad eloquentiam conferre plurimũ. Vnde tradunt Corneliam
Gracchorũ matrẽm / multũ filijs ad dicendi facultatẽ contuliſſe. Sed eloquentiam
non intelligit niſi latinam. Ergo latinus ſermo & nutricibus / et reliquis domeſticis
Quintilianꝰ erat cõmunis. Idem in primo ſui operis libro cum de grãmatica diſputat. Quid in
quit de alijs dicam: cum ſenatus ſenatus ſenatui: an ſenatus ſenati ſenato faciat / in
certum ſit. Quare mihi non iuenuſte dici videtur: aliud eſſe latine / aliud grãmati
ce loqui ſolitos. Quibus conſtat verbis: omnes latinę / ſed non omẽs grãmatice lo
qui ſolitos: cum latinam linguam om̃ibus tribuat: grãmaticam hoc eſt loquendi
doctrinam lrãrum peritis. Latine igitur om̃es / ſed emendatius docti loquebanꝭ,
a quibus ſenatũ quartę declinationis dici affirmat: ab indoctis ſecundę. Docti em̃
rationę iudicabant quod alij uſu aſſequebanꝭ: nulla ſuorum verborũ ratione ha-
Idem bita. In ſexto autem. Nobis ad aliorum iudicia componenda eſt oratio: & ſæpius
apud om̃ino imperitos / atq; aliarum certe lrãrum ignaros loquendũ eſt. Ergo im-
periti ac lrãrum ignari latine intelligebant: ad quorum arbitrium erat oratio com
ponenda. In duodecimo vero cum ſcribit de genere dicendi ait. Nam aliam quan
Idem. dam videtur habere naturam ſermo vulgaris: aliam vim eloquentis oratio. cui ſi
res modo iudicare ſatis eſſet: nihil vltra verborũ proprietatẽ elaboraret. His ver
bis cõſtat eundem fuiſſe ſermonem vulgaris hominis & eloquentis: quo ad vbo
NB rum ꝓprietatem: elocutione differre atq; ornatu. Nunc alij teſtes nobis nõ ordine
aliquo / ſed prout quiſq; ſe offert ſunt producẽdi: quibus probeꝭ latine oẽm popu
lum / & cuiuſq; generis hoĩes in Vrbe / & alijs multis in locis fuiſſe locutos. In pri-
Auguſtinꝰ. mis erit btũs Auguſtinus vir ſanctus & maximę auctoritatis; is in ſermone Pſal-
mi quinquageſimi: quem ad populũ habuit: cum quædam oõnes eius antea ad
populum habitę / impolite / parumq; ſplendide ſcriptę viderentur. ſe excuſat ideo
accidiſſe: ꝙ ſe orante ad populum / a notarijs exceptę atq; antea editę emanaſſent
in vulgus / ꝗ̃ ab ſe corrigi emẽdariq; potuiſſent. At hi ſermones latini ſunt / & apuꝺ
plæbem in qua viri & mulieres aderant habiti, qui niſi latine intellexiſſent: ſupflu
us eius fuiſſet labor: ut apud eos qui verba ſua non intelligerent / ſtultorũ more
effunderet. Item accidit ut in ſenatu / in oõne M. Catonis contra cõiuratos habi-
M Catonis oratio. ta: a notarijs excępta prout dicta fuerat in vulgus prodijt. Quæ oratio ut multa
pręterea argumentum nobis prebent latine in ſenatu loqui homines ſolitos. Hu-
ius rei indicium eſt & ſenatus decretũ: quo ſtatutum eſt / ut omnes exterę natiões
Tullius. in ſenatu ſua mandata exponerent latine. Et verba M. Tullij in oõne contra Rul
lum ſecunda de lege agraria. Ait em̃ dictum a Rullo in ſenatu: plæbem Romanã
nimium in republica poſſe: ideoq; exhauriendũ eſſe. Deinde em̃ hoc verbo uſus
eſt inquit. Verum ſi in cõmuni loquendi uſu / in oõnibus ac concionibus / in iudi-
cijs / & ad populum habitis / latinis verbis uſos fuiſſe cõſtat: & in ſenatu quoq; ubi
erant excelſiores viri / neceſſe erit verba latina in uſu cõmuni eſſe habita. Et quoni
am Ciceronis auctoritatem attulimus / latine Rullũ in ſenatu locutũ: & alia quoq;
eius teſtimonia in noſtram ſententiam ſunt adducenda. In oratione pro Corne-
Idem. lio balbo: in quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſpõſione, qui ita dicebat
comiter eſſe comiter / quaſi priſcum aliquod aut inſolitum verbum interpretareꝭ.
Comites benigni / faciles / ſuaues eſſe dicunꝭ / qui errãti comiter mõſtrant viã / beni-
gne / nõ grauate. comiter certe nõ cõuenit. Hanc locutõem latine prolatam opor
tuit / cum de vi verbi argueret. Hoc idem in iudicijs videlicꝫ latine fuiſſe oratores

locutos/probat Aſtonius Pedianus in orationis explanatione quam Cicero ha- Aſtonius
buit pro Milone.ait em̄ Cicero cum inciperet dicere. Exceptus eſt acclamatione pedianus.
Clodianorū:qui ſe continere ne metu quidē circumſtantiū militū potuerunt. Itaq; Cicero
non ea qua ſolitus erat cōſtantia dixit. Manet autē illa quoq; eius excepta oratio.
Scripſit vero hanc quam legimus ita perfecte/ut iure prima haberi poſſit.Sed ad
Tulliū redeamus.Is in pro de oratore.Attendite inqt/quę de ipſius orōnis ornamē Idem.
tis dicerent. In qua pręcipit primū/ut pure & latine loquant. Deinde ut plane &
dilucide. In ſecūdo vero hæc noſtra oratio eſt auribus multitudinis accōmodan-
da.Qua ex ſnīa elicit multitudinē latine ſciſſe. Non em̄ ab oratoribus veluti apd
inſcios verba ad multitudinē effundebant:neq; alia eloqūētia utebant niſi latina. Idem.
In eodem libro.Quid poteſt eſſe tam fictum/q̄ ſcęna/q̄ fabulę:tamen in hoc ge-
nere ſæpe ipſe vidi:cum ex perſona mihi ardere oculi hominis hiſtrionis viderent:
ſpondalia illa dicentis ſegregare abs te auſus/aut ſine ullo ſalamina ingredi.& reli
qua quæ cortice in cœna latinis verſibus ab hiſtrione prolata ſunt/& ad eos qui in
telligerent latine.Et cum de facetijs in eodem libro tractat. Cum quidam dixiſſet.
eamus deambulatum. Alter:quid opus fuit: de mimo vero reſpōdit. Quid opus
fuit te: Quo plane conſtat id verbum fuiſſe dictum latine.In tertio autem. Omis
igitur dicendi modus melior eſt:q̄ ut latine/ut plane / ut ornate / apte / congruen-
terq; dicamus.Deinde neq; conemur docere eum dicere qui loqui neſciat: neq;
ſperare qui latine non poſſit/hunc ornate eſſe dicturum.Et paulo poſt.Sunt enim
illi veteres qui ornare nondum poterant ea quæ dicebant.Omnes prope pręcla-
re locuti:quorum ſermone aſſuefacti qui erant/ne cupientes quidem poterūt lo-
qui niſi latine.Deinde. Atqui ut latine loquamur non ſolum videndum eſt: ut &
verba efferamus ea quæ nemo iure reprehendat: & ea ſic & caſibus & tempori-
bus & genere & numero conſeruemus/ut neq; perturbatum/ ac diſcrepans / aut
prępoſterum ſit.Pauloq; deinceps.Equidem cum audio ſocrum meam Leliam/
( facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conſeruant: q̄ multorum ſer
mōnis expertes ea tenent ſemp quæ primo didicerunt ) ſed eam ſic audio:ut Plau
tum mihi aut Neuium videar audire.At Plautus & Neuius cum ſcripſerint lati-
ne:& mulierem quoq; Leliam latine loqui ſolitam neceſſe eſt, ſiquidem eius ver-
ba Plautum & Neuium redolebant. Deinde: prætereamus ait pręcepta latine lo
quendi quæ puerilis doctrina tradit:& ſubtilior cognitio ac ratio litterarum alit:
aut cōſuetudo ſermonis quotidiani.Item poſtea . Neq; vero in altero diutius cō-
moremur:ut diſputemus quibus verbis aſſequi poſſumus / ut ea quæ dicamus
intelligantur latine,ſcilicet verbis uſitatis.Præterea etiam hoc quod vulgo de ora-
toribus/ab imperitis dici ſolet bonis.His verbis aut aliquis nō bonis utitur: nō ar
te aliqua perpenditur/ſed quodam quaſi naturali ſenſu iudicatur. Si ergo oratorū
verba ab imperitis etiam perpendebant:neceſſe fuit & latine oratores locutos: &
verba eorum non ſolum vulgo ab omnibus intellecta/ſed ab imperitis etiam bo
na an ſecus eſſent iudicata.quod niſi latina lingua nota fuiſſet om̄ibus/nequaq̄ cō
tingere potuiſſet.Deinde neq; illud fugerim dicere.ut Lelius.Qua tempeſtate in
Italiam venit:nec prolem/aut ſobolem:aut efferri aut nuncupari.aut ut ſoles Ca
tule/nō rebar aut opinabar.Hic palam ut om̄is noſtra dubitatio auferatur / etiam
verba latina quibus in dicendo uteretur exprimit. Multa præter hæc ab eo ſunt
in meam ſententiam ſcripta:quæ ſatietatis cauſa prætereo. Nam quæ tradunt de
verborum & ſententiarū coloribus/de tranſlatis:de cōmunicatis verbis : de pedi-
bus & numeris qui in orationē cadunt / oſtendūt ad latinam eloquentiā ptinere.
Attamē inſeram q̄dam ab illo de numeris tradita/quo res fiat illuſtrior quam in-
dagamus.Ait enim.Id autem ne quis admiret /quonam modo hoc vulgus impe-
ritorum in audiendo notet.tum in omni genere : tum in hoc ipſo magna eſt quæ- Cicero

dam vis incredibilis naturę. Om̄es em̄ naturali quodam ſenſu/ſine ulla arte aut ra
tione quæ ſunt in artibus/ac rōnibus recta ac praua iudicant. Itaq; non ſolū ver
bis arte poſitis mouentur/verum etiam numeris ac vocib9. quotus enim quiſq;
eſt qui teneat artem numerorū atq; modorū: at in his ſi paulum modo offenſum
eſt; ut aut cōtractione breuis fieret/aut ꝓductione longius: tota theatra reclamāt.
verum ut eſt in verſu ſi eſt peccatum videt: ſic ſi quid in noſtra oratione claudicat/
ſentit. Huiuſmodi Ciceronis verba non ſolum vulgus imperitum ſciſſe latine de
monſtrant: ſed adeo ſciſſe/ut & noſcerent oratorū vitia: et probarent quę proban
da viderentur. ut Adriani. & alia tum Bruti. tum oratorū teſtimonio. ne qua du
bitatio ſupereſſe queat. Ait enim. Sed illa quæ propria laus oratoris eſt in verbis?
Nam ipſm latine loqui/eſt illud quidem ut paulo ante dixi in magna laude ponen
dum: ſed nō tam ſua ſponte/ q̄ quod eſt a plæriſq; neglectum. Non em̄ tam prę
clarum eſt ſcire latine/q̄ turpe neſcire. neq; id mihi tam oratoris boni/ q̄ ciuis Ro
mani propriū videtur. De populo autem ſcribit: hoc tm̄ intereſt: q vulgus inter
dum non probandū oratorem probat: ſed probat ſine comparatione. Quomodo
ergo vulgus probat oratorem dicentem/ niſi intelligat? quō intelliget: niſi ſciat la
tine: & id ita ſciat ut probandi atq; improbandi licentiam habeat? Addit inſuper.
Erat tamē quibus videret illius ætatis tertius Curio: quia ſplendidioribꝰ fortaſſe
verbis utebatur. & quia latine non peſſime loquebat: uſu credo aliquo domeſti
**A puero doceri.** co. nam lr̄arum admodū nihil ſciebat. Sed magni intereſt quos quiſq; audiat quo
tidie domi: quibus cum loquat a puero: quemadmodū patres/pędagogiq;/ mr̄es
etiam loquant. Legimus epiſtolas Cornelię matris Gracchoꝝ: apparet filios non
tm̄ in gremio educatos/q̄ in ſermone matris. Pauloq; inferius. Similiter igitur ſuſ
picor (ut conferamus parua magnis) Curionis/& ſi pupillus relictus eſt patris
fuiſſe inſtituto puro ſermone aſſuefactam domū. & eo magis hoc iudico: q nemi
nem ex his qui in aliquo numero fuerint cognoui in om̄i genere artiū honeſtarū
tam indoctum: tam rudem. Nullum ille poetam nouerat: nullum legerat orato
rem. De T. vero flaminio ait. Exiſtimabatur bene loqui latine: ſed litteras neſcie
bat. Ecce neſcientes litteras/rudes/indoctos qui nihil legerant: ita latine ex uſu do
meſtico locutos/ut in numero oratorum eſſent. Quibus rebus plane patet: ſermo
nem maternum fuiſſe latinum: qui non a magiſtris/ſed uſu domeſtico perciperet
tur. Alio item in loco hic quoq; Siſennam dixit reſpondentē quendam ſpicilica cri
mina eſſe. Tum alter. Circūuenior inquit iudices: Siſenna quid dicat neſcio. ſpica
quid ſit ſcio: cilica neſcio. Hoc verbum latine prolatum ab oratore/oportuit eſſe
apud intelligens vulgus. Dicet quiſpiam fortaſſe: ſi latine loquebantur om̄es: quæ
tanta laus erat eorum qui pure/ſplendide/& latinis ſolum verbis loquerent? Cur
opus arte aut diſciplina ad elimandam orōnem? Dicam quod in mentem venit.
Etiam in vulgari noſtro ſermone ſunt qui verba ſelecta proferant: politiuſq; ſunt
q̄ reliqui. qui arte quadā ſuam componūt orōnem. ut multū periti/doctiq; homis
ſermo pſtat indocto. qd̓ & in latina lingua potuit accidere: ut licet cōmunia eſſent
oībus verba: tamē eloquētia ac verboꝝ elegātia nō item. Sed quā nunc afferā mi
hi potius videt probanda. Scimus multos ac varios in urbem romanā pplos/&
ab initio cōditę urbis/& longo etiā poſt tempe qui ſua lingua & v̓bis vernaculis
utebant fuiſſe tranſlatos: Sabinos/Hernicos/Veientes/Samnitas/Vmbros/Etru
**Ennius.** ſcos/Oſcos: qbus varia ab latino ſermone loquēdi forma inerat. Ennius gl'iari ſo
litus eſt ſe tria habere corda: hoc eſt tribꝰ loqui linguis: Gręca: Latina: Oſca. Etru
ſcis & litterę & v̓ba fuere diuerſa ab latinis. Mitto Gallos/Germanos/Aphros/
Iſpanos ac diuerſaꝝ nationū gētes in ſeruitutē redactas: quoꝝ lingua inter ſe diſ
ſidens erat: qui om̄s in urbe recepti/neceſſe fuit ut ſuis v̓bis latinā linguā inquina
rent ex frequēti uſu. Ita ut plura a Tuſcis/reliquiſq; nationibꝰ verba in uſum red

perentur præter latina:ut ſermo latinus ex tam varijs verbis cõmixtus/cõfuſior
eſſe videretur. Neronem Sabini fortem dicebãt:inde Neronibus inditum eſt no-
men. Ludionem latini vocabant antea quem poſtea verbo ab Aetruſcis accepto
hiſtrionem dixere. Rheda & lancea ab Iſpanis in Vrbem defluxit. prætoriũ a Gal
lis. hoc pacto & infinita pene vocabula/diutino loquendi uſu ab externis recepta
immixtaq; romanis/latini ſermonis ſynceritatem puritatemq; corripuere. Qui er
go latinis ſolũ verbis/quæ aut domeſtico puroq; uſu/aut doctrina perceptis ute-
bantur:hi pure/ſimpliciter/dilucide/incorrupte loquentes/palmã eloquentię fere
bant. Ea cauſa poſuit in oratore ſuo Cicero:ſermo purus erit & latinus:id eſt non Cicero
inquinatus aliorum verborum cõmixtione. Quoniam vero eius libri mẽtionem
fecimus:adijciemus ex eo aliqua:quo luce clarius fiat/vulgi loquelam fuiſſe lati-
nam. Quin ego ipſe inquit/cum ſcirem ita maiores locutos eſſe/ut nuſq; niſi in vo-
cali aſpiratione uterentur:loquebar ſicut pulchros Cethegos/trumphos/Cartha
ginem dicerem aliquando. Idq; ſero vitio aurium cum extorta mihi veritas eſſet/
uſum loquendi populo conceſſi:ſcientiam mihi reſeruaui. & deinde conciones ſę
pe exclamare vidi/cum inepte verba cecidiſſent. Pauloq; poſt theatra tota excla-
mant/ſi fuit una ſyllaba/aut breuior/aut longior. Nec vero multitudo pedes no-
uit:aut ullos numeros tenet:nec illud in quo offendit/aut cur/aut in quo offendit
intelligit. Præterea me ſtante ait C. Carbo. F. tribunus plæbis in concione dixit his
verbis. O M. Druſe/p̃rem apello. tu dicere ſolebas ſacram eſſe publicam rem:quiſ-
cunq; eam violaſſet ab omnibus ei pœnas eſſe perſolutas. ſapiens patris dictum
temeritas filij comprobauit. Hoc dicto eo tantus clamor concionis excitatus eſt:
ut admirabile eſſet his ſententijs non doctos hoĩes/ut Leonardus ſcribit:ſed cõ-
ciones & tota theatra/quæ vulgo & imperitis referta erant/acclamaſſe atq; ap-
plaudiſſe. Conſtat de theatro quoq;:non docti ad exclamandum moti ſunt:ſed
plæbs indocta/atq; ignara lr̃arum:pueri feminęq; immixtę illos clamores extule
runt:quos latine ſciſſe neceſſe eſt:cum ſyllabam longam & breuem/inſcij tamen
rationis cognoſcerent. In eius libri fine. Age inquit/ſume de Gracchi verbis. apd'
cenſores illud abeſſe non poteſt:quin eiuſdem hominis ſit probos improbare qui
improbos probet. Quibus verbis aptiſſime patet Gracchi orationem fuiſſe lati-
nam:& apud eos qui latine nouerant dictum. In libro de finibus. ij. Quam omẽs
urbani/ruſtici omnes inquã qui latine loquunt̃ voluptatem vocant. Hac ſenten-
tentia non ſolum urbanos/ſed ruſticos quoq; voluptatem latine dixiſſe oſtendit.
Hic Ciceronis tam multa ſcripta ſatis eſſe deberent ad probandum ſententiã me-
am:unico ſermone/hoc eſt latina lingua uniuerſum populum fuiſſe locutum.
Sed afferentur alij copioſiſſimi ac grauiſſimi teſtes. M. Varro in ſexto de lingua M. Varro.
latina libro/apertiſſime probat omnes pari modo lingua latina uſos. Ollum & ol
lam inquit/non illum & illam apud antiquos in uſu fuiſſe. Quod alterum in co-
mitijs cum recitatur a prætore dicitur. olla centuria:non illa. Alterum patet in fu-
neribus:quo dicitur. Ollus lœto datus eſt:nõn ille. Quid ergo dubitandũ eſt po-
pulum latine ſciſſe:cum præcones etiam loquerentur latine? Accipite aliud eius
dictũ:quo palam eſt nedum ciues/ſed ſeruos quoq; latinis verbis locutos. Nam
ait, etiam nouitij ſerui empti in magna familia/cito omnium conſeruorũ nomina
recto caſu accæpto/reliquos obliquos declinant. qui ſi nonnunq; offendunt/non
eſt mirum. Alibi vero ſi analogia eſt inquit:cur populus dicit. dij conſentes:dij pe
nates:cum ſit ut hic: Reus ferreus deus:ſic Rei ferrei dei? Et alibi. Quoniam eſt ſo
leo/oportet dici ſolui. vt Cato & Ennius ſcribit. non vt dicit vulgus/ſolitus ſum.
Deinde negant ullum caſum duobus modis debuiſſe dici. Quod tñ fit contra.
Nam ſine reprehenſione vulgo alij dicunt in ſingulari:Hoc oui & aui. Alij hoc
oue & aue. In multitudinis/puppis/reſtis/puppos reſtes. Ecce hic conſtat vul-

gus latine loq̃ cõſuetũ. In cuius etiã arbitrio vis verborũ ac loquẽdi licentia exiſtebat, ut ipſemet Varro paulopoſt teſtat̃ populũ in ſua poteſtate eſſe: ſinglos in illis. Salustius. Saluſtius in bello Iugurthino: ibi Iugurtha cum pluribus erat. Deinde Numida cognito Bochi aduentu/ clam ſecũ paucis ad pedites cõuertit̃: ibi latine (nam apud Numantiã loqui didicerat) exclamat: noſtros fruſtra pugnare/ paulo ante Mariũ ſua manu interfectũ. Hæc verba nõ apud lr̃atos & doctos viros/ ſed apud milites ſunt habita: qui niſi ſciſſent latine/ fruſtra ad non intelligentes latina verba ſparſa fuiſſent. Iugurthã vero non a magiſtris aut pędagogis in caſtris latine didiciſſe cẽſendũ eſt: ſed aſſiduo loquẽdi uſu a militibꝰ ꝑcępiſſe. Titus Liui. Titus Liuius in primo ab Vrbe condita libro: cum in bello Fidenati Metius Suffetius dux Albanus auxilio Tullo hoſtilio ex fœdere aduenisſet: atq; incerta pugna relicto Tulli exercitu/ cũ ſuis ad montes ab latere diuertiſſet: exclamauit ita ut hoſtes audire poſſent Metium ſuo iuſſu id feciſſe quo hoſtes a tergo circũueniret. Deinde ſubdit. Terror ad hoſtes tranſijt. & audiuerant clara voce dictum/ & magna pars Fidenatũ/ & qui coloni addicti Romani erant latinę ſciebant. Quibus verbis patet Tullũ hoſtilium ỽbis latinis fuiſſe ad milites locutũ. In ſexto belli punici libro/ fraudem ſemper tum multũ ait adiectam: imiſſis aliquibꝰ ab Hãnibale gnaris latinę linguę: qui iuberẽt conſulũ verbis cũ caſtra amiſſa forent pro ſe quenq; militũ in ꝓximos montes fugere. nequaq; opus fuiſſet ut latina lingua uterent̃ in ꝓlio: niſi milites oẽs linguã eandẽ nouiſſent. In ſeptimo quoq; ꝓterea Hannibal quarta vigilia ferme ad Vrbẽ acceſſit. primi agminis erãt perfugę Romanorũ: & arma romana habebãt. hi ubi ad portam eſt ventũ/ latine oẽs loquẽtes excitant vigiles/ apeririq; portam iubent. Quis negabit latine locutũ populũ eſſe Romanũ: cum dicat Liuius/ latine oẽs & perfugos milites locutos? In nono inſup libro. Nec Romani ciuis ꝓter habitũ/ veſtitum & ſonũ latinę linguæ/ quia deformatus erat vultu/ Pleminius voce etiam noſcebat̃ illũ eſſe Romanũ. ut nulli dubiũ ſit Romanos oẽs latine locutos. Quis hæc tam grauiſſimorũ virorũ teſtimonia ſatis/ ſuperq; ſatis videant̃ ad comprobandã ſententiam noſtram: tamen alios quoq; citabimus teſtes qui pro nobis ſentiunt & loquuntur. A.gellius. A.gellius noctium atticarum verba ipſa in ſuo opere ponit ex oratione Metelli numidici/ Scipionis aphricani/ Catonis/ Gracchorũ: quas diuerſis in locis habuerũt latine. M. Catonis verba refert ex oratione quæ eſt ab eo habita Numantię ad equites/ & ea latina. Orationes inſuper C. gracchi ad populũ habitę verba referunt̃: quem ait ut populũ oraret ut ſe defenderet & liberos ſuos: unicum virilis ſexus quem habebat filiũ produxit: populoq; flens cõmendauit. Hoc ideo retulit: ut oſtenderet unicũ filium etiam liberos poſſe dici. Idem cum de verbo nequitia/ diſputat: verba profert P. Aphricani ad populũ habita. Ea ſunt oĩa mala/ probra/ flagitia quæ hoĩes faciunt. In duabus rebus ſunt malicia atq; nequitia. Hæc latine ad populum dicta conſtat: apud quem ignarum latinę linguę latine loqui ſtultiſſimũ extitiſſet. Idem tradit Laberiũ in his quę in ſcęna recitabat ad populum multa finxiſſe verba. veluti mendicimonium/ męchimoniũ/ adulterionem: pluraq; præterea. Narrat inſuper quẽdam ad populum annales Ennij legere ſolitum: ad quem audiendum cum acceſſiſſet: ait eum quendam Ennij verſum perperam pronunciaſſe. Is eſt. Deniq; vi magna quadrupes equus/ atq; elephanti. Annales enim certe ſcripti erant latine. qui cum populo recitarent̃/ neceſſe fuit & latine populum ſcire. Sunt & hæc A.gellij verba. Aſſentior fere oẽs dicebãt. Siſenna unus in ſenatu aſſentio dicebat. & eum poſtea multi ſecuti/ neq; tamẽ cõſuetudinem vincere potuerunt. Ex quibus verbis nulli dubium eſſe poteſt: quin in ſenatu loquerentur latine. Deriſum etiam ait qui apud prefectum urbis alium inſectatus dixerit. Hic eques Romanus apludã edit & flaces bibit. & aliũ dicentem. Hic bouinator eſt. tanq; nõ latina ỽba/ ſed mõſtra q̃dã ꝓtuliſſent. Iuuenalis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quoq; legiſtis verſum. Curritur ad vocem iocundam/ & carmen amicæ Thebai- *Iuuenalis*
dos. Si vulgus ad carmen Statij propter verſuum ſuauitatem currebat: illa profe
cto iocunditas in verbis latinis inerat/ non in verbis in alium ſermonem trãſlatis.
Quę enim ſuauitas ineſſet in Vergilij carminibus in noſtram linguam traductis?
ſumma proculdubio abſurditas ſequeretur. Ita & de Terentij/ Plauti/ cæterorumq;
fabulis probatᷣ eas latine recitatas. Nũc alium citabimus teſtẽ. deinde ad Leonar
di epiſtolam deſcendamus. Helius lampridius in Alexandri ſeueri vita. Cum a *Helius lam*
multis inquit doctiſſimis eruditus fuiſſet/ nõ multum in latinis profecit. ut ex eiuſ *pridius.*
dem orationibus appareat quas in ſenatu habuit: vel concionibus quas apud mili
tes/ vel apud populum. Nec enim valde amauit latinam facundiã. In vita quoq;
Adriani ſcribit. Cum recitata agreſtius in ſenatu imperatoris oratio riſum mouiſ-
ſet: latinis litteris ad ſummam uſq; peritiam ac facundiam operam dediſſe in religi
onis verbo. Cum milites inquit/ cum eo quidam cœnarent: extitit vicarius tribu-
ni qui diceret. religioni nomen unde credimus dictũ? Alius: credimus ꝙ a regno.
Tum is qui aderat ſcholaſticus/ cæpit quaſi grãmaticaliter declinaret dicere: Rex
regis regio: Regi reges milites. Tum ergo poteſt rex eſſe: erga nos poteſt regere
ſi deeſſent. Hæc nos ſatis admonent/ & in ſenatu/ & ad milites/ & ad populũ fuiſ-
ſe homines latine loqui conſuetos: & apud eos qui ſcirent latine. Quod vero am
plius eſt/ eius verba refert quæ habuerit in ſenatu: acclamat om̃es inſuper in ſena
tu factas. Ex oratione autem ad milites latine ipſa verba inſerit: quæ qui ſcire volu
erit hiſtoriam eam legat. Helius Spartianus in vita Seueri/ qui Apher fuit: ſcribit
ſororem quæ ad eum venerat quæ vix loquereᷣ latine: multum Imperator de illa
erubeſcere: domum ab eo remiſſam. Quod argumentum eſt: eam ſermonis illius
fuiſſe inſciam/ qui in uſu erat cõmuni. Flauius autem vopiſcus in Valeriani vita *Flauius.*
hoc ſcribit. Poſt Hæc Valeriani dicta Aurelianus ſurrexit: atq; ad manus acceſſit:
agẽs gratias militaribus verbis. quæ ꝓpria & ipſa ponenda decreui. Aurelianus
dixit. Et ego domine Valeriane Auguſte imp̃ator/ ideo cuncta feci: ideo vulnera
patien[ter] excępi: ideo & equos et cõiuratos meos laxaui: ut mihi gratias ageret reſ
publica. Hic non concio eſt: non oratio/ ſed verba priuatim habita latine. Verba
præterea Apollonij thianei latine ad Aurelianum: quæ ut vir pãnonius intellige
ret habita/ hiſtorię inſerit: quę & alia multa in hanc ſententiã ſcripta ſatietatis cau
ſa omiſi. Quanq; cui hæc quæ a me relata ſunt non ſufficiant: neſcio quid ſatis eſſe
aliud queat. Ita multis teſtibus probatum eſt: priſcos Romanos om̃s latine fuiſ-
ſe locutos: & latinum ſermonem maternum fuiſſe. Quibus licet Leonardi epiſto
lę ſatis reſpoſum ſit: tamen paucis ad quaſdam eius ſententias reſcribam: quæ pa-
ce ſua dixerim/ nimium a vero aberrare videntur. Sed non tam ad oſtendendam
ſuam opinionem/ ꝙ ad meam cognoſcendam. Vt ab eo accępi/ arbitror ab eo epi
ſtolam illam fuiſſe conſcriptam. Nam leuibus admodum argumentis oſtendere
nititur: alium vulgarem/ alium litteratũ (ut ſuis utar verbis) ſermonem extitiſſe.
Primum: quemadmodum euangelia miſſarumq; ſolennia vulgo intelligi dixi: ita *In Leonar-*
latinam linguam priſcis fuiſſe notaui. Sed hęc ſimilitudo inanis eſt: nulliuſq; mo- *dum Areti-*
menti. Quid eſt enim ſimile: euangelia miſſarumq; ſolennia nota ſunt fere omni *num cõtra-*
bus: & tamen non om̃ibus: quoniam & annis ſingulis eadem repetunẗ: inculcan *ria ſcribẽtẽ.*
turq; ſæpius audientium animis: ut continuo audiendi uſu innoteſcant: & eo ſunt
genere verborum ſcripta ut facillime intelligantur: cum haud procul diſtent a ſer
mone materno. Prædicatores quoq; ea populo declarant/ ut etiã rudes indoctiq;
ꝑcipiant verborum ſenſa. At vero orationes/ conciones/ iudicia/ poemata non ea
dem annuatim recitabantur: ſed inuicem erant diuerſiſſima/ prout rerum cauſa-
rumq; varietas poſtulabat. Fatetur in ſenatu ac in iudicijs fuiſſe locutos latine:
ſed apud litteratos habitas dicit hm̃oi orationes & cauſas. Miror valde unde di-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicerit ſenatores & iudices litteratos fuiſſe: cum etiam inter oratores nonullos Ci-
cero neſciſſe omnino litteras ſcribat. Atqui legimus non litteratos viros in ſenatū
legi ſolitos: ſed ediles/quæſtores/prætores/tribunos. Iudices vero qui ſcit fuiſſe lit-
teratos? Non enim apud eos ſolum/ſed ad populū multo magis loquebant̄ ora-
tores. Iudices vero & ſenatu/cum ex equeſtri ordine legebant̄: neq; litterati/ſed
ut ſors tulerat: quos populi voluntas ſæpius ſuis acclamationibꝰ ad abſoluendū/
Cicero — aut clamandū impellebat. Cicero in quadam orõne. Atqui magna voce dicam in-
quit: ut populus omĩs qui adeſt intelligat. Sed quid dicet de concionibus & orõni-
Quintilian̄ — bus ad populū habitis: quas ſupius oſtenſum eſt fuiſſe latinas? Cicero Quintilia-
nuſq; aſſerunt: orõnes verbaq; oratorū eſſe multitudinis auribus accõmodanda.
Stulta fuiſſet hæc ſententia: ſi auribus eorū ab oratoribꝰ obſequendū fuiſſet/qui
latine non intellexiſſent. Nam ꝙ limatius aſſerit orationes ſcriptas ꝙ̃ dictas fuiſ-
ſe. Ego idem ſentio: & Cicero ſe feciſſe teſtat̄: ſed tamen latine dictas aſſerat neceſ-
ſe eſt. Quare impoſſibile ſcribit videri ſibi mulieres & opifices nomina per caſus
inflectere? Neſcio cur non illi ab infantia inflectere nomina/ & latinam locutionē
uſu pcipere nequiuerint ſicut nos vulgarem? Quãuis magis aſſentio Varronis au-
Varro. — ctoritati ꝙ̃ Leonardi opinioni. Etenī recenſui M. Varronis ꝟba: quibꝰ ait ſeruos
etiam nouitios accepto recto caſu/reliquos declinare ſolitos: ut quod ciuibꝰ Ro-
manis populoq; urbano fuiſſe credit impoſſibile/id a ſeruis barbaris fuit uſitatū.
De plauſu vero populi ad ea verba facto/filij temeritas comprobauit: ſtultum eſt
credere ut ipſe ſentit a viris litteratis eam factam acclamationē. Dicit Ciceronem
illi concioni interfuiſſe: & ſe aſtante ſcribit Cicero eam orõnem habitam: non aūt
aut ſe/aut doctos viros more vulgi & opificum tanꝗ̃ leues homines acclamaſſe,
vulgi em̄ & plæbis ille plauſus fuit: non eorū quibus hi numeri in oratione erant
Donatus — gratiſſimi. Terentij & reliquorꝝ poemata acta affirmat/non recitata: hoc eſt nõ re-
lata/ſed rep̄ſentata geſtu. At Donatus in cõmento ſup Eunucho/ hanc opinionē
reprobat: ſcribens hæc edita eſt & pnunciata & cantata ſæpe mutatis modis. Nõ
actam ut opinatur Leonardus/ſed recitatam dixit. Modi autem & cantus quia
tibicine adhibeant̄: non ad geſtum/ſed ad verſuum modulationem erant accomo-
dati. Quãuis & ipe Cicero eam refellit opinionē cum ſcribit: verſu una ſyllaba aut
longiore aut breuiore recitato exibilatur: exploditur. Quod non in agēdo/ſed re-
citando verſus contigiſſe neceſſariū fuit. Multis inſuper verbis ſuam ſententiam
nititur tueri: quæ facilime dilui poſſent. Sed nos ſuperius adeo multis auctoribꝰ
exempliſq; hanc cauſam tutati ſumus: ut nullū quantūuis proteruū qui ea legerit
non exiſtimem tantorū virorꝝ auctoritati ſentētieq; ceſſurū. Quæ cū a me dicta
Carolus — eſſent: Ego inqt Carolus/in hoc tecū ſp ſenſi: & qui ſecus opinant̄/nõ recte meo iu-
dicio exiſtimant. Sed iam ſatis collocuti ſumus: aliquid dandū eſt tempis deambu-
lationi: ſi tñ prius iſtos (adhibito potu) in concordiā redegeris. Hæc ridens cū di-
xiſſet/ſurreximus: portãq; oppidi egreſſi ad fluuiū diuertimus aeris/animiq; grã.

Poggij Florentini triū conuiualiū hiſtoriarū diſceptatiuarū finis.

# AD INSIGNEM OMNIQVE LAVDE PRE ſtantiſſimum virum Gerardum Cumanũ/ POGGII Florentini DE NOBILITATE LIBER.

NOn dubito pręſtantiſſime Pater / nonnullos eſſe fu
turos qui hunc meum laborem nõ quidẽ aperte re
prehendant: quis enim tam iniquus eſt iudex / qui
honeſtum ocium culparet: ſed imparem dicant vi
ribus meis: qui nequiuerim onus ſuſcepti muneris
ſuſtinere. Quibus ego forſan aſſẽtiar: & opus a me
inchoatum maiori dignũ ingenio & eloquẽtia pro
fitebor. Sed & illud etiã addam: exercitij gratia poti
us q̃ dicendi ſtudio deſcendiſſe me in hoc veluti cer
tamen nobilitatis: in quo poſtmodũ reliqui maiori
cum laude & dicendi copia verſarentur. Equidem
miror aliquando: cũ tam late pateat nobilitatis no
men: cũq; de ea tam variæ ſint nõ ſolum inter rudes
litterarum/ ſed etiam inter doctiſſimos viros ſentẽtię. nihil a latinis niſi paucis ver
bis/ neq; grecis quoq; preter Ariſtotelẽ & Metrodorũ: quorũ uterq; unico libro Pauci de
nobilitatem complexus eſt/ hac de re explicatum. Itaq; poſteaq̃ noſtra deeſſe/ & nobilitate
carere nos alienis proſpexi: haud abſurdum viſum eſt mihi/ aliquod veluti princi ſcripſerũt.
pium eius rei diſputandę afferre in medium: quã poſtmodum doctiores a nobis
excitati/ politiorem exquiſitioremq; ſua ſapientia queant reddere. In omni enim
facultate primi rerũ ſcriptores ut plurimũ tardiores rudioreſq; ſunt habiti. Neq;
quicq; a principio ita ſimul inuentũ traditumq; extitit: ut nõ multa poſteriores tũ
addiderint/ tũ etiam in melius immutarint. Quod & in ipſa Philoſophia/ quæ pa
rens eſt ſapientię: & in his artibus quas appellant liberales ſcimus contigiſſe. cum
omnes additamento ad ſummũ culmen peruenerint. ſatis fuit Prioribus illis inci
tamenta quędam & veluti calcar indidiſſe reliquis perfectiora inquirendi. Eodẽ
pacto hunc meum libellum exiſtimo alicuius ingenium erecturũ: qui ea quæ a no
bis aut pretermiſſa/ aut errata cognouerit: reddat ſua diligentia meliora. Quod
ut conentur quid per doctrinam & eloquentiã poſſunt vehementer hortor: ob
utilitatem cõmunem. Hoc enim maxime modo latinę linguę ſplẽdorem ac decus
augebit diſſerẽtium induſtria. mihiq; in primis gratias agent/ q̃ meis ineptijs illos
ad ſcribendi ſtudium & laudem prouocarim. A lectoribus autem veniam peto: Humilita
ſi non eam quam vel rei dignitas/ aut opinio eorum inquirit ſcientiam & elegan tem ſtili ex
tiam pręſtiti. malui enim ruditer atq; indocte/ q̃ nihil ſcribere: præſertim ocioſus/ cuſat
& ea de re in cuius exiſtimatione pauci videntur recta ſentire. Ad te vero virum
hac noſtra ætate omniũ virtutum & litterarũ genere maioribus comparandum/
libellum hunc deſtinaui veluti teſtem amoris erga te mei: ut in tua auctoritate &
nomine conquieſcat. Adijcietur ei non parum fauoris ac dignitatis ex tua excellẽ
ti virtute. cũ omnes exiſtimaturi ſint: quicquid ad te deferatur/ emendatũ ac per
fectum eſſe debere. Suſcipe igitur hunc libellũ: in quo de vera nobilitate diſputa
tur. De qua cũ al's ſępius multos diſputantes audiui. tũ vel maxime dudum diſer
tiſſimos/ mihiq; ſũma familiaritate coniunctos. Nam cũ olim ex Vrbe in patriam
ſeceſſiſſem aeris mutandi gratia: venerunt eodem rogatu meo doctiſſimi mihiq; Occaſio de
amiciſſimi viri Nycholaus nicolus/ ac Laurentius de Medicis: quos ad id pellexe nobilitate
ram precipue nõnullorum quæ ex Vrbe aduexeram ſignorum oſtentatione. Hi ſcribendi
cũ eſſent in hortulo / quem peregrinis quibuſdã marmoribus celebrem reddere
cupiebam paruulæ ſupellectilis indicio: ridens cũ ocellos circumtuliſſet Lauren

tius: Hic hoſpes noſter inquit/cum legerit niſſe moris antiqui apud priſcos illos ex
cellentes viros: ut domos/villas/hortos/porticus/gymnaſia varijs ſignis tabuliſq;/
maiorum quoq; ſtatuis exornarent ad gloriam & nobilitandum genus: voluit cũ
progenitorum imagines deeſſent/hunc locũ/& ſe inſuper his puſillis & confractis
marmorꝝ reliquijs nobilem reddere: ut rei nouitate/aliqua eius ad poſteros illis glo
**nycholaus.** ria manaret. Si hoc appetit Nycholaus inquit/aliunde eruenda materia nobilitati
erit: non ex ſignis & marmorꝝ fragmentis dirutis: & viro ſapienti non admodũ ap
petendis: ſed ex animo/hoc eſt/ex ſapientia & virtute excutienda nobis eſt: quæ
**Laurẽtius.** ſola erigit homines ad laudem nobilitatis. Licet Laurentius inquit/ea plurimum
ad largiendam nobilitatem putem conferre. diuina enim quædam res virtus ha
betur & omnibus appetenda: tamen tabulis/ſignorꝝ varietate/atq; elegantia/opi
bus/rerum copia/magiſtratibus inſuper/atq; imperijs parari nobilitatẽ videmus:
etiam in eis qui non clarent alio ornamento virtutum: eaq; ab egregijs ingenijs et
appetita & culta legimus. Nam conſtat priſcos etiam doctiſſimos viros in ſignis
& tabulis comparãdis plurimũ operę ſtudijq; poſuiſſe. Cicero ipſe/Varro/Ariſto
teles/cæteriq; tum gręci tum latini inſignes omniũ doctrinarum genere viri/q̃ vir
tutum ſpecie ad ſtudia ſe cõtulerunt/eiuſmodi rebus ſuas quoq; bibliothecas &
hortos excolebant: ad loca ipſa in quibus conſtituta erant nobilitanda: idq; laudis
& induſtrię eſſe volebant. Multum enim ad nobilitandũ excitandumq; animum
conferre exiſtimauerũt/imagines eorum qui glorię & ſapientię ſtudijs floruiſſent
**nycholaus** ante oculos poſitos. Atqui Nycholaus inquit/ſi qui ſigna & tabulas domi habẽt
nobilitatem conſequuntur. multo magis ſculptores/pictoreſq; nobilitatis inſigni
bus cęteros anteirent. Fœneratores quoq; ſi eſſent ditiſſimi/ac in magiſtratu impe
rijſq; conſtituti/quantũuis improbi nepharijq; nobiles euaderent. quo nihil indig
nius dici poteſt. q̃ flagitijs/aut rapinis/vel aliquo turpi quæſtu aditũ ſibi quempi
**Laurẽtius.** am patefacere ad nobilitatem. Tum Laurentius: Et ſtatuarios inquit ac pictores
quos ars ſua celebres atq; inſignes reddit: opulentos inſuper ex re undecunq; cõ
tracta/maximis quoq; facinoribus notos/ſi verbum inſpexeritis/recte nobiles di
cemus. Itaq; & plurimũ ſtudijs litterarꝝ præſtantem & famoſum latronem nobilẽ
dici licet: alterum ob inſigne flagitium/alterum ob doctrinam & ſapientiam ſingu
**Cicero** larem. Q. Cicero ſcribens ad fratrem de petitione Conſulatus/cum de Antonio et
Catilina competitoribus loqueretur. Nequaq; ſunt inquit/tam genere inſignes/q̃
vitijs nobiles. Nobilem enim antiqui: appellabant eũ: qui ob aliquã præcipuam rẽ
notus/vulgatus/& aliquo facto arteq; inſignis erat/& ſermone hominũ celebris.
Cicero noſter inquit/illis in conſpectu pręſtanti ſapiẽtia & nobilitate Pythagoras.
Alio in loco de eodem. Philoſophus nobilis: a quo non ſolum Gręcia & Italia ſed
omnis barbaries cõmota eſt. Pro archia item: de philoſophis in eo ipſo in quo præ
**T. Liuius** dicationem nobilitatemq; deſpiciunt prædicari de ſe/ac nominari volunt. Liuius
quoq;: Hęc pugna inquit allienſi cladi nobilitate prope par. Et alibi. Cum antea fe
rocibus dictis rem nobilitaſſent. Quibus verbis rem nobilẽ appellari conſtat/ſer
mone & fama hominũ vulgatam. Verꝝ non de ea nobilitate quęrimus quæ in vi
tio poſita turpitudinẽ affert. ſed ea quę non reſpuit virtutis ſocietatem. quam ſi ne
ges ex his quas modo retuli rebus comparari. peruulgatæ de ea opinioni & com
muni omniũ ſenſui repugnas. Oẽs enim illũ dici & eſſe nobilẽ affirmant/qui anti
qua familia/opulẽtis maioribus cũ honore ac dignitate in ſua repub. verſatis ori
ginẽ trahant. Quã ob rem ſi noſtris moribus/& inueteratę hominũ extimationi aſ
ſentiendum putas. ſi id verũ exiſtimas quod vulgus tenet: qui in eiuſmodi rebus
**nycholaus.** plurimũ auctoritatis poſſidet: mecũ de nobilitate ſentias oportet. Doctiſſimorũ ne
hominũ inquit Nycholaus/an vulgi & plębis iudicio diſputatũ cenſes? Nã ſi opi
nionibus & moribus hominũ ducaris: intelliges nullã ſedẽ eſſe nobilitatis in qua

poſſit conſiſtere. Cũ enim varij ſint interq; ſe admodũ repugnantes: non intelligo
quę certa ex his nobilitatis norma eligi poſſit. Nomen quidẽ apud omnes conue⸗
nit: res admodũ diſcrepat: ut nihil minus perſępe credam nobilis nomen mereri ꝙ
eũ qui id nomẽ uſurpet. Si qua eſt enim nobilitas/ atq; ea a certa re & ratione/ pro
ut concedendum eſt/ proficiſcitur: unã apud omnes atq; eandem eſſe decet. Sed
cũ nihil minus vulgi opinio reſpiciat ꝙ virtutem aut rationẽ in appellatione nobi
lis: ac propterea varietur admodũ pro cuiuſq; genris uſu & opinione: quæ admo⸗
dum ſibi inuicẽ repugnant: non a certa ac determinata re/ ſed a quadã conſuetudi
ne hominũ inconſulta videtur duci: atq; ob eã rem an hęc decantata ſermone om
nium nobilitas aliquid præter inane nomen exiſtat/ aliquãdo dubitare cogor. Nã
ſi quid ea eſt: aut a vitio/ aut a virtute proficiſcitur. Ex vitio nobilitatem oriri ſtul⸗
tum eſt credere. Virtus ſi nobilitatem parit/ cum ea ſit una atq; eadem ſemper: nec
uſu hominũ varietur. ita ſit & nobilitas neceſſe eſt. Sed hæc ita apud nos non tñ/
ſed diuerſa eſt & inuicem contraria: ut nullã certam radicem habere videatur ex
qua poſſit oriri. Propter hanc diuerſitatẽ Laurentius inquit/ quid ſentias non ſa⸗ **Laurẽtius.**
tis intelligo: ob eamq; cauſam a te id lucidius explanari velim/ & ſimul ſcire quid
maxime probes. Minime inquit Nycholaus/ huius loci & temporis hęc eſt diſcep⸗ **nycholaus.**
tatio: & huic forſan/ me intuens/ non iocunda. Nequaq; Nycholae aio: quin ꝑgra **Poggius**
tum mihi erit ſi hãc dubitationẽ nobis exolueris: quę ſcitu iocunda eſt & cognitio⸗
ne digniſſima. Ego quidem non ſum adeo demens atq; inſulſus: ut ex his collecti⸗
cijs marmoribus aliquã nobilitatem aucupare velim. Alia ad illam via aſcẽdi pu⸗
to. Hęc autem voluptatis & ornamenti cauſa a me quęſita & cõparata ſunt. Sed
hic noſter Laurentius iocatur mecum libens: exiſtimatq;/ ſi horũ contemptũ mihi
perſuaſerit: ſe maiorem partem ablaturum. Poſtea vero ꝙ in hunc ſermonẽ incidi
mus: narra quęſo quę modo Laurentius poſtulabat. Nõ enim miror/ ſi parum de
illa apud populos conuenit: cũ inter philoſophos quoq; hac de re ſit adeo magna
diſſenſio/ ut dubitarem cui potiſſimũ ſententię ſit inhęrendum. Tum Nycholaus **nycholaus**
Q: multiplex & varia ſit inquit/ illius obſeruatio haud opinor ignotum eſt vobis:
cũ quod alijs nobile videatur/ alij ſpecimen iguobilitatis velint. Vt enim ab Italis **Italorum**
incipiam: a quibus humanitas/ virtus ac omnis viuendi ratio/ & diſciplina ad reli⸗ **laus**
quas nationes defluxit: quid tam inter ſe differt ꝙ Neapolitanorũ/ Venetorũ/ Ro⸗
manorumq; nobilitatis opinio? Neapolitani qui pre ceteris nobilitatem præ ſe fe⸗ **Neapolita**
runt/ eam in deſidia atq; ignauia collocare videntur. nulli enim preterq; inerti ocio **norum no⸗**
intenti/ ſedendo atq; oſcitando ex ſuis poſſeſſionibus vitã degunt. Nephas eſt no **bilitas.**
bili rei ruſticę/ aut ſuis rationibus cognoſcendis operam dare. Sedẽtes in atrijs/ aut
equitando tempus terunt. Etiã ſi improbi abſurdiq; fuerint: dũmodo priſcis domi
bus orti/ ſe nobiles profitentur. Mercaturã ut rem turpiſſimã viliſſimamq; exhor
rent. adeo faſtu nobilitatis tumẽtes: ut quantũuis egenus atq; inops/ citius fame
interiret ꝙ filiã vel opulentiſſimo mercatori matrimonio collocaret: mauultq; fur
tis & latrocinio/ ꝙ honeſto queſtui vacare. Scio virum quendã equeſtris ordinis/
genere atq; opibus pręclarũ: ꝙ aliquando ut patremfamilias decet/ vina ex varijs
pręd ijs collecta ſimul vendere eſſet ſolitus/ pro mercatore velut infamẽ habitũ. fi
liam etiã grandi dote vix nuptui dare potuiſſe. adeo mercaturę nomen apud igna
ros atq; inertes turpe atq; obſcœnũ putatur. Huic abſurditati contraria eſt Vene⸗ **Venetorũ**
torũ conſuetudo: inter quos nobilitas veluti factio quędã ab reliquo populo diſti⸗ **nobilitas**
cta/ mercaturã omnis exercet: ea quoq; quę equeſtris ordinis inſignio potit'. Oẽs
enim qui reipub. muneribus funguntur: quiq; ut aiunt ex ordine ſunt ſenatorio/
naſcuntur atq; appellantur nobiles. Adeoq; hac vulgari aura inflãtur nõnulli: ut
etiã ſi quis parẽte abſurdo/ ſtulto/ inſulſo/ inopi/ ipſe quoq; haud diſſimilis patri fu
erit: tñ ſi in popularẽ virum inciderit ꝙuis doctũ & ſapientẽ/ cum pre ſe contẽnet

tumore nobilitatis. At ego mallem Apuleij me aſinũ. q̃ aut talis eſſem/aut ortus
ex eo cui minus q̃ aſello ſenſus aut prudẽtię ineſt. Atqui hę oẽs p̃cipue mercatu
rę dant opam: neq; eam a nobiliũ exercitio exiſtimãt alienam. Qđ aũt nuſq; gen
tium reperitur: ipi pſępe nobilẽ reddũt ex ignobili. Nã qui ob aliqđ in eoꝝ rem
pub. inſigne facinus admiſſum/etiã ſi ſcelere aliquo ꝓfuerit adſciſcitur ad munia
ciuitatis: nobiliũ numero aſcribitur. Sed nihil ſtultius q̃ aliquẽ ignobilẽ ꝓpter na
uatam rei p. opam ciuitati donatũ nobilem dici: aut quod v̄tute & recte factis ac
quiri ſapiẽtes volũt/id credere aliqñ malis artibus parari poſſe. Romani qui ap
**Romaorũ nobilitas** pellantur nobiles/mercaturã ut rem vilem atq; abiectã cõtẽnunt: cultui agro
rum & rei ruſticę vacare/gregis atq; armẽtoꝝ curã gerere/re pecuaria opes quę
rere queſtũ honeſtũ & viro nobili dignũ putant: idq; eis qui poſſunt agere/etiã
ſi recenti ſint familia: hoc lucri genere patefit aditus ad nobilitatẽ. Eſt apud hos ho
neſta licet ruſticana nobilitas: longe diſtans a Neapolitana. Nos rectius de nobili
tate ſentire videmur. Habent em nobiles orti antiqua ſtirpe: quoꝝ maiores fun
cti officijs ciuitatis in rei p. adminiſtratione verſati ſint. Horũ pars ſe ad mercaturã
confert/pars titulo nobiliũ gaudens/nulli exercitio dedita/venatu & aucupio ob
lectatur. Ianuenſibus idem qđ Venetis uſu venit. negociationi dedunt: omnes
preſerqj/maritimę/nobiles atq; ignobiles: qui nulla alia re niſi origine diſtinguũt.
Sũt ex his qdam in caſtellis montanis diſperſi Caci more/itineribus infeſti: qui no
biles habent Lombardi. Et item tractus omis Venetorũ qui dicuntur nobiles vi
uunt ex prędiorum fructu & paterna hereditate. nullo pręterq; venãdi aucupan
diq; ſtudio ducti. His ſola origo & negociorũ vacatio nobilitatẽ largitur. Quid lo
**Germanorũ noblitas** quar de reliquis nationibus: quoꝝ uſus paulũ differt a moribus noſtris. Germani
atq; Alemãni/quibus cenſus patrimonij ad victum ſuppetit. & his qui procul vr
bibus: aut qui caſtellis & oppidulis dominant/quorũ magna pars latrocinio dedi
tur/nobiles cenſent. Quibus humanius ingenium natura dedit/ herent principi
bus. quorum in aula aſueſcunt cultiori vitę. rudes tamen & moribus aſperi. Gal
**Gallorum nobilitas.** lię omnis una eſt nobilium norma. Nam rura & prędia ſua incolentes/vrbes fugi
unt in quibus habitare nobilem turpiſſimum ducitur: qui in illis degũt ruſtici ha
bentur atq; ignobiles. Mercatores aſpernantur ut vile atq; abiectum hominũ ge
nus. Prędijs ſuis contentum ac prodigum eſſe/neq; futura quicq; penſi habere ſi
gnum nobilitatis volunt. Ea quotidie augetur vel pecunia/ vel famulatu. Nam
mercatorũ aut quorũuis opificũ filij qui diuitijs p̄ſtant. aut empto p̄dio rus ſe cõ
ferunt urbe relicta/atq; eius fructu cõtenti. ſeminobiles euadunt: ſuiſq; poſteris
nobilitatem prębent. aut famulantes principibus aliquo prędio collato/pro nobi
libus honorantur. Ita plus illis rura & nemus conferunt q̃ vrbes atq; ocij aut ne
gocij ratio ad conſequendã nobilitatem. Eos certe qui apud nos ſemiruſtici cẽſen
tur villarum incolę/illi nobilitatis laude cõmendant. Hos Britanni ſequunt Angli
**Anglorũ nobilitas** hodie vocitati: qui nobiles in ciuitatibus morari ignominię loco putant. rura ſiluis
ac paſcuis ſeduſa inhabitant. nobiliorẽ ex cenſu iudicant: rem ruſticã curant: ven
dentes lanam & armentoꝝ fętus. neq; turpe exiſtimant admiſceri queſtui ruſtica
no. Vidi ego hoĩem relicta mercandi cura/cum prędia precioſiora emiſſet. atq; in
ea cum familia vrbe poſthabita ſe contuliſſet. auctorẽ nobilitatis filijs extitiſſe: &
ipm haud reiectum a nobilium cętu. Multos quoq; ignobilis generis / aliqđ pręſ
**Iſpanorũ nobilitas.** ſtans in bello facinus/acceptis a principe donis nobilitauit. Iſpania duplici nobili
tate utitur. Nam & qui in ſuis ciuitatibus antiquo genere orti cęteris pręſunt diui
tijs prędíti. & qui in campis commorantes nutriuntur ex prædiorum cenſu/ cum
ornatiore quodam viuendi ritu/quæ cæteris preſtent. nobiliũ nomẽ tenent. Hos
inter oẽs equeſter ordo primũ nobilitatis locum habet. Apud grecos quicunq;
ad imperatoris aulam vocati ſeruitio eius inſiſtunt: quantũuis abiecti generis ob

principis conſuetudinē ac famulatum/nobilitatis titulo potiunť: appellantq; deinceps nobiles. Apud noſtros vero principes is mos inoleuit: ut Pōtifex/Imperator Reges/Principes/priuilegio & litteris faciunt nobiles/ nulla habita virtutis ratione. Ita illi: quod riſu dignū eſt. vſu & obſequio: iſti ſcriptura & cera nobilitatē adipiſcuntur. Barbaris quoq; gentibus diuerſi ſunt nobilitatis mores. Aegyptijs ac Siris nulla habetur/niſi eorū qui militię deduntur: qui ſoli excellunt ac dominanť/ reliquis ſeruorū loco habitis. At hos oēs conſtat eſſe empticios ſeruos: qui poſtmodum p̄fecturas equitum prouinciarūq; ſortiti/vſq; adeo fortunę beneficio efferuntur/ut ex eis potentior regnū occupet/viribus armorum fretus. Teucros inſuper & ſuperiores Sarmatas arma nobilitant. Nam qui ordines ducunt/ditati prędijs nobiles dicunť: & ipſi quoq; ex ſeruitio maiori ex parte ad militiam aſciti. pueri enim empti precio militiā condiſcūt: in qua excellere parit nobilitatē. Tanta ergo ut de reliquis ſileam varietas/tantaq; morū inter homines diſſenſio/ nunquid non cogit nos fateri quia tam diſparibus modis obſeruať: nullam eſſe certā tanq; nobilitatis formulam quā poſſis amplecti: quoniā ſi quid ea eſt: originem aliquā habere/fundamentūq; ſtabile ac firmū/e quo prodeat oportet. Tum Laurentius: Licet ea inquit pro gentiū varietate multiplex videatur: oēs tamen quos modo recenſuiſti/& eſſe/& recte dici nobiles arbitror poſſe. Nam ſicut non omnes leges oībus ciuitatibus ſunt accōmodate/ſed variant pro rerum publicarū cōmodis & vtilitate. cunq; alijs proſunt/alijs obeſſe videantur: et tamē legum vim auctoritatemq; conſeruant. neq; propterea non habentur leges: quia non oībus eędem conferunť. Sic ego Italos/Gallos/Germanos/Britannos/Barbaros exiſtimo: qui a ſuis dicūtur nobiles eſſe. Neq; ego nobiliores appellabo ciues q̄ ruſticanos: neq; mercatores qui in ſua R.p. adminiſtranda cum laude verſantur/ q̄ illos deſidioſos qui ſe conſpici in atrijs ſedentes atq; ocioſos pulchrū ducunt. Conſuetudinē enim quę quaſi morum magiſtra vim maximam in hominū moribus tenet: tanquā ducem ſequi debemus: quæ licet parum inter ſe diſſentire pro varietate diuerſarum gentium dicatur: tamen id nobilitatis indicium oēs putant. aut patrimonio ampliori/aut honeſtiori vitę ratione/aut vacatione queſtus/aut armorū laudibus/aut victu ſplendidiore/aut dignitate ceteros anteire. Longe inquit Nycholaus opinione laberis Laurenti. Nam & ea conſuetudo probanda & accipienda eſt/ quæ non procul abſit a recta ratione. altera eīm abuſus nomine appellabitur. Et leges ad eorum quibus dantur vtilitatem & cōmoda referunť: quę cum non ſint vbiq; gentium atq; oībus eędem/pro vartetate cōmodorū & leges quoq; variari oportet. Sed tamē oēs eandem originē habent: cum ab ęquitatis & iuſticię fonte deſcendant. ut quod cuiq; honeſtū eſt/& utile/ſuadere & p̄cipere videantur. At iſtę quas modo explicaſti nobilium ſpecies ita inter ſe variant/contrarię ac diuerſę: ut nullam certam ſtirpem/nullum certum genus preferant quod ratione aliqua nitatur/ ſed a ſola opinione inſtitutoq; quodam voluntario / cuius nulla vera cauſa reddi poſſit videntur prodire. Quapropter fatebor ingenue: neminē eorum iure appellari nobilem poſſe. Qui eīm fieri poteſt: ut vir ocio marcens / nullo honeſto negocio intentus/nulla preditus virtute/nulla ſapientia/nulla doctrina: maioribus tm̄ ac ſtirpis origine fiſus poſſit ullo eſſe pacto nobilis? Ego vero iſtos viliſſimi iumēti loco habeo. Neq; etiā fatebor unquā ciuē/aut alium quēuis improbū/abiectū/ contemptū/flagitioſum/ aut nulla re clarum: ſed tm̄ maiorū virtute & dignitate fidentem nobilis nomen mereri. At vero ex mercatura non video quę nobilitas acquirať: aut quo modo cū illius venet exercitio quod vile atq; abiectū ſapientes arbitrati ſunt. Cicero eam non adomodū vituparandam ſcribit/ſi fuerit opulenta: illā in ſordido queſtus genere ponēs. Sed quod aliquo modo vituperari poteſt / nunq; admiſcebiť cū nobilitate: a cuius officio longiſſime is queſtus abeſt. Opifices item

Nobiles bullati

Aegyptiorum & Sirorū nobilitas.

Teucrorū & Sarmatarū nobilitas

Laurētius.

nycholaus

Cicero.

artificeſq; oĩes expertes illius erunt.cũ in illo exercitio verſent̃ cui nulla eſt vir
tus adiuncta:turpe q̃dem oĩe genus eiuſmodi hoĩm extimat̃.Sed nec ex diui
tijs quoq; ulla nobilitas elicietur:ſiue eas nobis ipi compauimus:ſiue accepimus
relictas:quibus eñ acquirant̃ artibus conſtat.Sane raro cum virtute:cuius aliud
Hierony. munus eſt ꝙ parandis diuitijs vacare.relictę vero nihil nobis laudis afferunt alie
na opera partę.Auream beatus Hieronymus ſententiã profert:diuitem aut ini
quum eſſe:aut iniqui heredem.Neq; hoc in te Laurenti exiſtimes dictũ.cuius pa
tri viro optimo atq; humaniſſimo/tum prudẽtia atq; induſtria/tum fortuna in cõ
parandis opibus fauit.Nobilitare ergo nos minime poſſunt.At ne magiſtratus
q̃dem/dignitates/honores/imperia.Nam ſi his pernicioſi/ſceleſti/nepharij/perditi/
dementes/inſani fungant̃:procul erunt ab oĩ laude nobilitatis:quæ nulli vitio
aut ſceleri poteſt eſſe cõmunis.Neq; vero antiquã familiã/& ꝙuis longã parentũ
enumerationem/ſi ijdem audaces/facinoroſi/& ſceleribus inquinati fuerint/confer
re ad filiorũ nobilitatem iudicamus:ſed eo dicentur a nobilitate remotiores/quo
fuerit diuturnior parentum ſcelus & turpitudo.Ab honeſtis autẽ atq; antiqs ma
ioribus manantes ignauos/ſomnolentos ac reprobos/parentũq; virtutibus caren
tes oĩ nobilitate vacuos eſſe dicam.Si eñ ea antiquitate pararet̃:oẽs ęque nobi
les euaderent:cum cuiuſuis origo ęquo gradu a ſuperioribus numeret̃.Nulluſq;
exiſtat cuius progenitores non ante milleſimũ annum poſſent recenſeri.Sunt qui
acceptam:vt aiunt.a maioribus nobilitatem aucupio venatuq; cõſeruari putẽt:
ſeq; nullo negocio & rerum vacatione nobiles dicant.maiorũ tñ nobilitatẽ & ge
neris inſignia cõmemorantes.Sed hæc ocioſorum atq; inertium ſtudia aues aut
feras ſectandi/non magis nobilitatem redolent/ꝙ bene oleant ferarũ quibus oble
ctantur cubilia.Preſtaret certe opus ruſticum facere more priſcorũ quorundam
atq; optimorum virorum:ꝙ velut inſanos ac fanaticos diſcurrere per nemora &
ſaltus ferarũ ritu.Non ſunt hęc vituperanda nobilibus:ſi laxandi animi cauſa/nõ
diſſoluẽdi fiant.Sed in eis ut plures videmus curam oẽm vitamq; cõſumere:quæ
non nobilitatis indicia exiſtimantur/ſed ſigna oppreſſã clementię.Iam vero eque
ſtris dignitatẽ noſtri militiam vocant:quæ multis veluti officina quędam ac thea
atrum nobilitatis videtur:quid ad eam decoris aut ornamenti cõferat ignoro.Au
ream geſtant fibulam togati nõnulli imbelleſq;:tanq; equeſtris ordinis notam:ipi
ſine equo quãdoq; atq; oĩs militię muneris expertes.Horũ opera cum ſint lon
ge ab ornatu veſtiũ diuerſa:ficticia quędã res & ab inani pompa proficiſcens/ni
hilo magis nobilitare deferentem poteſt ꝙ timidum in bello fortẽ facere.Quãq;
videmus aliquos ex eis mercatura quęſtum facere:tantum a nobilitatis ſplendo
re remoti/ꝙtum obſcuritati exercitus propinqui.Nõnulli tamen iactantes auorũ
proauorũq; equeſtrem numerum/ſuam nobilitatem eiuſmodi cõmemoratione
extollunt:inſcij ꝙ parui ea ſit nobilitas extimanda.Nunq; enim is ordo apud pri
ſcos locum nobilitatis aut nomen tenuit:ut admodum mirer nos tantũ ab eorũ
opinione differre.Equeſter namq; ordo apud Romanos non celebatur inter no
biles:quippe qui maiori ex parte a publicanis emendis exigendiſq; vectigalibus
Nobiles romanorum. vili officio exercebantur.Nobiles dicebantur patriciorũ familię:& quę ex trium
phalibus conſularibus ſenatorijſq; viris longa ſtirpe originem trahebant.Eque
ſter ordo habebatur populariũ loco.Multi tamen ex eo ob res vel pace vel bello
egregie geſtas/erant ſuis poſteris principium generis nobilitandi.
C.Marius M,Tullius C.Marium &
M.tullium non nobilitauit genus:at hi ſuis filijs ſi paternã virtutẽ imitari voluiſ
ſent inſignem nobilitatem reliquere.Nos econtra ex hoc ordine nobilitatem tra
himus:iactariq; maxĩe videmus eos qui longa ſerie maiores ſuos equeſtri digni
tate functos ferãt.Aſſentirer forſan aliquando eos nobilitatis gradum adeptos/
ſi qui bellis immixti quod ſuſceptum nomẽ requirit preclarum facinus edidiſſent

ocioſis vero ac procul ab omni equeſtri munere conſtitutis / nihil aureum calcar
magis ꝙ ereum/aut aureus baltheus magis ꝙ argenteus nobilitatis importat. Ea
ſiquidem magis diuitum ꝙ nobilium videntur inſignia. Nam Gallicam/Britanni
camq; nobilitatem villis ruſticis ac nemoribus inſertam: & item Alemānicam mō
tanam & latrocinio intentam a vera nobilitate reijcio. Non enim ſolitudine / aut
ocio ignauo/vel opum magnitudine/ſed virtutis ſtudio comparandam ſapientes
cenſent. quam magis in vrbibus & hominū cętu exercere poſſumus / ꝙ inter fe-
ras in ſolitudine & agreſtium cōmercio. Illud vero abſurdiſſimū eſt habendū: do-
na/aut conceſſiones/principium/nobilitatē largiri: aut nobiles eſſe qui in impera-
toria aula verſantur. Poſſunt principes eiuſmodi homines diuites reddere: aut ex
tollere aliquo principatu: nobilem vero nihilo magis ꝙ prudentem/honeſtum/ſa
pientem poſſunt efficere. Siquidem non extrinſecus nobilitas prouenit: ſed a pro
pria deſcendit virtute quę inter principum munera non admiſcetur. Hæc igitur tan-
ta tamq; peruagata rerum varietas mihi perſuadet: nihil hanc veſtram nobilitatē
eſſe pręter pōpam quandā ac inanem faſtum ab ſtulticia hominū & vanitate cō-
fictum. Verum vt miſſas paulum faciamus vulgares opiniones: me quidem ra-
tio ipſa recte conſiderantē hortari atq; admonere videtur: nullam eſſe hanc decan-
tatam nobilitatem: ꝙobrem quid mihi perſuadeam accipe. Ea quę ſunt: aut bona
aut mala/aut eorū media: quę indifferentia gręci appellant: dicuntur. In malis no- — **Nobilitas vera i quo ſit diſputat**
bilitatem nullus unq̃ poſuit. Abſurdum eīn eſſet rem adeo laudatam atq; appe-
titam malam cenſeri. Sin eam bonum quid dixeris: id vel in animi bonis/vel exter
nis/aut corporis ſitum erit. Nam in fortunę bonis minime conſiſtit: quę qui adipi-
ſcuntur non nobiles/ſed diuites appellantur. Sed ne corporis quidem bona/ quę
ſunt valitudo/& forma egregia illam largiuntur. Nam ſi qua in ullo horum bono
rum ineſſet: deficientibus opibus/forma & valitudine/nobilitas quoq; ceſſaret.
Ita ex ignobili nobilis/rurſus ex nobili ignobilis redderetur. In bonis ergo animi
quę virtutes dicuntur: eas autem intellectualibus & moralibus diſtinguūt: an ul-
la ſit inquirenda. Sed prudentia prudentem/ſapientia ſapiententem / iuſtum iuſti-
cia/temperantia temperantem: item ex reliquis virtuoſum / non nobilem fieri cer-
tum eſt. Nulla quippe eſt una virtus quę ex ſe nobilitatem producat: neq; omēs
quoq; illam generabunt: ſed fœlicitatem. Ita nec virtus ea: nec vitium. Nec videt̄
eſſe in his quę media dicuntur: cum nunc bona/nōnunq; mala ferantur pro varie
tate utentium: ſi nobilitas ita eſſet/ea & bona & mala haberetur. Ex quo ſequere
tur ut boni maliq; pariter nobilitate potirentur: quod cum ſit abſurdiſſimū: vide-
tur ex his nihil nobilitatis comparari poſſe. Hoc & alia ratione videtur eſſe proba
bile. Nam ſi quid ea eſt: id aut in expetendis/aut fugiendis rebus conſiſtit. In his
ſitam dicere ridiculū ſane videtur: cum nullus ſanę mentis appetat fugienda. In
expetendis vero multo minus: ea namq; appetere debemus/ quę ratio pręſcribit
& ſapientia: hæc ſunt honeſta: & quęcunq; nos beatos ac fœlices pręſtant. Sed no
bilitas cum neq; virtutes aliquas/neq; bonum quid afferat nobis quo meliores/
ditiores/aut beatiores efficiamur: cur appetenda ſit non intelligo. Ergo ea nihil eſ-
ſe videtur. Eodem modo neq; in laudibilium/neq; vituperabilium numero ad-
ſcribetur. Non enim vituperatur quod laudatur/atq; expetitur etiam a bonis. Er
go in illis nulla ineſt nobilitas: ac multo minus in reliquis. Laudabile enim omne
a virtute progreditur. Siquidem bene: hoc eſt virtuoſe agere laudabile eſt: & id
ſecūdū aliquam virtutem. Sed nulla eſt virtus quæ vocetur nobilitas / aut ex qua
illa oriatur: neque etiam ex nobilitate laus aliqua/ cuiuſpiam honeſti operis de-
ſcendit. Ergo in laudibilium conſortio non erit. Præterea ſi qua eſt nobilitas: ea
aut in homīe/ aut in ipſa re collocabitur. Si in homine: aut natura/aut acquiſitione
comparatur. Si natura venit nobilitas: tunc omnes ſimiliter naſcentur nobiles:

quod nullus vel mediocriter doctus cõcedat. Si acquirit: id agendo / vel operãdo continget. At ex actionibus opationibuſq; boni/mali/prudentes/docti/induſtrij & ſimilia reddunt nõ nobiles: neq; eſt aliquod opus propriũ ex quo veluti ex offi cina aliqua nobilitas excudat. In rebus vero ſi eſſet poſita: hę abſq; ſtudio noſtro in quęcunq; inciderent/nobilem veluti diuitię diuitem redderent: his abſentibus ignobiles fieremus: quo pacto ſepius cum ipſis rebus a nobis migraret nobilitas: & iterũ tanq; in antiquũ hoſpitiũ ſua ſponte rediret. Ex quibus apparet: nihil eſſe hanc pter iactantiã quandã quę nos delyros efficiat. Etem abſq; illa affectione co gitans nõ video cur hæc inanis fabella adeo exoleuerit: aut quid boni vel utilita tis habeat hęc quę dicitur nobilitas: cur tanti ab hominibus pendi mereat. Nõ em̃ nos ſapientes efficit/non doctos/non prudentes/non iuſtos/non fortunatos: nihil confert ad corpis valitudinem: nihil ad formã/nihil ad vitę honeſtatem: vmbra ne ſcio quę ſubobſcura mentes noſtras verſat ſomnijs ſimilis: quę cũ dormientes fal ſis imaginibus ſatis exagitarint/inania reddunt excitatis. Stomachor aũt perſepe cum in aliquos prędicatores ſuę nobilitatis incurro viros ineptos/rudes/ocioſos/ quos non pluris facio q̃ quępiam ex his cantoribus qui in triuijs Heroum geſta decantant: ipi nullius rei vſui pterq; recenſendis aliorũ laudibus accõmodati. Sed iam ſatis cõfabulati ſumus: & tempus admonet vt hunc noſtrũ hoſpitem loquen

**Laurẽtius.** di moleſtia liberemus. Nequaq; Laurentius inquit/tanq; apes abibis aculeo reli cto: ſed feres ęquo animo paulũ reſpondentẽ: niſi velis eſſe nimiũ moroſus/quod idem huic: me intuens: intelligo videri. Eqdem non miror Nycholae/qui tuus mos eſt aduerſari te omniũ opinionibus: tu nullam vis eſſe nobilitatẽ/neq; eam quę eſt in vſu gentiũ: neq; quã deſcribũt ſapientes. Nihil adhuc de ſapientib9 Ny

**nycholaus.** cholaus inquit ſum locutus: tm̃ dixi aduerſus opinionẽ vulgarem & iactantiam horũ nobiliũ mentibus infixam: qui nulla preterq; inani pompa/& populari leui tate ſuffulti/nos quotidie nobilitatis cõmemoratiõe obtundũt: inſcij qbus ex reb9

**Laurẽtius.** aut quibus artibus paretur. Si inquit Laurẽtius/vocibus doctiſſimorũ virorũ aſ ſentiris: aut niſi eis repugnes: cauſa decidas oportet. Nam cõtra te inſurgit Ariſto teles nobilitatẽ diffiniens: & aliquid eſſe oſtendens: cuius acumẽ ingenij om̃ibus philoſophis antecellit. Sapientia vero tanta eſt om̃ibus in rebus / ut ei contraire ſtultũ eſſe videatur. Fateor Nycholaus inquit iſtum principem appellari philoſo

**nycholaus.** phorum: ſed tñ nulla me cuiuſuis impediet auctoritas: quin quod mihi ſimile ve

**Laurẽtius.** ro videatur & loquar & ſentiam. Vt iubet inquit Laurentius: morẽ tuum om̃ib9 aduerſandi ſicut cępiſti per me obſerues licebit: non impediã quo minus tibi obſe quaris: ne veteri tuo inſtituto repugnes. Sed ut ad Ariſtotelẽ redeamus: is in quin to Politicorum ſcribit nobilitatẽ eſſe virtutes: & antiquas diuitias. Et alio in loco no biles videri dixit quibus exiſterent virtutes & diuitiæ progenitorũ. Vides igitur q̃ ſapienter: q̃ grauiter tibi Ariſtoteles nobilitatẽ deſignarit: non tanq; vmbram: ut putas inanem: ſed veluti rem certam & definitã: ut iam nulla dubitatio reſidere debeat & eſſe nobilitatẽ. & eos dici nobiles qui a philoſopho deſcribuntur. Atqui

**nycholaus** Nycholaus inquit: hæc me verba nihil dimouent a ſententia. Ego Ariſtotelem ar bitror nõ ex animi iudicio: ſed ex cõmuni opinione locutũ. Nam in Ethicis ubi ex veritate quod ſentit exprimit: illũ appellat generoſum cui a natura exiſtit ut diſcer nat quę vera ſunt: & appetat verum bonum: eamq; rem pulcherrimã dicit: q̃ nec accipiatur ab alio: nec diſcatur: hacq; natura aliquẽ natum eſſe/veram & pfectam nobilitatem appellat. Deniq; eum generoſum videtur velle ſentire: qui ad virtutẽ a natura inſtitutus hanc uſu & exercitatione perficit. Qui em̃ a tanto philoſopho probari opinio poſſet quam retuliſti: Dicit afferre nobilitatem virtutes cũ diuitijs cõiunctas. Ergo virtus abſq; bonorũ fortuitorũ copia nobilitate carebit: Qd̃ nul lus mediocriter doctus cõcedat: Ariſtotelis nomĩe & auctoritate remota. Valerij

publicole/Fabricij Coruncanij/naſicę & Aſiatici Scipionū ex tali familia/ex tam
claris parētibus: quorū alter ꝓpter paupertatem publico funere elatus eſt: alterius
filię ex ęrario nupſerunt: multorūq; preterea excellentiū virorū/ qui cum ſummis
imperijs paupes vixerunt: non ſolum Vrbem/ſed terrarū quoq; orbem rebus ab
ſe geſtis illuſtrarūt: filij nepoteſq; paternā virtutem & paupertatem imitati: ut ipos
omittamus parentes ſcd'm Ariſtotelis deſcriptionē/nobilitatis lumine priuabūtur.
Ariſtidem inter principes Athenienſes ęqualem Themiſtocli: qui ſolus ꝓpter ex
imiam virtutē iuſtus eſt cognominatus: cum ita pauper exceſſiſſet e vita/ut vix un
de efferretur reliquiſſet: nemo neq; fuiſſe nobilem diceret: neq; ſuis nobilitatē reli
quiſſe: q̄uis & in ciuitate princeps & virtute pręclarus fuerit. Quo quid inſulſius
dici poteſt: q̄ Ariſtidem/Scipionem/reliquoſq; ſummos in ſua R.p. Imperatores
quia preſtare virtute q̄ diuitijs maluerunt/vel nobilitate caruiſſe; vel pręcluſiſſe
ſuis poſteris nobilitatis iter. Sed ſit nobilis ſcd'm Ariſtotelem/qui ex parentibus
virtuoſis oriatur ac diuitibus: ipſe quoq; paternam virtutem & opes conſecutus
attende quæ ex Ariſtotelis diffinitione abſurditas ſubſequatur. Cum diuitiæ ſint
bona fortuita/quę dari & afferri queunt. erit in fortunę arbitrio ſita nobilitas: quo
niam abeuntibus copijs/abibit et illa ſimul cum diuitijs: et rurſus illis redeuntibus
reintegrabitur. Q. ſi ſaluis fortunis fieri poteſt ut vitia pro virtutibus ſuccedent
amittetur quoq; nobilitatis pars. ita nobilitas diſcedens ac reuertens puerorū mo
re vagabunda quędam res fiet/nullius in arbitrio ſita. At ſi ex fęnore/rapinis/ſpo
lijs/ciuium proſcriptione & ſcęlere fortune proueniant. nunquid nobilitare poſſi
dentem queunt? Nihilo magis q̄ honeſtum ac bonum reddere. Quare faceſſant
ad dandā nobilitatem diuitię. & earum poſſeſſorem diuitem & opulentum/non
nobilem dicamus. Sed diuitijs inquies/virtutem addidit Ariſtoteles: ac hę illum
nobilitant in quo exiſtunt. Filios autem nullo modo. ſiquidem ſapientis ſententia
eſt. quę ante nos fuerunt/nihil ad nos ſpectare. ſicut neq; poſt nos futura: neq; em̄
magis ad nos parentū virtus/q̄ noſtra ad parentes redundat. Ego autē non cre
do Ariſtotelem voluiſſe nobilitatē in nos transferre progenitorū. Nam ſi nobilitas
virtute & diuitijs comparatur ut illi placet: diuitię quidem filijs relinqui poſſunt/
virtutes vero minime. Virtus enim in actione conſiſtit: actio autē cum ſit operan
tis: ſequit̄ ut nobilitas in eo ſit q exercuit officia virtutū. Sicut em̄ equū fortē/pul
chrū/atq; acrē dicimus nō cui eiuſmodi genitor fuit: ſed quē mēbrorū cōueniētia
ſpectādū fecit: cui vires adſint ad ferendū ſeſſorē: quē bucinę cātus excitat. Ita nō
eū qui parentes p̄claros enumeret/ſed qui ſuis virtutib9 reſplendet nobilē appel
labo. Itidem domū pulchram iudico non quam formoſus faber ędificauerit/ſed
quę ſplendida & ſuis parietibus fuerat cōpoſita. Rem q̄dem militarem/equitandi
diſciplinā/arteſq; eas quę doctrina tradunt poſſumus filios edocere: virtus nulla
parentum eruditione/ſed diuino quodam numine fauoreq; percipitur: ac ſerie oc
culta fatorum. Licet enim videre pernicioſos ac nepharios viros procreaſſe filios
omni laude & virtute pręſtantes. Similiter illos qui fama illuſtri & ſumma gloria
claruerūt: genuiſſe eos qui ſuis flagitijs paternā laudem labefactarunt. His neq;
parentū inſtitutio profuit ad virtutē: neq; illis quo minus clari euaderēt. Paterna
ſcelera obſtitere. Itaq; cum neq; in vitiorū/neq; in virtutū hereditatē filij ſuccedāt
parentibus: ſed ſicut virtutis/ita & nobilitatis ſibi quiſq; exiſtit auctor & opifex.
Si enim nobilitas ſucceſſione traderetur: ſeruus nequiſſimus/aſcitus in aliquam
amplam gentem/hereſq; inſtitutus bonorum nobilis euaderet: quod nemo ſanę
mētis affirmauerit. Generatio inſuper medium eſt quo filij in lucem educunt̄: ea
ſi turpis aut obſcęna fuerit: uputa adulterio/inceſtu/ſtupro quęſita: nequaq; turpi
medio nobilitas deſcendet ad filios. In eo em̄ qđ fit inique/nulla pōt admiſceri vir
tus/neq; quicq; qđ ſit laudabile. Per iniq̄tatē igit̄ nulla erit generis laus. Tua hec

Ariſtides.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ergo Ariſtotelica nobilitas tũ nulla videtur exiſtere: tũ poſteris nõ poſſe relinqui.
Q uis ſi ſuam quoq; diffinitionẽ accipiamus: tamen aut nulli/ aut pauci erunt: &
hi ex interuallis nobiles. Cũ enim perraro accidat: ut cum virtute diuitiæ contra-
hant ſocietatem: cũq; virtus rara ſit ac difficilis: & qui virtuoſi fuerunt/ poſtmodũ
aliquo turpi iudicio/ aut infamia/ aut flagitio notari poſſunt: videt̃ virtus in igno-
Themiſtocles. miniam verſa/ antea partam amittere nobilitatem. Themiſtoclis qui græcorũ om-
nium pace & bello facile habitus eſt princeps: priorem ætatem adeo flagitijs vi-
tijſq; inquinatã ferunt/ vt a patre qui generoſus erat exhereditaret̃. Hoc tempore
deſciſcẽs a patris virtute Themiſtocles nobilitatẽ amiſit. Ad meliorem deinde vi-
tam reuerſus: ob res p̃clariſſime geſtas & conſecutas opes/ nobilitate potitus eſt.
Sed non integra: cui paternę opes defuerũt. Hunc rurſus nobilitas deſeruit: cum
amiſſis opibus dãnatus proditionis/ exul a patria partam gl'iam & laudem/ cõſpi-
Hãnibal. ratõe in patriã inquinauit. Quid dicemus de Hãnibale duce omniũ p̃ſtantiſſimo:
qui ortus ex tali familia tam inſigni parente/ adeo claruit rebus geſtis: an cum eius
T. Liuius. virtutes: vt Titus ait Liuius: ingentia vitia ęquarent/ priuabit̃ laude nobilitatis:
Si enim paria erant vitia & virtutes: neq; nobilis neq; ignobilis fuit. Idem de Pau-
Pauſanias. ſania liçet ſentire: quem in om̃i vita variũ tum vitijs/ tum virtutibus deditũ tradũt.
Vellem diſcere ab Ariſtotele Laurenti: hoc eñ diſcernendi gratia loquor: quam
originẽ eſſe nobilitatis velit. Si virtutes ſolas proferet/ audacter repugnabo. Nã
cum hę ſint fortunę munera quę pro illius volũtate tenentur/ & donari & auferri
nobilitas poſſet. Sed ſit opulentus cum virtute aliqs dum vixit. Hic partem nobi-
litatis/ diuitias videlicet: virtutes enim reſidebit penes parentem: poterit ad filios
transferre: qui ſi neq; paternã virtutem ſequent̃/ & opes diſſipabunt: ignobiles in-
uenient: ſin vero in fortunã & virtutes ſuccedẽt: nobiles erunt. Sed cum res hominũ
ſępius varient̃: nec in eodem ſtatu diutius perſeuerent: cõtinget vt nepotes fortu-
nę donis ſpoliati/ longe diſtent a vita ſup̃ioris. ad hos nulla deſcendet nobilitas. Ite-
rum pronepotes ſi proauorũ auorũq; virtutes & diuitias repreſentent: nobilitate
gaudebũt. Igitur longa progenie excitabunt̃ ex eadem familia nunc nobiles/ nũc
nunc ignobiles: nulla certa ſerie/ nullo ordine pręſtituto/ nihilq; ad eam generis no-
mine opitulante. Ita faceſſant a nobilitatẽ bona fortuita: res inſtabilis & arbitrij a-
lieni. Nos aliquid eã eſſe arbitremur/ quod ſi cũ exiſtat in noſtro iudicio & poteſta-
te: neq; nobis inuitis concedi/ aut eripi queat. Ariſtotilem vero cum de repub. ſcri-
beret/ exiſtimo vel cõmunem opinionem ſecutum/ vel plus q̃ philoſophũ deceat
Laurẽtius. diuitijs tribuiſſe. Tum Laurẽtius. Ego inquit Nycholae/ cum multis verbis vſus
fueris/ nihil te docto viro dignum dixiſſe puto: ſentẽtiamq; Ariſtotelis/ ſi vim ver-
bi græci conſideres/ contendo eſſe veriſſimã. Nam quam latini nobilitatem/ græci
eugeniam appellant. Hanc verbo noſtro recte generoſitatẽ dicemus. Qui enim
priſco & ob virtutem ac res geſtas pręclaro genere naſcebant̃/ propter familię ac
Nycholaus. generis claritatem generoſi ferebant̃: hoc eſt inſigni genere nati. Hanc latini Ny-
cholaus inquit meliori vocabulo vt videtur/ q̃ gręci appellauerunt. Nos a rebus
geſtis recte factis/ & ob aliquã laudem inſignem atq; famam quę propria ſit ho-
minis alicuius nobiles vocamus: illi a bono genere eſſe volunt. non enim ab alijs/
ſed a nobiſmetipſis nobilitatem trahere videmur: vt ille putetur nobilis quem illu-
ſtre & peruagatum aliquod inſigne & laude dignum facinus nobilitauit. Vt libet
Laurẽtius. de vi nominis ſentias Laurentius ait. Ego Ariſtoteli hęrens ad nobilitatẽ compa-
randã non ſolum virtutem ſpectare arbitror: ſed diuitias/ genus/ patriam/ corpo-
ris & fortunę adiumenta. Nam diuitijs liberalitas gratior om̃ibus virtus in vſum
deduci valet. Bello quoq; & pace/ in quibus pecuniarum ſumptus maxime ſunt
neceſſarij/ gloria acquiritur: a qua deſcendit nobilitas/ magnificẽtia quoq;: ex quo
nomen noſtrum & fama admodum augetur: nulla erit abſq; fortunę bonis. Pa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tria inſuper plurimum preſtat prẹſidij ad nobilitatem. Senſit hoc Themiſtocles: cũ
Seriphio iurganti/ patrię illum non ſua laude clarere. reſpondit neq; ſe Seriphium
ignobilem euadere potuiſſe: neq; illum athenienſen clarum/ aut nobilem unq̃ fuiſ
ſe futurum. Neq; enim ex aliquo opidulo profectus eadem rerum utetur facult a
te ad gloriam conſequendam qua florentinus ciuis: neq; etiã florentinus ex ſola ci
uitate nobilitatem aſſequatur. Genus pręterea multum opitulatur ad nobilitatem.
Non enim ſolũ uirtute/ ſed multo plus quãdoq; maiorũ gloriæ & imaginibus legi
mus demandata imperia/ prouincias & triumphos decretos: quæ ad nobilitandos
homines ampliſſimam materiam ſuppeditarunt. Recte enim ſenſit Ariſtoteles: q aristoteles.
uirtutes ſuffultas diuitijs uoluit nobilitatem prębere. Diuitiæ quidem cũ neq; bo-
nę neq; malę/ ſed pro modo utẽtium habeantur: ſi ad uirum bonum perueñerint:
illuſtrem illum & uelut in aciem educere uidentur: in qua eluceſcere uirtutes que-
ant. Vtetur fortunę bonis tanq̃ inſtrumẽto ad vitę curſum: & uirtutum uſum ne-
ceſſario confert illa in amicorum ſubſidium/ in munificentiam/ in patrię defenſionẽ:
quę uirtutes mancę & debiles abſq; opibus erunt: nullum eorum officium exer-
centes. Quid enim mihi ad vitę cõmunis ſuſtentaculum præſidij affert Stoicorum
liberalitas: In ipſo animi affectu/ non opere locantur. Præclare igitur Ariſtoteles in
telligens ad earum uirtutum rationem in quibus ciuilis uita verſatur/ neceſſarias
eſſe fortunas/ quibus virtute prẹditus prudenter utitur: haud immerito exiſtima-
uit ad nobilitandum hominem diuitias debere cum virtute eſſe coniunctas. Pau-
pertas enim q̃uis a multis laudetur. tamen uidemus cum philoſohhos/ tum uiros
omni laude digniſſimos paupertatis laudeq; diuitijs carere maluiſſe. Hæc inquit nycholaus.
Nychnlaus: non illius culpa/ ſed uitio hominũ contingit: qui cũ doctrina Ariſtote-
lis deprauati diuitias laudant: tum naturę imbecillitate corrupti deprauatiq;/ pau-
pertatem tanq̃ abiectiſſimam in extremis malis ponunt: & cum plus æquo diuiti
as appetant/ nullam ſine eis ad virtutem & bene uiuendi uiam credunt. Sed nos
hoc loco non quid corrupta opinio loquatur quęrimus: ſed quid pronunciet veri
tas. quę mea quidẽ ſententia longe eſt ab Ariſtotelis deſcriptione. Nam diuitiæ/ ſi
recte aduerteris: ſuperbum/ impotentem/ laſciuum/ contumelioſum/ promptiorẽ
ad uoluptates & vitia ſolent hominẽ reddere. Quod & ipſemet ſentiens: ſcripſit aristoteles.
ſolere propter diuitias fieri homines deteriores. quare cũ diuitię raro ſocietatem
habeant cum virtute/ rarius gignent nobilitatem. Hoc & ipſe in Politicis fatetur:
dicens nobilitatem & virtutem in paucis eſſe. addens diuitias. Quæ ſi quid nobili
tarent arca & ſacculus nobiliores eſſent poſſeſſore. Illud inſuper aſſeuerabo: nul
las dignitates/ nullos honores/ nullas res geſtas/ nullos magiſtratus/ nulla ĩperia/
nullos triumphos veram nobilitatẽ ſecum imporrare: niſi fuerit admixta & tan-
q̃ rerum moderatrix adiuncta virtus. Famam quidem & veluti glorię umbram
ſecum in vulgus ferunt. ſed nobilitatis laus petitur a virtute. Iſta vero tria: genus/
patria/ maiores & cętera quę modo retuliſti/ abſq; virtute ſunt tanq̃ cauponula
rum inſignia: quæ denotant ubi vendantur vina: nihil tamen ad eius ſuauitatem
conferentia. Virtus enim ex ſeipſa ſubſiſtens/ etiam abſq; iſtis adminiculis nobis
patet ad nobilitatem. Ex infimo quoq; gradu eruendum M. Catonẽ priſcũ non pa M.Cato.
tria/ non genus/ non diuitiæ: Tuſculi enim natus eſt obſcuro genere/ tenui cenſu:
ſed eximię plurimæq; virtutes nobilitarũt. C. itẽ Marius arpinas ruſticanus igno
tus/ paruo ſtipendio militans/ a virtute ſola & rebus geſtis nobilitatem cępit. Ser C.Marius.
tonium quoq; virum nurſium plures virtutes inſignem ac nobilem effecerunt. Sertonius
Vides igitur & his & pluribus alijs: a ſolis virtutibus/ non a diuitijs vel externis
alijs adiumentis nobilitatem conceſſam. Tum Laurentius. hic noſter inquit more Laurẽtius.
ſuo omnibus contra dicendi ac detrahendi artem profeſſus: ſingulorũ ſententias
damnat. ipſe nihil affert quo quid ſentiat noſcatur. At id tua culpa accidit Nycho nycholaus.

laus ait. qui potius quid non ſentirem ꝙ quid ſentirem dicendi materiã præbuiſti.
Nam ſi quę probem queris. facilis eſt explicatio. Non enim Diogenes ſum ille cy
nicus: qui nobilitatem irridens: dicebat illam eſſe malicię velamentũ: ſed qui mini
me conueniam cum vulgi opinione: neq; id illam eſſe iudicem quod hi: qui in om
ni vita delyrare videntur. Ego quę mihi ſimilior vero videtur: Stoicorum ſenten

Stoicorum nobilitas

tiam laudo: qui tũ omnibus in rebus quæ ad rectam viuẽdi rationem pertinerẽt,
tũ vel maxime in hac una re ex ipſius Philoſophiæ fonte nobilitatem hauſerunt.
Hi non ad vulgarem auram: ſed ad veritatis pręſcriptum ac normã ratiouis locu
ti: non fortunam rem fallacem ac dubiam: ſed virtutem ſequũtur: veluti certam
recte viuendi ducem ac magiſtram. Illam cęteris pręeſſe rebus ac modum ferre:
reliqua ei ſubeſſe & ab ea regi voluerunt. Hi bonorum finem in honeſto poſue
runt: cuius ſtabilis ac manens noſtriq; eſt iuris poſſeſſio. quæ vero ſubijciũtur for
tunę: labũtur more fluminis nulla in parte firma: omnibus infida. Hi ut alia mul
ta ita & hoc veriſſime videntur dixiſſe: nobilitatem ex ſola naſci virtute. Atqui hu

Plato

ius ſapientię auctorem ac principem videntur habuiſſe Platonem: cuius ſapien
tia ſingularis & pene diuina omnibus in rebus fuiſſe putatur. Hic cũ quadrifariã

Nobilitas q̃drifaria

partiatur nobilitatem: ut in eius vita refert Laertius Diogenes: atq; unam eã eſſe af
ferat quibus clari boni iuſtiq; parentes fuere. Alteram parentes qui potentes aut
principes extiterunt. Tertiam cũ noſtri maiores fama & rebus bello geſtis vel pu
blicis certaminibus parta corona claruerunt. Quartam eamq; prẽſtantiſſimã om
nium ſcribit eorum: quibus non aliena: ſed ſua virtus & animi magnitudo nobili
tatem donarit. quos ſolos vult eſſe dignos ut nobiles appellentur. Platonis hac di
uiſio illam veram germanamq; & ſuo robore nixam nobilitatem iudicat quã vir

Nobilitas vera

tus producat. Eſt enim nobilitas quaſi ſplendor quidam ex virtute progrediens:
qui ſuos poſſeſſores illuſtrat ex quacũq; conditione emergẽtes. Nam virtus ma
iorum principatus / gloria certaminũ & geſtarum rerum illorum bona ſunt: illos
ornant & inſignes reddunt qui ea ſibi ſuo labore / ſua induſtria peperere. Nos ve
ro laudem & nobilitatem meremur noſtris meritis / non alienis: & his actionibus
quę ex noſtra prodeunt voluntate. Quid enim ad nos attinet quæ multis ſæculis
ante nos noſtro neq; conſilio / neq; opera acta ſunt? Illa ſuis auctoribus lumen &
gloriam prębuerunt. nobis ad imitandum patefecerunt viam, quam ſi ſequamur
tanq; parentum opibus ſuffulti. minoris tamen nos exiſtimari neceſſe eſt ꝙ eos q
nullis maiorum ſubnixi veſtigijs ſibijpſi ad iter virtutis & gloriæ auctores extite
runt. Quanto enim maioris habetur ędificare domũ ꝙ habitare / aut ornare ędifi
catam: tanto prẽſtabilius eſt atq; excellentius ab ſe partam nobilitatem poſſide
re / ꝙ ſeruare ab alijs acceptam. cũ alter ſuis viribus & lumine reſplendeat: alter p
ſe ferat alienum. Quare ſoli virtuti palma nobilitatis tribuenda eſt. Atria vero
maiorum imaginibus referta / porticus ſignis ac tabulis ornati / magnificę villę / tẽ
pla conſtructa / varia domus ornamenta plus admirationis aſpicientibus ꝙ nobi

Antiſthenes

litatis ſecum ferunt. Hunc Antiſthenes ſecutus: ſcripſit eoſdem ſibi videri nobi
les & virtutis ſtudioſos: in ſola virtute nobilitatem conſtituens. Stoici hanc Pla
tonis ſententiam complectuntur: & ſolos ſapientes nobiles eſſe volunt. Hoc &
Cicero noſter refert: & Seneca ex Stoicorum ſecta philoſophus excellens tum
multis in locis / tum maxime in quadam ad Luciliũ epiſtola: ea quarta eſt & qua
drageſima ut opinor: nobilitatis fõtem atq; originem animi virtutibus aſſignat.

Seneca

Ait enim cũ de nobilitate diſſereret: Bona mens omnibus patet: omnes ad hoc
ſumus nobiles. Patricius Socrates non fuit. Platonem non accepit Philoſophia no
bilem / ſed fecit. Quis eſt generoſus? Ad virtutem bene a natura compoſitus. hoc
unum eſt intuendum. Nam ſi ad vetera nos reuocas: nemo nõ inde eſt ante quod
nihil eſt. Omnes ſi ad primã originem reuocentur a Dijs ſunt. A primo mundi or

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tu uſq; in hoc tempus produxit nos ex ſplendidis ſordidiſq; alternata ſeries. Plato ait neminem Regem non ex ſeruis oriundum: neminem non ſeruum ex Regibus. Non facit nobilem atrium famoſis imaginibus plenum: nemo in noſtram gloriam vixit. Animus facit nobilem: cui ex quacunq; condiſione ſupra fortunã licet exurgere. Hæc Senecę ſunt verba/quibus mihi videtur vir ſapiẽtiſſimus tanꝙ ex Apollinis oraculo nihil verius excogitare aut dicere potuiſſe: ꝙ illam verã nobilitatem quam virtus prębeat & ſapientia: eoſq; ſolos eſſe nobiles quibus virtutum officia laudem ſubminiſtrarunt & dignitatem.

Iuuenalis.

Iuuenalis vero cum in Satyra quadam cõmunem ac vulgarem nobilitatis opinionem multis/argumẽtis reprobaſſet/rectam rationem ſecutus: neq; ex his pendere/quę tu paulo ante recenſebas: oſtendens hanc eãdem ſentẽtiam affirmat/ſcribens ſolam atq; vnicam virtutem nobilitatem eſſe. Equidem Cleantem philoſophũ qui aliquãdo rigandis ortis aquam traxit: & Demetriũ quem Seneca in ſtramentis cubantem cum videt: non pręceptorem/ſed teſtem virtutis ac veritatis dicit: nobiliores Pericle & Themiſtocle crediderim: quos magis patrię claritas & imperiũ/ꝙ ſua virtus nobilitauit. Nam rerum geſtarum glorię multi exiſtunt participes/ſocij/milites/fortuna: ſine quibus nulla clareret eorum virtus. At philoſophię quę ſola nos ad ſapientiam virtutẽq; oĩm quibus vita noſtra ſeruatur & colitur/cognitõnem perducit: is ſolus eſt particeps qui illis inſudauit. Nam prudenter ſapiẽterq; viuens non aliunde/ſed a ſeipſo bona vitę refert: accepta eius ſunt ꝓprię laudes nõ ab alio mutuatę. Qui virtutũ exercitio functus eſt: is ſolus nullo externo adiumento ſibi gloriam parit/ex qua pręclaram elicit nobilitatem.

Laurẽtius.

Tum Laurentius: & ſi ad eam inquit/arbitror ſpectare virtutem magnũq; habere pondus/tamen non in ipſa ſita oĩa videntur: ſed neceſſe eſſe/ut ei qui hoc nomine dignus videatur adſint externa quoq;/quę paulo ante repellebas: atria imaginibꝰ referta: porticus: theatra: ludi etiam populo facti: venationes/& reliqua eiuſmodi/per quę nomen noſtrũ cum laude vulgetur. Hæc eñ claros & homines celebres pręſtant/& nobiles efficiunt. Nam ſicut gloria virtutis & recte factorũ eſt comes: ita ex his progreditur ſplendor quidam/hoc eſt nomen & famą nõ vulgaris/quæ nobilitas appellatur. Hanc maiorũ quoq; noſtrorũ pręclara facinora & virtutes videntur prębere poſteris/& paternę glorię decus nobis tribuere: tanꝙ lumẽ quo clariores notioreſq; efficiamur. Quis eñ negat nos progenitorũ virtutibus reddi illuſtriores ac nobiliores. Nam ſi quę agimus celebrari volumus memoria poſteritatis: neceſſe eſt ut ea cõmemoratio cõmẽdatioq; tanꝙ parentũ imagines refulgeat in filios/ad quos hęreditatem quoq; glorię tranſfundere voluerunt. Eſt profecto multorũ opinio: nobilitatẽ quemadmodũ bona fortuita hęreditariã nobis a parentibus relinqui: quę abijcere ac retinere in filiorꝫ ſit licentia & poteſtate. Nam qui maiorũ virtutes & patrimoniũ ſeruauerit/nobilitate reſpõdebit ſuperioribꝰ: qui deterioribus ſtudijs deditus/vitijs & flagitijs vitã macularit: profligabit nobilitatem partam: non ſecus ac patrimoniũ ſi prodigus fuerit & ſumptibus profuſus. Nullo autem pacto negandũ eſt paternam nobilitatẽ migrare in filios: & eſſe & dici nobiles quorum nondum virtus eſt cognita.

Cicero.

Hoc & ſentit Cicero in oratione quã pro Roſcio ſcripſit: inquiens. Voſq; adoleſcentes qui nobiles eſtis/ad maiorũ veſtrorũ imitationem excitabo. Vult ſapientiſſimus Cicero etiam illos nobiles eſſe/qui nondum per ętatem paternarũ virtutum imitatores eſſe potuerunt. At qui: loquar enim quod ſentio: citius appellabo nobilem qui excellentis parentes poteſt referre ipſe vel paululũ virtute ornatus: ꝙ qui obſcuris maioribus extiterit oĩ virtutũ genere excellens. Priori patefactus eſt aditus ad lucem/cõmendatione maiorũ quę illos notiſſimos vulgo fecit: ut paruula quędã virtutis lux in eo plurimũ refulgeat/ꝓpter ſupiorem ſplendorẽ. Huic aũt cui nullus pręceſſit aditus ad hominũ famã/

magno lumine opus erit ad illuſtrandã in qua natus eſt obſcuritatem: maiore eñ
quadam difficultate per ignotum iter cogitur proficiſci. Alter partam gloriã par
uo labore ſuſtentat: alter cum obſcuritate certans/plurimo tempore/ multo labo
re/ opera diligenti eget ad amplitudinem & laudem / ex qua venit nobilitas con
ſequenda. Iſtã vero Nycholae tuam ſtoicam virtutem nudam/ egentem/ & pene
moleſtam: quę non ingreditur ciuitates/ſed deſerta videtur & ſolitaria/ licet mul
ti laudauerint: tamẽ qui appetant pauci reperiunť. Et ꝙuis a ſola virtute duci no
bilitatem velint: fateantur tamẽ oportet/niſi ciuilem vitam refugiant / multis illi
opus eſſe præſidijs: valitudine/opibus/patria/reliquiſq; rebus / in quibus fortu
na dominatur: quibus ſi priuata erit vita mortalium / algebit profecto & virtus
veſtra veluti ſola atq; egens: neq; in hominũ cętum & comunem uſum prodibit/
vt ex ea nata videatur nobilitas quędam ſubruſtica omi carens nobilitate. Nam
quę nobilitas inerit vel philoſopho: qui ſuis ſtudijs contentus latebit in bibliothe
cula ſibi ipſi pene ignotus: vel ei qui ſobrie/pie/caſte/ſapienter viuens: abditus de
git in villula/nullis hominũ ſermonibus celebris: nullo nomine illuſtris. Huic virtu
tem conceſſerim: ſed nullam adeſſe nobilitatem: ſtudioſum virtutis/non nobilem
appellabo. Iſtam nobilitatem ſtoicorũ pauci querunt: pauciores adipiſcunť. Ego
autẽ illam appeto: illam probo: quam conſuetudo mortaliũ iam dudum cõfirma
uit: neq; tum grecos/tum latinos arbitror ita inſcios rerum fuiſſe: ut hoc nomẽ in
tam multis uſurparint/quod aliud quidd~am ꝙ virtutem ſto~orum reddere nobi
nycholaus. les crediderunt. Non inficiabor Nycholaus inquit/ciuem egregium in ſua ciuitate
honoribus & dignitate preditum/ſi idem fuerit ſeruator honeſti/nobilem eſſe: il
lum quoq; adiungam/qui procul a Rei pu. negocijs virtuti deditus ſibi vacat &
bonę menti. Neq; minus fortem appellabo/qui cum vitijs/ꝙ qui cũ hoſtibus bel
lum gerat. Neq; imprudentiorẽ eum qui vitę ſuę curſum ad honeſtatẽ dirigit: qui
ꝙ quę appetenda/quę ve fugienda ſint didicerit: ꝙ qui rei pu. curę intẽtus de bel
lo ac pace pro ipſius utilitate conſulat. Philoſophos quoq; & doctos viros / qui ſu
is ſtudijs & vigilijs vitam hominũ varias per artes excoluerunt: quiq; vel ſcriptis
vel exemplo nobis ad inſtituendos mores & vitia propulſanda pfuerunt quãuis
tumulis abditi non tm̃ nobiles/ſed nobiliſſimos fuiſſe dixerim. Illud quoq; ne me
ptinacem putes: vtq; tibi paulũ morem geram/cõceſſero: aliquid ſplendoris & di
gnitatis in nos ex patria & maiorũ gloria redundare: ut eius quadam ex portiun
cula participes poſteri dicanť: ſed tamen id cum mentem ad rationẽ flecto quale
ſit non ſatis perſpicio. Mihi quidem ea videnť eſſe blandimenta quędam inertium
ac ſomnolentorũ: qui quod ipſi aſſequi nequeunt / tanq; ab alijs acceperint ignaui
ę titulum pręſe ferunt: puluerem eñ ſolemq; fugientes deliteſcunt ſub umbra
culis aliorũ: ac cõmemorantes priſcorũ virtutes/ipſi in ſuis penitus obmuteſcunt.
At vero patria om̃ibus ęque lucet. Illi autem excellentiſſimi viri/ non magis filijs
ꝙ ceteris ſui imitandi veſtigia reliquere. Lumen quidem quod eſt in publico/licet
pateat om̃ibus: magis tamen ei qui prope eſt lucet/ ꝙ qui remotior. Ita qui illorũ
laudi magis hęrebit/nobilior euadet ꝙ qui a longe reſpiciet. Eteñ ſicut Platonis
& Ariſtotelis non filijs magis ꝙ alijs doctrina ac ſapientia profuit: ita ſuperioris
Scipionis virtus non plus filios ꝙ me nobilitabit/ſi illius fuerim imitator. Quare
plus Ariſtotelicę nobilitatis iudico participaſſe Theophraſtũ/ qui illi in ſchola &
doctrina ſucceſſit: ꝙ Nicomachũ filiũ / qui lõge illo doctrina inferior fuit. Virtus
eñ om̃ibus eſt in pmptu: eius efficiť ppria qui illã amplectiť. Secordes/ignaui/im
probi/puerſi/qui ſe in ſuorũ maiorũ locũ putant ſucceſſiſſe: eo ſordidiores ꝙ cete
ri habendi ſunt/quo longius diſtant ab imitatione parentũ. Equidem libertũ Cice
ronis tyronẽ nobiliorẽ cenſebo/qui patroni virtutibus inhęſit: ꝙ filiũ deſiſtentem
ab honeſtate paterna. Nam ꝙ virtutem abſq; externorũ comitatu nudam/ egen

tem/incomptam/& tanq̃ ſolitariam credis : vehementer erras. Non eget alterius
ope/ aut fortunę adminiculis virtus: quę ex om̃i parte pfecta/ ſuamet dignitate/
cultu/decore tanq̃ regina in ſummo collocata reſplendet : ſuoq; fulgore totũ or-
bem illuſtrat. Quid em̃ illi opus eſt rebus externis quę ſuis facultatibus/opibus/
quę cęteris preſtant: contenta eſt: neq; aliquo indiget opitulamento qđ extra eam
poſitum exiſtat. Egere em̃ defectus eſſe videtur ac virtus: cum in ea ſatis ſit preſi-
dij ad bene beateq; viuendũ: neq; aliquo egeat: res em̃ quędã perfecta eſt & ſuis
partibus abſoluta: nihil ad ſui perfectionẽ extra eam requirit: neq; quicq̃ addi po
teſt quo virtuoſior efficiatur. Sapiẽter igitur ſtoici/ qui virtuti nulla re extra ſe po- Nobiltas
ſita opus eſſe iudicauerunt: ex qua ea ſola voluerunt prodire nobilitatẽ: & qui ſe ex virtute.
cus tenent/ non tam veritatem q̃ vulgi opinionẽ videntur ſequi. Quę quidem ſen
tentia preterq̃ q̃ eſt veriſſima ſummã vtilitatẽ vitę noſtrę videtur afferre. Nam ſi
perſuaſum erit hoibus honeſtate & bonis artibus nobilem fieri: eamq; veram eſ-
ſe nobilitatẽ quam ſibi quiſq; recte agendo queſierit/ nõ quę ſit alterius induſtria
& labore parta: excitabimur mihi crede/ magis ad virtutem: neq; deſidia confecti/
nihil agentes dignum laude in aliorũ gloria acquieſcemus: ſed ipſi erigemur ad no
bilitatis inſignia perueſtiganda. Licet videre illos quibus diuitię abſq; labore ſuo
obtigerunt inertiores ac negligentiores in earum cuſtodia/ q̃ ſi ſuo ſudore acqui-
ſitę prouenissent. Eodẽ pacto quo ſibi hereditario iure nobilitatẽ relictam arbitrã
tur/ tardiores ad querendã laudem lenteſcunt quodãmodo ac torpeſcunt: nec cõ-
mouentur ad ſtudia honeſti: ſatis ſibi eſſe ducentes/ recenſere ſuperiorũ probita-
tem. Quibus vero perſuaſum fuerit: nullam niſi in ꝓpria virute et gloria nobilita
tem poſſideri: inflãmabunt ardore quodã ad ea efficiẽda ex quibus eluceat in eis
ſuperiorũ virtus. Et ſiue ſequent exempla parentũ : ſiue alijs exemplo ſe eſſe vo-
lent: adipiſcent veram nobilitatẽ: quam certe iudico clariorem eius qui ſuapte na
tura & opere/ cultuq; virtutis fuerit nobilitatus/ q̃ qui in iam parta ſuccedit. Co- Concluſio.
lenda eſt igitur Laurenti prę cęteris rebus virtus: quæ nos non tm̃ nobiles efficit/
ſed etiam beatos: redditq; fama & memoria hoim imortales. Ab hac nobilitas/ ab
hac gloria/ ab hac vitę curſus petendus eſt: ab hac om̃is recte viuendi ratio expe-
tenda. Sed iam ſatis collocuti ſumus. Vtrius autem verior ſit ſententia/ hi videant
quibus eſt acrius ingeniũ ad diſputandũ. Liberũ eſt omibus ſentire quod velint.
Nunc autem quoniã vis ęſtus paulum declinauit/ deambulandũ extra oppidũ
cenſeo: viſendũq; fluuiũ quem iſte nobis ſępius ob fertilitatem piſciũ laudauit.



Poggij florentini de Nobilitate
libri diſcepiatorij finis.

Smith

¶ Reuerẽdo in Chriſto Patri/& viro eruditiſſimo Leonardo Dür/Ab-
bati Adelbergenſi: utriuſq; iuris Doctori: atq; per Alemãniam Baua-
riamq; ordinis Pręmonſtratenſiũ: Viſitatori/hoc eſt Epiſcopo & ſuper
intendenti optime merito Henricus Bebelius Salutem dicit.

Cum exactis tẽpibus in tuo monaſterio/pater reuerende atq; mihi obſeruan-
diſſime/inter alia tuę in me humanitatis argumenta/duxiſſes me in cubiculũ ua-
rijs variarũ diſciplinarũ libris refertũ: offendi inter cętera quędã nondũ impreſ-
ſa aut multũ vulgata/licet in aliquibus manca opuſcula Poggij Florentini orato-
ris omniũ ſuo tempore/tam ad bene ꝙ̃ male dicendũ acerrimi. Vnde ſum nõ pa-
rum gauiſus: ꝙ tuo auſpicio/& mea opera etiam aliquando in lucem prodirent:
propterea ꝙ ſummã in illis eruditionẽ/genus autẽ dicendi copioſum & oĩm ve-
nuſtiſſimũ deprehendere liceret: & tanta facilitate fœlix: ut illum torrentẽ facun-

Poggij &
L. Vallę pſtantia

dię: non operoſa diligentia/ſed natura ipa ſua ſponte effundere videat. Et licet ni-
mis acerbe inſectetur Laurentiũ Vallam hoĩem doctiſſimũ: non tamen mihi per-
ſuadet/quicquã eſſe diminuendũ de illius exiſtimatione. Non eĩ ego Poggium
ob id laudandũ cenſeo: quia ſcripſerit contra Vallam/& quidẽ copioſe atq; diſer-
tiſſime: nec quenq; probo qui maledicentia pugnat: id eĩ propriũ eſt meretricum
& ſcurrarũ in triuijs & tabernis contra quoſq; latrantiũ. Ideo Poggiũ ęmulatiõe
vel iniuria exaſperatũ/exiſtimo male ſenſiſſe de Valla: nec fidem ei adhibendam
cenſeo: cum ſcripſerit contra inimicũ. Nec item Laurentiũ Vallam aut probo/aut
audio contra Poggiũ fulminantẽ atq; remordentẽ: nemo eĩ ſatis/idoneus eſt te-
ſtis contra inimicũ ſiruum. imo peius iudicant ſapientes de eo qui detrahit/mordet
& maledicit/ꝙ̃ de eo qui patit illas detractiones. Cum igitur ambo in ſe inuicem
fuerint graſſati per omne genus contumeliæ & maledicentię: ego qui eloquen-
tiam tm̃ & eruditionẽ quęro/neutrũ ex alterius ſcriptis iudico: & cum ambo fue-
rint diſertiſſimi: elegantia tamen & elaborata oratione Vallam pręſtare duco. Ce-
terum copia/venuſtate/facilitate/naturali & ſponte naſcenti eloquentia/iucundi-
tateq; inaffectata longiſſime pręcellere Vallę Poggiũ non eſt ambiguum. Poggij
itaq; eloquentiã probo: quãq; negligendã eſſe exiſtimo minime. Inueni autẽ inter
illos Poggij libellos: Vnum de nobilitate iucundiſſimũ: Aliũ autẽ de miſeria hu-
manę conditionis non iucundiſſimũ modo/verũ utiliſſimũ etiam: quem cum ad
finem vſq; pellegiſſem: mirum dictu eſt (viſa ante oculos tanta exemplorum co-
pia cõmuni hominũ miſeria) quantũ erexerim animũ meũ ad oẽm iniuriã forti-
ter perferendã: & quantũ me animauerim ad omniũ malorum patientiã. Cum

Grãmatiſtarũ ſupbiens penuria.

eĩ ſępe malorũ perſecutionẽ ſim paſſus: partim Grãmatiſtarũ. qui cum nihil ipi
ſciant cõponere ad hominũ utilitatem: tribus tm̃ vel quattuor vocabulis ſuperbi-
entes/atq; oĩbus locis inculcantes: oĩs homines pręſe contemnũt: partim eo-
rum qui ex cõmentarijs meis ſe lęſos arbitrantur: dum ibi pro elimanda lingua la-
tina quędam vocabula dixi barbara: quibus ipi frequenter utuntur. Et licet pro-
pter virtutem/hoc eſt ſtudiũ meum & laborem/quem adhibui pro repurganda
& inſtauranda lingua latina ſim factus inimicis meis inuiſus: nihilominus tamen
perturbabar nõ mediocriter illis aduerſariorũ ſtudijs: qui quoquo modo mihi in-
cõmodare conabant. Sed nũc lectis Poggij de humana miſeria duob9 libris/opti-
me me cõſolor. dum legam tam apud græcos ꝙ̃ latinos ſemper fortiſſimos/opti-
meq; de R.p. meritos/ſimul atq; doctiſſimos fuiſſe propter virtutem inuiſos &
aut violenta morte/aut exilio inimicorũ in ſe odium ſatiaſſe: ut ſemp capitale vi-
ſum fuerit magnis viris patriam beneficijs & rebus geſtis illuſtraſſe: cõſeruaſſe:
auxiſſe. Ex latinis annumerat Valerius Maximus/et poſt eum Poggius noſter
Romulum: Camillum: Scipionẽ aphricanũ ſupiorem: Aphricanũ poſteriorem:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scipionē naſicam: P. Lentulū: Seruiliū halam: Iulium Cęſarem. M. Ciceronē: Gn. Carbonē: viros in Rep. Ro. oim clariſſimos. Ex gręcis Lycurgū legumlatorē apd' Lacedemonios: quē Apollo pythius utrū deum an hoiem appellaret faſſus eſt ſe neſcire. Theſea Athenienſem: Solonem legū latorē apud Athenienſes: Milciadē: Ariſtidem cognomento iuſtum: Themiſtoclem: Phocionem/ viros ex oīm Gręcia nobiliſſimos/ atq; rebus geſtis de ſuis optime meritos: quos oēs ingrata patria aut trucidauit/ aut exilio mulctauit. Proinde cum videam tantos viros tantis ſemper iniurijs/ odijs/ atq; pſecutiōibus fuiſſe affectos: ego homo indoctus puſilluſq; multo ęquiori animo patiar poſt hac aduerſariorū meorū compoſitas in me inimicitias: dum illi paſſi ſint ſemper/ qui virtute ipſa inuidiam ſupare debuerant. Quicunq; igitur hunc librum ſtudioſe legerint: non dubito ſummā ex eo utilitatem/ preſentiſſimāq; omniū aduerſitatum medicinam reportaturos. Vnde gratias ampliſſimas Poggio habere debebunt huius auctori: nec minores tibi pater reuerende: in cuius monaſterio/ ſub cuiuſq; ductu & auſpicio liber pene deperditus/ eſt in lucem reſtitutus/ atq; omibus exhibitus. Vbi profecto licet inuenire non minora ſolatia/ remedia/ medicamina/ ad omniū aduerſitatū/ fortunęq; malignitatis patientiā/ tolerantiamq;: q̄ in multis & prolixis multoꝝ philoſophorū libris. Poggium itaq; ut oēs homo in hoc libello legat ſuadeo fideliter. Vale reuerendiſſime pat: & me ut facis ama. Ex Tübinga ſexto die Marcij. Anno dñi. M. D. xiij.

¶ Argumentū Henrici Bebelij Iuſtingenſis in utiliſſimū Poggij Florentini librum de miſeria humana.

Qui cupis ad duros mentem componere caſus:
Rebus & aduerſis nomen habere viri
Et cupis ęquali triſtiſſima fronte vagantis
Munera fortunę ſuſtinuiſſe potēs:
Hunc lege queſo librum: quem condidit ore diſertus
Et latiæ linguæ Poggius ipſe decus.
Hic tibi declarat: nihil eē ſub orbe beatum
Et miſera cunctos conditione frui.
Caſibus aduerſis ut te patientia firmet:
Dum ſis cum multis ſorte trahente miſer.
Rebus & ut te te ceſſes efferre ſecundis:
Immemor ipſe tui: ſortis & ambiguę.
Quandoquidem ſerui tolluntur ad ardua regna:
Qui quoq; rex fuerat poſtmodo ſeruus erit.
Tam nil perpetuum/ conſtans/ durabile mundo
Permanet: & pręſens vix tenet hora fidem.
Spes hominum fallax: conatus & irritus uſq;
Melliſluo vt docet hic Poggius eloquio.

¶ Inter varios ſcriptores/qui res diuerſas ſuis ſtudijs cōplexi ſunt:nulli mihi pro
pius ad hominū vtilitatem acceſſiſſe videntur:q̄ hi qui ad coercendas nimias ani
mi cupiditates/tum etiam ad refrenandam ambitionem/ſuperuacaneūq; rerum
fortuitarꝫ appetitū pniciosa mortalibꝫ mala ſuā opam cōtulerūt.Nā qui huius vi
tę miſerā cōditōem legentibꝫ exponūt:docētq; nr̄as miſerias oīs a fortunæ bonis
pficiſci:ideoq; modū ſtatuendū eſſe cupiditatibus:hi ſunt pfecto qui plurimū de
hūano genere mereant̄:Neceſſe eſt em admodū reprimi cohiberiq; has ſupfluas
in qbꝫ mergimur cupiditates:cū intellexerint fortunę mūera:quę tāto cōcurſu ex
petunt̄:originē & fundamentū nr̄is miſerijs pbere:inq; illis cōſiſtere ſedē infoelici
tatis hūanę.Et certe oēs anxietates/oēs vitę moleſtię/oēs aīorꝫ morbi cōtrahunt̄ a
fortunę donis:quę cū decora ſpecioſaq; videant̄:alliciūt homīes ad ſe expetendas:
ignaros ſane quātis curis poſſidentes torqueāt:q̄tiſq; afficiāt calamitatibꝫ.Ad ea
cōſequēda/cū mens hoīm cęca ignaraq; futuri oī ſtudio anhelet:retrahēt pculdu
bio pedē a quo cępant curſu:ſi admoniti fuerint:nullā fidē/nullā certā ſpem in his

Fortunę vanitates.

rebus eſſe habendā:quę ſurſum deorſum v̄ſantis oīa fortunę impio regunt̄.Hic
diuitias magno cumulat ſtudio:inſcius ſe foueā in quā decidat parare.Alius opes
ſibi cōparat & amplitudinē:q̄s inuidia ſequit̄:inq; eis cōſeruandis intdiu labore
noctu vigilijs vexat̄.Hic ſummū locū in ciuitate/ac magr̄atus eximios quęrit:ut
in ſe cōparet tū odij/tū exilij locū.Quidā ſuarꝫ ciuitatū tyrānidi incubuerūt:ignari
ut videt̄ raros eiuſmōi hoīes violentā mortē effugiſſe.Vxor & liberi ab alijs expe
tunt̄.At hi q̄tas & q̄ graues ſecū ferāt curas/angoreſq; mētis:norūt qui eiuſmodi
moleſtias ſunt expti.Multi valitudīe formaq; corpis lętant̄/rebꝫ ad breue tp̄s du
raturis:& q̄s tenuiſſima res poſſit cōficere ac delere.Ampliſſimę dignitates/prin
cipatus/regna/impia nihil aliud ſcimus eſſe q̄ blādimēta fortunę.Quę q̄ multos
deſtituerint/luſerint/euerterint.& legimus & ipi vidimus/haud pua humanę mi
ſerię documēta.Quapropter qui harū rerꝫ nimias cupiditates ex mentibꝫ hoīm de
lere conant̄:ſuadentq; parū cōmercij cū fortunę donis habendū eſſe:pręcęteris cō
ſulere iudicandi ſunt/tū qeti corpis/tū animi tranqllitati:quę duo ſi ſana mēs foret/

Intentio auctoris.

eſſent cęteris anteferēda.Vt igit̄ & nos aliqd utilitatis ad vitā hoīm nr̄is lucubra
tiunculis conemur afferre:duobꝫ libris expſſimus/prout ingenij facultas tulit:q̄ta
ſit miſeria cōditionis q̄ nati ſumus:& q̄t tum hoīes ſuis cogitationibus deſtituant̄:
ut pſpecta naturę ībecillitate/ſibi caſum ſtatuere cognoſcāt/qui fortunę temerita
ti nimiū crediderint/ſuiſq; cogitationibus aliquē prębeant tranquilliorē portū:ex
quo veluti e ſpeculo quodā tuti pſpiciant eorū tēpeſtates/qui ſe procelloſo fortu
nę vento cōmiſere.Non autem ignoro me eam ſumpſiſſe ſcribendi materiā/quę
excellens ingeniū/exquiſitam doctrinā/ſummā eloquentiā requirat.Sed nil ampli
us a nobis poſtulandū eſt q̄ qd' poſſimus pſtare.Hunc autē laborē/utcūq; hoīes
de eo ſint iudicaturi/ad publicam certe omniū ſumpſimus utilitatē.Tibi vero illu

Dedicatio operis.

ſtris princeps hoc opuſculū inſcripſi:quē ſcio tuorū pgenitorū pclariſſimorꝫ Prin
cipū veſtigia imitantē delectari doctorū hoīm ingenijs:& libent̄ legere quæ a me
ſcribunt̄.Q̄ǫuis aūt certus ſim ęquitatē/moderationē animi tui/oēm ab ſe infoelici
tatis ſuſpitionē ppulſaturā eſſe:tamē non parū tibi pfuturā abrbitror huius ope
ris lectionē/tum ad pcauendas fortunę inſidias/quę nō effugiunt huius vitę miſe
riam:tum ad tutiora cōſilia capeſcēda.Nam cū velut in ſpeculo pſpexeris:q̄ mul
tos fortuna tanq̄ in ſpectaculū vulgi luſerit:eamq; in bello plurimū poſſe maiori
quadā pudentia te illius arbitrio pmittes:eiuſq; munera heſitanti capies manu.
Sūmam quippe gl'iam rebus/pace/belloq; geſtis pro tua pſtanti virtute es conſe
quutus:quā tibi non ſolū conſeruandā cenſeo/ſed etiā augendā.Suadeoq; ut po
tius confidas virtutū pſidio:quę in duce belli requirunt̄:quęq; in te ſunt eximię:q̄
fortunę indulgentia/quā raro experiri tutiſſimū eſſe viri ſapientes volunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Poggij Florentini Oratoris clariſſimi / ad illuſtriſſimū principem Si-
giſmundum Pandulphum Malateſtam: De miſeria condirionis
humanę. Liber primus.



Eptuageſimū & ſecundū ætatis annū agens / cū e
romana curia: in qua annis ferme quinq̃ginta fue-
ram verſatus / Florentiā reueriſſem: publico ad ſe
crerorū noſtrę reip. officiū cōſilio accitus: viſebā ſę-
pe meo priſtino inſtituto ꝑclariſſimū atq; integerri
mum virum Coſmū de medicis: tum ciuem orna-
tiſſimū: tum admodū deditū ſtudijs hūanitatis: qui
pluris meſes podagrę morbo domi ſe cōtinebat.
Varij noſtri ſermones erant. tum de rebus ad coīa
ſtudia ſpectātibus. tum de his in quibus ciuitas ut
plurimū ſuam ſentētiā requirebat. Contigit autē
aliquādo: ut plures ibi adeſſent de ratōne belli qđ
vigebat colloquentes: inferretq; a nōnullis iam tri
tus ſermo cōſtantinopolitanæ urbis & miſerrimę
captiuitatis: cōquerentibus tam aſperam atq; imanem Barbarorū crudelitatē in
cęde & ſanguine fideliū debacchatā. Quidā verbis augebant calamitatē ſuſceptā
futuraq; chriſtiani populi pericula extimeſcebāt. niſi alijs & conſilijs & viribus ta-
li incendio ſubuenirer. Singuli deniq; in eam ſententiā deſcendebant: ut nullā pri-
oribus ſeculis diriorem / neq; pernicioſiorē urbis alicuius captiuitatē aſſeuerarent.
Id eñ vulnus Chriſidelibus illatū affirmabant: q; dubitandū eſſet / ne peſtem per-
nicioſiſſimā cōſequeremur / urbem illā tanq̃ ianuā quandā ꝑbituram Teucris adi
tum ad occupandas reliquas Europę nationes: pręſertim in mutua chriſtianorū
diſſenſiōe. Nullū eſſe chrianū regnū pacatū. nullā ferme gentē / nullā ꝓuinciā abſq;
bello. Eos qui ſuis opib; eſſent reprimere et cōtundere vires infideliū ſoliti / dome
ſticis diſcordijs implicitos eſſe. Italiā / quę ſola ſuis armis terra mariq; ꝓfligaret po
tentiā barbaroꝝ / varijs bellis q̃ſſari. Ita vero dolebāt cōem Grecię ruinā / ut de ꝓ-
pria extimeſcerēt: cū oīs hebeſcere viderent ad fergēda ꝑſidia: qbus hoſtilis impe-
tus cohiberet. Cū poſtea poſt varios ſermones abiſſent oēs / pręter Mattheum
palmeriū virum doctiſſimū atq; oīi virtute pręſtantē / percontari cępit Coſmus:
qđ de hac luctuoſa ſentiremus captiuitate: qui oēs tam multis verbis ita deplo
rarent atq; augerent: ut cōſtans eſſet opinio / nihil magis peſtiferū chrianis accide
re potuiſſe: & ſimul de varietate temporꝝ querebāt & fortunę ſęuitia: exiſtimans
nihil crudelius: nihil acerbius multis ſęculis auditū. Tum Mattheus: ego inqt Mattheus.
humanitatis tm̄ cauſa tantę vrbis ruinę cōmiſeratōem arbitror eſſe habendam. Si
vero Grecorū naturā / mores / vitam / perfidiā / deſidiam / auariciam expendas: di-
gni mihi oīi ſupplicio vident. Primū quę ſit eorū natura / quę vita ſatis a Cicero- Grecoꝝ de
ne noſtro exprimit in ea oratione quę eſt pro L. Flacco. qua fide / qua religione / prauata na
quo animo erga chrianos ſemꝑ fuerint declarat pluriū exercituū chrianoꝝ interi tura.
tus: qui cū ad terrā ſanctā recuperandā ꝓficiſcerent / varijs eoꝝ inſidijs ſunt extin-
cti. Bis iam fidei ꝓfeſſionē catholicę in cōcilijs factā abnegarūt. Tāta vero in illis
tū ignauia / tū auaricia valuit: ut cū plurimo auro argentoq; abundarēt / ne nūmū
qdem impēdere voluerint in eorū urbis tutelā. credo ut opulentiorē ꝑdam Teu
cris reliquerēt: cū certiſſima fama ſit: ingentē / & ultra q̃ coīs fuerit opinio in illa ur-
be theſaurū fuiſſe repertū. Semꝑ pontificū pręſidia in rebus dubijs implorabant:
& quod ipſimet ſibi ſubſidium pręſtare facilime potuiſſent: ab alijs requirebant. ut
non caſu / ſed diuino iudicio ea calamitas accidiſſe videatur. Fateor tamē: q̃uis eo-
rum culpa tanta urbs perierit: eſſe eam crudelitatē etiam in barbaris deplorandā.

Hũc tamẽ lamentabilẽ tantę vrbis caſum magnifaciendũ puto: ac minime cõ
nendũ. Verũ non tam ſunt hęc admiranda/ ꝙ putantur vulgo: ſi qs fortunę in re
**Fortunę li-centia.**
bus hũanis ſolitã licentiã atq; imperiũ animi aduertat: eiuſq; in dandis auferẽdiſq;
opibus/ principatibus/ imperijs/ regnis inſtabilitatem. Non em̃ nunc primũ in euer
tendis ciuitatibus/ gentibus / prouincijs vires ſuas oſtentat. Antiquus eſt illi lu
dus alta quaſſare: hunc extollere: hunc deprimere: regem ex ſeruo/ ſeruum ex re
ge facere. Adeo autem conſtat frequentes fuiſſe etiam magnarũ urbium deſola
tiones: vt minime videatur mirandum illam tonare crica ſublimiora: & ſumma
faſtigia demoliri. Scio non eam ſolum urbem captam ab hoſtibus / ac direptam:
ſed plures ampliſſimas ciuitates ſuperiorũ temporũ monumentis: quę poſt refer
tur: non tm̃ ſimili/ ſed etiam maiore clade/ & ſanguine hoſtili furore deletas. Ha
rum miſeriam magno dolore ac fletu proſequi deberẽmus: niſi maior infœlicita
tis moles/ maior rerum metus occurreret: cui cõmuni quadam naturę lege ſubdi
ti eſſe videmur. Non igitur nobis vnius tm̃ urbis / ſed vniuerſi orbis eſſet calami
tas atq; infœlicitas deflenda: quę adeo vulgat̃ in omnes: adeo genus humanũ cõ
**Fomes ma-li.**
plexa eſt: ut nulla tanta eſſe poſſet dicendi copia/ quę pro cõmuni miſeriarũ quali
tate parem rebus eloquentiam pręſtaret. Videtis publicã / naturaq; ſenſibus no
ſtris infixam miſerę vitę legem ex parentis primi culpa contractam. Hinc noſtra
omnis infœlicitas pendet. Hinc errores/ vitia/ ſcelera hominũ ortum ducũt: ex qui
bus vitę huius miſeria propagatur. Hinc peccandi atq; a virtute declinandi facul
tas/ occaſio/ materia prębita eſt. Quibus rebus ſatis palam eſſitaret mortaliũ men
tes in miſerias incurrere deflendas: ſi vacaret noſtras ſingillatim recenſere ac de
plorare calamitates. Quid eſt enim vita noſtra niſi peregrinatio quędam laboris
erroris & ſtulticię plena. Hæc Heraclitus ille philoſophus mente verſans / conti
**heracliti lu-ctus ſuper miſeria hu-mana.**
nuo fletu ſtulticiam hominũ miſeriamq; proſequebatur. Dolebat ſapiens ille tam
ſtultam eſſe hominũ vitam: lugebatq; humanũ genus ad inſaniam prolapſum:
cõtinuis meroribus verſari: recta conſilia ſpernere: negligere virtutem: vitia ſum
mo ſtudio ſequi: odiſſe bonos: fauere malis: ea ſemper temere atq; importune pe
tere/ quę animũ noſtrum ſum̃is angoribus/ varijſq; moleſtijs ac perturbationibus
agitarent. Itaq; vitam hanc omnẽ deflendam arbitratur tanq; fontem uberrimũ/
ex quo multiplices noſtrę infœlicitatis vitęq; moleſtę riuuli emanarent. Quanto
**Coſmus. Democri-tus.**
melius inquit Coſmus egiſſe Democritus dicitur: qui non fletum/ ſed riſum erro
ribus hominũ accõmodabat. Quid em̃ ſtultius/ aut viro ſapiente indignius: ꝙ fle
re id quod corrigere nequeas: aut ex eo dolorem minime profuturũ ſumere/ qđ
nullo pacto queas imutare. Ego potius miſerijs noſtris modũ cenſeo ſtatuendũ
ꝙ verbis augendas eſſe: aut certe inueſtigandum/ quemadmodũ leuiores nobis
efficeremus. Satis natura ipſa difficilis eſt: fragiliſq; etiam conſilio adhibito ad ob
ſiſtendum incõmodis noſtris. abſq; ꝙ illis grauitatem maiorem & durum põdus
noſtra cogitatione & malorũ memoria adijciamus. Fateor plurimas eſſe vitę no
ſtrę moleſtias: & magnã eſſe humani generis imbecillitatem. Fateor pluribus for
tunę ventis nos eſſe expoſitos: & naturam noſtram fragilem eſſe. Sed data ſunt
etiã nobis cõmoda permulta/ & firma pręſidia: qbus tuti eſſe poſſimus aduerſus
**Naturę blã-dimenta.**
fortunę minas/ & hanc quã narras miſerã vitę cõditionẽ. Multa largita eſt nobis
blandimenta natura: multaſq; iocunditates ac voluptates etiã honeſtas conceſſit/
qbus eiuſmodi miſeriarũ põdere leuaremur. Vxorẽ pręterea dedit: liberos/ nepo
tes/ pnepotes: in qbus tanq; in ſpeculo noſtræ imaginis exemplar intueremur.
Dedit inſuper longã progeniẽ: diuitias: opes: amplitudinẽ: honores: magĩratus: im
peria: ſummũ in ciuitate locũ: quę nos aliquo velut impẽdio demulcerẽt: et animũ
nr̃m a moleſtijs auocãtes/ pducerent ad trãquilliores cogitatões. Id vero qđ plimi
faciẽdũ eſt/ cõceſſit nobis cõditor oĩm Deus: rõem em̃ rebꝫ cęteris excellẽtiorẽ ad quã

tanq; munitã arcem cõfugeremus:cuius preſidio fulti/cõſilioq; parẽtes rebus mo
dum ſtatueremus:nec progredi longius q̃ eius preſcripta patianť ſineremus no-
ſtras cupiditates. Illius ſane preceptis ad beatã perducimur vitã : vendicamurq;
ab oĩ miſeriarum tumultu. Id tibi certe ratio preſtabit/ſi ei obtemꝑaueris:ut fir-
mo cõſtantiq; ſis animo aduerſus utramq; fortunã: ut omnes caſus equo animo
feras:vt ĩmobilis ac tui iuris nullos reformides miſeriarũ tumultus:ad nullos me
tus expaueſcas:libertateq; vtaris animi:qua tectus ſis ab omni fortunæ bello/ &
ad pñſentia mala cõſtans/& intrepidus ad futura. Sed quoniã cõmuni ſtulticia a
paucis virtus colitur:locus datus eſt tum fortune/tum vicijs ampliſſimus/ad nos
diuerſis egritudinibus ac libidinibus ꝑturbandos. Cum eñ rõnem:hoc eſt virtu- Virtus recta ratio.
tem que eſt recta ratio/neglexerimus:noſq; multiplicibus cupiditatibus rationi
aduerſis inſeruerimus:tanq; a vero itinere oberrantes/nullũ quietis portũ reperi
mus:vagi/inſtabiles/anxij/ſollicití.ut quos libido huc illuc tranſuerſo agat/nullo
certo fine cupiditatũ. Quo fit ut ipimet noſtris malis a ditũ cauſamq; prebeamus
Subimus eñ fortune oĩa pro nutu ſuoq; more vertentis arbitriũ: cuius teme-
ritate regitur p̃cipue vulgi atq; imperitorũ vita. Quare haud mirum debet vide
ri ſi multis miſerijs implicita videtur humana conditio. Culpa id certe accidit no-
ſtra/non nature:qui dotes illius nobis ad bene viuendũ datas:maliſq; depꝛauatas
tas moribus:vertimus in pñiciem noſtrã:ſerui fortune facti/cum liberi eſſe poſſe
mus. Tum ego: Dabit mihi veniam Mattheus inquam: ſi paucis ad ea que a te Poggius.
dicta ſunt/reſpondebo. Opinor Coſme/ideo tibi ita videri:ꝙ ceteros forſan tui
ſimiles & animi virtute/& vite integritate/fide/conſtantia iudicas: ſed non oẽs
idem ingeniũ/eandem mentem/eaſdem opes/ copias/facultates / eaſdem nature
dotes afferunt ad vite moleſtias propellendas. Vnicum podagre incõmodũ in te
cõſpicimus:reliqua Deus opulenter in te congeſſit/que ſunt homini precipue ex
optanda:ut hanc unam corporis egritudinẽ plurima & animi & fortune dona cõ
penſare queant. Sed quid ſentiemus de reliquis: quorũ hunc ſumma inopia: hũc
malum peſſimũ ſtulticia:alium prolis orbitas:alium cecitas: quoſdam debilitas
corporis:nõnullos tum carcer/tum patrie calamitas:quoſdã effera ĩmaniſq; natu-
ra adeo premit/ut ſe ultro miſeros profiteanť:qui oẽs longe a te diſſentiũt:ute-
renturq; Terentij verbis: Tu ſi hic ſis aliter ſentias. Itaq; minime miror: leuem tibi Terentius
videri miſeriã noſtrã:aut non adeo diffuſam:ut exiſtimes oẽs mortales illi ſub-
ditos eſſe.verũ ſentiret aliter ille:cui que tibi adſunt/deeſſent oĩa. diceretq;/ven
trem plenũ veteri prouerbio/facile de ieiunijs diſſerere:teſtareť ſuo exẽplo inops
nihil eſſe miſerius paupertate:patria pulſus/nihil exilio infœlicius:ignobilis/ nihil
difficilius contẽptu:luminibus carens/nihil durius cecitate: æger copore/ nil mor
bo miſerius aſſeueraret. Stulti nunq; de ſua ſtulticia cõqueruntť. Nullus eñ adeo
demẽs reptus eſt:q aut de ſtulticia quereretť:aut doleret ſibi ſapientiã deeſſe. Plu-
res inſurgerẽt contra tuam ſententiã varijs caſibus acti: qui nihil affirmarent hac
vita miſerius:nihil durius:nihil difficilius eſſe ꝓbatiſſimis teſtibus cõtenderẽt. Ad
paucos deſcendere/in paucioribus ĩmorari ſecundã fortunã. Aduerſe aũt latum/
amplum/& peruagatũ campũ eſſe:cum proſpere ſit breuis atq; anguſtus. Vitam
hanc omnẽ tum breuem eſſe:tum fortune/libidini/iniquitatiq; addictam: iniqua
magis q̃ equa lance acta hoĩm põderantis. Hanc maxĩe bonis ac fortibus infeſtã
viris:quos pro arbitrio oppugnet/virtuti p̃cipue inimica:illius temeritati nos ſub
ditos eſſe:viribuſq; eius magis obnoxiũ q̃ rationi. Aſſeueraret ꝑterea rõem /quã
ſupra fortunã cõſiſtere arguis ſopitã quodãmodo cedere ictibus fortune/ & illi-
us cõtumaciã formidare. Hinc morũ p̃ceptor ſcribit Seneca : nos in fortune regnũ Seneca.
durũ atq; inuictũ peruenĩſſe:illius arbitrio digna atq; indigna paſſuros: abuti eam
impudenter/cõtumelioſe/crudeliter/corpibus noſtris: alios ignibus urere: alios

per incerta maria nudos iactare:ex quo omnem vitam noſtra/tum ſuppliciũ e
affirmant: tum flebilem totam:tum varijs plenã caſibus atq; infeſtã. Ham q̃ da
Rationis p̄ſidium
tam nobis rationẽ aſſeris:qua fortunę vires debilitarentur : fateor id verum eſſe
quo ad animum ſpectat:ſi quis illa libere uti poſſet:ſed plurima obſtacula & tam
quam duri obices oppoſiti ſunt ad conſequendã virtutem. Conceſſit nobis re
rum parens natura/vnicum tm̃ rationis pręſidiũ : quo firmiores cõtra fortunę im
petum ſtaremus:ſed debilitauit illud plurimis hoſtibus ac pręualidis. Non enim
veteranos ſolum milites/ſed varias machinas ac tormenta comparauit:quę illam
continuo bello expugnarent. Videtis quale quantumq; ſit/ non agmen/ſed exer
citus in nos undiq; irruentiũ vitiorũ:quibus inualeſcunt animorũ morbi contra ra
tionem ad prelium deſcendentes:quanta contra virtutem inſurgat acies improbi
tatis:quantũ ſapientia a ſtulticia oppugnetur magno inſanorum fulta comitatu.
Rõnem debellant.
Horũ omniũ rationis ac virtutis hoſtiũ/ſi vires conſiderabis : difficilimã profecto
iudicabis eſſe vnicam rationem/tot oppugnantiũ certamine depreſſam / vim ſu
am poſſe in tam dura atq; aduerſa acie exercere. Bellantur enim atq; acriter ratio
nem perſequuntur auaricia/prodigalitas:luxuria:metus:temeritas:libido:ęmula
tio:ſuperbia:ambitio:& ſexcentę perturbationes animi aduerſę /validę atq; infe
ſtiſſimę rationi:quarũ vim pauci ſunt adhuc reperti/qui ratione ſuperarent. Ma
ximam vero mortaliũ partem ſeducunt & rapiunt in arbitrium ſuum. Quotum
enim quenq; etiam in ciuitatibus bene inſtitutis reperies virum bonum/honeſtũ
continentem:qui ſe vendicet a vitiorũ contagione:ne dicam miſerrima ſeruitute.
Pſalmiſta.
Omnes declinauerunt inquit Propheta:ſimul inutiles facti ſunt : non eſt qui fa
ciat bonum:non eſt uſq; ad vnum. Si nemo bonum facit : ſi declinauerunt om̃es:
certe ad malum declinarunt. Malos autem & improbos / cum miſeros eſſe con
ſtet:ſequitur ut om̃es vitę miſeria conficiantur. Quid eſt enim in hac vita miſeri
us:quid infœlicius:q̃ carere virtute:q̃ vitijs deditum eſſe:q̃ non obtemperare rati
oni: qua qui vacuus ſit homo vel belua potius/ut ſtultus ſit atq; inſipiens neceſſe
eſt. Nullum autem inſipientia maius malum:nulla maior calamitas. Ergo conce
datur oportet:quoniã mali ſint om̃es:& miſeros quoq; eſſe. Nam uxorem/filios/
nepotes/reliquaq; quæ enumeraſti/ hanc vitę miſeriam voluiſti propellere:vide
ne ea potius miſeriarũ irritamenta eſſe videantur:& quę iocunditatẽ vitęq; ſubſi
dia putas afferre:ſecum amplam materiem infœlicitatis importent. Sunt enim om
nia illa bona a fortuna mutuo conceſſa nobis:quæ cum placuerit/repetendi ſum
Terentius
mum ius habet. Quo autem magis nos fortuna ſuis muneribus exornat:eo plus
Seneca.
eſt illius poteſtas mutabilitaſq; extimeſcenda. O fortuna terentianus ille adoleſ
ſcens ait:q̃ numq̃ perpetuo es bona. Tragędus quoq;:Res humanas ordine nul
lo fortuna regit:ſpargitq; manu munera cęca peiora fouens. Q; paucis autem di
utius fortuna indulſerit:q̃ fuerit inconſtans / multorum quos deluſit exempla ad
monent. Id ſane cõſtat:plus doloris amiſſa illius beneficia prębere:q̃ poſſeſſa vo
luptatis. Vxor vero & liberi/nepotes/coniuncti ſummę ſunt iocunditati:ſi & vi
xerint diutius:& fuerint boni. Suſpenſus eſt & dubius animo tamen quilibet/&
cõtinuo pauore incertus:metuens aut uxoris mortem:aut filij peccatũ : aut mor
bum filię:ut Terentius ait. Vides pręterea multorum orbitatem:quos fortuna ad
opes extulit ac dignitates. Vides alterum propter bonorum liberorum interitum
dolere:alterum ob malorum vitam. Vides multis ſatius fuiſſe futurum:nec habu
iſſe plem ullam:nec uxorem unq̃ duxiſſe. Scis plurimos ob diuitias periſſe: plu
res honorũ cupiditate ſuis urbibus exactos. His bonis om̃ibus/ſi bona habenda
ſunt/quę antea receſuiſti:et ſua mala p̃mixta nouimus/et ãnexas calaitates. Opu
lentiam/pauptas/qui maximus habet cruciatus/ſequit̃ et inopia opes/ac diuitias
egeſtas & ſolitudo;valitudinem excipiunt morbi:dignitati atq; honori proximus

eſt contemptus:proli liberorũ orbitas ſuccedit.Imperium aliquando ſeruitio mu-
tatur.Mitto ꝙ ea quibus fœlicitatem comparari putas:inſtrumenta vitiorũ/cupi-
ditatum incitamenta/voluptatum illecebrę/acerrimi libidinũ ſtimuli eſſe cõſue-
uerũt.Etẽ in peccandi licentia difficillimũ eſt honeſtum ſeruare. Diuites inquit
Tragedus:regnoq; fulti pluſq; fas eſt petunt:quod non poteſt/vult poſſe qui ni-
mium poteſt. Quibus ex rebus mihi perſuadeo adeo cõmunem hanc miſeriarũ
eſſe labem:vt neminẽ ab ea excipiendũ putem. Tum cum viderer dicendi finem
eſſe facturus:Adde his Mattheus:ſi libet inquit:ut noſtro Marte/ut aiunt aliquid Mattheus.
cõficiamus:natura ipſa comprobare videt̃ ſententiã tuam: quæ primũ infantis in
lucem editi opus ſtatuit eſſe fletum:lachrymas:lamẽtationes tanq; natura preui- Infantis mi-
dentẽ ſe palam expoſitam eſſe in vaſtum atq; imenſum miſeriarũ pelagus:quibꝰ ſeria.
in primo iam ortu ſe querit̃ eſſe deprenſam:& hoc vitę primordio.lamentatur/ia-
cta eſſe reliqui futuri tempis fũdamẽta. Videtur qui natus: cum nihil aut boni/
aut mali norit:natura impellente/futuras pręſagire calamitates:naturaliq; inſtin-
ctu pręſentire vitæ mortalis incõmoda:morbos:paupertatem:exilia:chariſſimo-
rum nobis obitum:animi corporiſq; vitia/& reliqua detrimẽta fragilitatis huma-
nę.Incertum quoq; vitæ noſtrę curſum/fieri fortunę arbitrio incertiorem:ut nul-
la alicuius certi temporis ratio ſit futura. Vereor ne ſi anteq; naſceremur/expoſi-
ta nobis eſſet huius noſtrę vitæ conditio: ingredi recuſaremus tam paruo naui-
gio tam vaſtum ma[illegible]:tam tempeſtuoſum:eoſq; ſcopulos euitaremus: a quibus
proſpiceremus certiſſimũ nobis naufragium imminere.Conſiderate oro: q; optã-
da/q; iocũda hanc vitam introeuntibus expoſita eſſe Vergilius deſcribat: & eos Vergilius
ſi potes miſeros eſſe nega. Veſtibulũ ante ipſum/inquit/primiſq; in faucibus orci AE nei.6.
Luctus:& vltrices poſuere cubilia curę:Pallenteſq; habitant morbi:triſtiſq; ſene-
ctus:Et metus: ac maleſuada fames:& turpis egeſtas: Terribiles viſu formæ: lœ-
tumq;/laborq;. Tum conſanguineus lœti ſopor: & mala mentis Gaudia:mor-
tiferumq; aduerſo in limine bellum:Ferreiq; Eumenidũ thalami: & diſcordia de-
mens. An vero cẽſes/cum hic optimus comitatus ad vitam ingreſſis ſit tributus:
nos viribus noſtris tantam miſeriarum aciem effugere poſſe: Magna mole/ma-
gnis hoſtium copijs/magna moleſtiarum cohorte premimur Coſme: ut nequeã
inſpicere quis aditus/aut quę facultas detur nobis ad effugiendas quę ab ipſo or-
tu naſcuntur nobiſcum difficultates. Quæ cum ab eo dicta eſſent Cõſidermus ait Coſmus.
Coſmus/quę a nobis dicta ſunt paulo diligentius:& veſtram ſententiam uberio-
ri ſermone diſcutiamus:quæ an probanda ſit:viderint hi qui in maiori quadã do-
ctrinę facultate verſantur.loquar tamen:quę ex tempore in mentem veniunt: cę-
teri ſuam opinionem ſeruabunt.Ego q; uis fatear fortunam:hoc eſt Dei indulgẽ-
tiam in me ſatis propenſam fuiſſe: animiq; dotes a te explicatas ſciam in me eſſe
mediocres:tamen multos fuiſſe memorię proditum eſt in hac una urbe/& noſtra
& maiorum noſtrorũ ætate:qui ad extremũ uſq; vitę finem ſumma cum fœlicita-
te conſenuerunt:ut omniũ iudicio viderent̃:ab hac:ut ais: cõmuni miſeria ſegre-
gandi.Patrem inquit tuum Mattheus/optimum virum atq; inſignem pietate/ſe- Mattheus.
mouendum cognouimus ab hac turba:pręter eum neminem: cui non multa de-
fuerint ad fœlicitatem. At parens tuus perhumanus fuit:ac liberalis:ſumma pre-
ditus beneficentia:a quo nil abfuiſſe videtur ex his quibus humana fœlicitas cõ-
paratur. Etẽ & animi & corpis & fortunę bonis accumulatiſſime prẽſtitit ſuę
ætatis viris.Mittamus Coſmus ait de nobis loqui:ne noſmetipſos/quod inuidio- Coſmus.
ſum fortaſſe eſſet:cõmendare videamur.Id vere poſſum dicere:plures ex hac ur-
be ſimili cum fœlicitate ab hac diſceſſiſſe vita:quos ad effugiendam vulgi varia
ſentientis opinionem pretermitto: rectius in priſcis & antiquis viris recenſendis
collocabit̃ oratio noſtra:qui tum doctrina/tum rerum geſtarũ gloria claruerunt.

Nam vt Barbaros pretercam:qui ſe tyrannorum q̃ regum ſimiliores eſſe malu
erunt:ſtultum videtur viros grecię ſapientiſſimos Licurgũ/Solonem/Ariſtidem/
Liſandrũ/Socratem quoq; ac Platonem/ceteroſq; egregios philoſophos:qui rele
ctis fortunę donis ſe philoſophãdi ſtudio dediderũt:Alexandrũ inſuper/Milciadẽ
Ageſilaum/Themiſtoclem/Epaminundã:reliquoſq; ſummos graecię Imperato
res:qui fœliciſſimi putantur:exiſtimare miſeros fuiſſe.E noſtris vero Brutũ/Fabri
cium/Publicolã coruncaniũ/Camillũ/Catones/Lelios/ Scipiones/ Rutiliũ/Cice
ronem/innumerabileſq; alios ab om̃i miſeriarũ labe intactos preſtitit egregia illo
rum virtus.Iuſti em̃ ſapiẽteſq; ſunt habiti:& cum virtute quę procul oĩm a ſe mi
ſeriam repellit vixiſſe.Non igitur om̃ibus hoĩbus hæc tua imperat miſera condi
tio vitę:ſed ſtultos tm̃ atq; ignauũ & imperitũ comp̃hendit vulgus:quod nulla ra
tione/nulla prudentia/nulla virtute fultũ more pecudum ſolo mouetur ſenſu im
petuq; voluntario quodã atq; repentino.Hi fortunę manus porrigentes:eiq; pa
**Ariſtoteles** rentes:huius ſeculi miſerijs ſe obiectant.Ariſtotelis ſententiã noſti: dominari for
tunam in populis:ibiq; eam plurimũ poſſe/ubi minimũ inſit ſapientię. Ab ea qui
dem om̃is noſtra manat infœlicitatis occaſio.Nam qui ſe illius nutui gubernãdos
tradũt:qui ſe illi permittũt:qui illius muneribus inhiant: inq; ea ſpem rerum ſuo
rum ponunt:non infœlices eſſe nõ poſſunt:qui vero ſuorũ operũ ducem ac mo
deratricem rationẽ & virtutem habent:eiuſq; preceptis obtemperant: ſunt ab om̃i
fortunę temeritate & miſeria tuti.Quatiunt ad fortunę ve[illegible]ũ nõnunq̃:ſed agita
ti robuſtius inſiſtunt contra eam:virtutis preſidio muniti:euadũtq; in om̃i aduer
**Poggius.** ſo certamine ſupiores.Hic ego nõ de vnius:[illegible]/aut alterius Coſme/ſed de com̃u
ni conditiõis humanę miſeria ſum locutus.Scio quoſdã excipi poſſe ab hac miſe
riarum ſorte/quos Dei pietas reliquis inſigniores ṽtute fecit:ſed ſunt nigris cygnis
& coruis albis:vt dicitur:rariores.Om̃ia preclara rara efficit natura:perpauci pa
rent iudicio ratiõis:pauciores virtutis pſcripto reguntur Vix unicum quem merito
probes ſingulis etatibus reperies.Quidã ſunt inquies:at pauci:quos equus ama
**Vergilius.** uit Iupiter:aut ardens euexit ad ethera virtus.At vero quę portio eſt hęc in vni
uerſos: Nõ ego de unica tanq̃ fenice verba facio:aut ſtoicorũ ſapiente:qui nuſq̃
repertus eſt:ſed de gente hominũ.quos clare videmus/tum regia fortuna:tum
vltro aduocare cauſas miſeriarũ:quibus illi prebeat locum ad ſe lacerandũ.Imbe
cilles ſumus natura om̃es:neq; ulla ſapientia obſiſtimus fortunę temeritati:quę
cum in ſuam nos ditionem arbitriũq; redegit:infinitis pene miſerijs ſurſum deor
**Saluſtius.** ſum pro arbitrio verſat.In om̃i re profecto fortunã dominari Saluſtius ſcribit:&
**Cicero.** eam pro libidine magis q̃ ratione om̃ia regere atq; miſcere. Sed Cicero quoq; in
ſuis epiſtolis:plus in rebus humanis fortunã poſſe ait/q̃ rationẽ:& omne conſiliũ
**Theophraſtus.** in fortuna poſitũ eſſe videri.Theophraſti quoq; ſententiã legiſtis:Vitam noſtrã a
fortuna regi/non a ſapiẽtia.Quę ſi vera ſunt/miſeros nos eſſe neceſſe eſt:qui tam
fallacis domini/tam proditoris/tam iniqui/ſeruitio p̃mamur.Nam q Licurgum/
Solonem/Socratem/Fabritiũ/Catones:ac reliquos/quos enumeraſti extra miſe
riam fuiſſe credis:Id tibi ſi aliqua ex parte conceſſerim:animũ ſcilicet virtute pre
ditum/nulli miſerię ſubeſſe:& tanq̃ ſui iuris/fortunam omniũ aſpernari:tamẽ ex
terna bona quę ſuę ditionis exiſtunt/multis incõmodis/doloribus/morbis/cala
mitatibus:quę ſummã miſeriã contrahunt/labefactare poteſt.Nam quem in dan
dis muneribus ſuis/lęticia ac voluptate perfudit:eundẽ in auferendis dolore mi
ſeriaq; torquebit.Non em̃ nobis ſapiens ſtoicus queritur:qui in tauro Phalaridis
futurus ſit beatus:ſed de cõmuni hominũ natura:deq; publica totius humani ge
neris miſeria diſputamus:quã negare non potes/maiori ex parte etiã cõplecti il
los quos nominaſti.Aut em̃ preſtantiſſimi viri ſuis pulſi ciuitatibus:eiecti patria
varie necati miſeria huius vitę non caruerũt:aut miſerę ciuitates cenſendę ſunt/

quę erga ciue de ſe bene meritos ingratiſſimas ſe p̄buerūt. Lacedemonij/ quorū
de virtute multa dicunt. Licurgum virum ſanctiſſimū/ prudentiſſimū ciuem/ ſe⸗ Licurgus
nem optimū: a quo leges acceperūt eas: qbus ſeptingentis ferme paruerūt annis
expulerūt ea urbe quā inſtitutis optimis cōſeruauit. Quo ſolo facto Lacedemo⸗
nius populus arguit̃ fuiſſe miſerrimus. Pari in cauſa vident̃ Athenienſes miſerri⸗
mi iudicandi: qui Solonem unum e ſeptem ſapientibus: qui urbem optimis legi⸗ Solon
bus munierat/ exilio mulctarunt: Credo ut ei gratiam pro tanto legū premio exi⸗
lij calamitate referrent. Socratē virū ſapientiſſimū Apollinis oraculo iudicatum/ Socrates.
iniquiſſimo iudicio oppreſſere. Ariſtidem/ qui ſolus in tanta ciuitate iuſti cogno⸗ Ariſtides.
men eſt aſſecutus: quia nimium iuſtus videbatur: in exilium eiecerunt: ut magis
ob id iniquū facinus Athenienſis populus q̄ Ariſtides exulaſſe videbat̃. Nunqd
nam tam peruerſo iudicio ciuitas tam ingrata non eſt cenſenda miſerrima: quæ
optimos ciues/ ſapientiſſimos viros/ ſummos Imperatores vinculis/ carcere/ exi⸗
lio/ morte violenta vitam finire coegit? Milciades Athenienſis dux ſapiētiſſimus: Milciades.
poſt illam marathoniam pugnam: in qua centum milia hoſtium cum decem mi⸗
libus ſuperauit: populi iuſſu in vinculis eſt defunctus. Cymon eius filius propt Cymon.
belli gloriam inuidia pulſus/ extra patriam obijt diem ſuum. Phocionem clemen Phocion.
tia/ liberalitate/ virtue preſtantem: inique ab Athenienſibus peremptū/ extra pa⸗
trię fines ſepeliri ciuitas illa coegit: exempla permulta prebens: quo maxime pre⸗
mio de ſe merentes ciues ſoleret afficere. Similem vitę exitum Demetreus phale demetreus
reus ſortitus eſt: vitio ingratiſſimę ciuitatis. Quid loquar de Themiſtocle: cuius Themiſto⸗
naualí prelio virtus/ claſſem Xerſis regis potentiſſimi profligauit. Ex quo ſalus des
patrię parta eſt. Nōne eorūdem quos ſaluarat ſententia in exilio eſt defunctus?
Idem exitus Alcibiadis ſummi ducis fuit: quem ingrata patria compulit in exilio Alcibiades
mori. Horum preclariſſimorū virorū caſus/ ut videor teſtantur: aut miſeros illos
fuiſſe/ qui tam crudelia fata ſortiti ſunt: aut miſeras ciuitates: quę ſuos liberatores
ac defenſores tam ingrata beneficiorū memoria carcerarunt. expulerunt. occide⸗
runt. Nam q̄ Alexandrum inter eos nominaſti: qui ab hac cōditione miſerię poſ⸗ Alexandri
ſet excipi: ille mihi miſerrimus omniū qui unq̄ fuerunt eſſe videtur: ſiquidem cru vita.
delis: ebrioſus: ſuperbus: ſupra conditionem humanā elatus: ira feruēs: orbis pre⸗
do deterrimus: amicorū peſtis nepharia fuit. Quę igitur cum tot vitijs felicitati ſo
cietas eſſe poteſt? Profecto nulla: niſi vitia virtutibus ęqre velimus. Omitto Car⸗
thaginenſes: qui ſuos imperatores bellica virtute preclaros aut expulerunt urbe
aut in crucem ſuſtulerunt: quos credere vacaſſe miſeria minime prudentis hoīs
eſſe videtur. Sed ne Romani quidem/ quorum virtutem tantopere ſcriptores ex
tollunt/ extra miſeriam hanc fuiſſe concedam: tantum erga ſuos auctores/ defen⸗
ſores/ propugnatores/ ingrati: tam inter ſe turbulenti: tam ſuis peſtiferi ciuibus:
tam iniqui virtutis extimatores. Marcum coriolanum: Camillum: tot Scipiones Coriolāus
patrię liberatores: aut iniquę plebis ſententia ex urbe pulſos legimus: aut in car⸗ Scipiones
cerem duci iuſſos: aut violenta peremptos morte. P. Rutilius vir opimus ac ſanctiſ Camillus
ſimus/ iniquiſſimo plebiſcito exulauit: qui poſtmodum reuocante Silla/ redire in Rutilius
patriam noluit: dicens ſe nō poſſe ęquo animo in eam urbem reuerti/ in qua plus
arma q̄ leges valerent. Poſteriorem Catonem ſtoicę virtutis virum: tum repulſę
ignominia Ro. ppl'us/ tū multis contumelijs notauit. Inuenti certe ſunt: qui Cato⸗ Cato.
nis faciem ſputis/ caput fimo macularent: tanta populi Ro. cura virtutis fuit: quē
multis ego de cauſis dicam fuiſſe miſerrimū. Nam quę fœlicitas in ea viguit ur⸗
be: quę tum erga bene de ſe meritos ciues tam crudelis extitit. tum ſemper inteſti
nis diſſenſionibus externiſq̄ bellis ac cladibus quaſſata/ ſuorum aliorumq̄ conti
nua cęde/ rapinis/ ſpolijs/ incendijs craſſata eſt? Ea tum ſemper miſerā vitę ratio⸗
nem experta eſt: tum vero maxime/ cum ciuilibus bellis dictatorum/ conſulum/

triumvirorum ſeuitia immanitateq́ʒ laceratur: cum ciuibus exhauſta clariſſimis/
tot excellentium virorum proſcriptione cędeq́ʒ defeſſa/ tandem prędita libertate
ad uniuſq́ʒ imperium redacta: non imperatorū / ſed prodigorum deteſtandā cru
delitatem paſſa corruit. Quid illi ciuitati miſerius accidere potuit: q̃ʒ M. Cicero/
nis cum dextra manu caput ( unius ebrij edicto ) conto affixum conſpicere his
roſtris/ in quibus vir optimus patrięq́ʒ amantiſſimus Rom. po. ſalutem defendit
ſępius contra impetus ciuium prędictorū. Quid infoelicius illi fuit urbi: q̃ʒ Octa
uij Cinnę/ Carbonis/ Marij Sillę/ q̃ʒ trium portentorum non crudelitatem / ſed in/
ſanam rabiem ciuium ſanguine redundantem/ fuiſſe multo tempore in ſuā per/
**Auguſtus Cęſar.** niciem perpeſſam. Dicant cęteri atq́ʒ opinentur ut volunt Cęſarem Auguſtum:
in quem plura q̃ʒ in alium quempiam dona fortuna congeſſit: nunq̃ʒ concedam
fuiſſe foelicem. Ego hominū/ ciuium/ patrię/ reip. Ciceronis proditorem: qui arma
pro ſalute publica accępta in nefariam illius ſeruitutem conuertit: qui libertatem
patrię abſtulit: qui Ciceronem virum ſanctiſſimū de ſe optime meritum parentē
patrię: regnandi gratia Antonio trucidandum conceſſit. qui ſeuitia plus q̃ʒ tyran/
nica uſus: ac occidendis trucidandiſq́ʒ ciuibus defeſſus: ſatietate modum proſcri/
ptionibus fecit: miſerrimum fuiſſe contendam. Miſſos facio reliquos triumuiros
qui q̃ʒ foelices extiterint & vitę turpitudo/ & infelix miſerq́ʒ vitę exitus declarat.
Hoc ſane aſſeram & illam urbem nunq̃ʒ effugiſſe eam quam dico cōmunis miſe
**Metellus foelix.** rię calamitatem: & unicum tm̄ tot ſęculis in ea. Q. ſcilicet Metellum habitum eſ/
ſe foelicem. Verum ſi tanti virtutem facimus: ut ea ſola nos eximere ab omī miſe
riarum ſeruitute poſſit: & virtute quoq́ʒ vacuos / hoc eſt malos & vitioſos miſe/
ros eſſe neceſſe eſt. Non enim parua videtur miſeria: carere virtute/ flagitio et tur
pitudini deditum eſſe. Miſera eſt igitur omnis peccantium vita: nulluſq́ʒ morbus
eſt animorū ęgritudine pernicioſior. At vero omnes ferme malum hoc quod eſt
pernicioſiſſimū vexat. Miſeros ergo improbos eſſe omnes neceſſe eſt. Et quidem
q̃ʒ late pateat neqtia noſtri: q̃ʒq́ʒ ſint in promptu vitia: & q̃ʒ undiq́ʒ in nos incurſent:
quibus quanta difficultate obſiſtamus: teſtis eſt vita noſtra tum ſceleribus/ tum
**Horacius.** flagitijs plena. Nemo vitijs ſine naſcitur inquit Horacius: optimus ille eſt qui mi/
nimis urgetur. Itaq́ʒ fatendum videtur. cum omnes in vitio ſint/ eos & miſeros eſ/
ſe. At vero vitam noſtram uniuerſam diſtrahi vitijs agitariq́ʒ palam conſpicitur.
**Vitiorꝫ generalitas.** Ardet alius auaricia: alius luxurię addictus eſt: hic ſeruit ambitiōi: alteri ſuperbia
dominatur. Hunc torquet cupiditas dominandi: alius odio atq́ʒ inuidia laborat:
Quoſdam alienis imminere opibus: nōnullos quęſtui & cumulandis diuitijs in/
ſeruire videmus. Sunt quos paupertas ad mala impellat facinora. Sunt qui va/
rijs voluptatum illecebris capti a recta via detorqueant. Sunt inſtar quidā Tan/
tali: qui in affluenti rerum copia neq́ʒ famem/ neq́ʒ ſitim propulſent. Videre licet
quoſdam ad illa adipiſcenda ſuperfluis incumbere laboribus: quę parta poſtmo
dum maiori moleſtia afficiant poſſeſſores: ut ſatius fuerit futurum/ ſua illos ſpe
fruſtratos fuiſſe/ q̃ʒ qđ cupierint adeptos. Omni ſtudio quęrunt illa potiſſime/ quę
cum difficultate potita difficilius teneantur. Quid eſt enim ſtabile / tam firmum/
tam ſolidum in his quorum nobis uſum fortuna conceſſit: quod non eius vis ac
libido diſſipet atq́ʒ euertat? Omnia hæc illius arbitrio reguntur: nulliq́ʒ ſe tantum
largituram pollicetur/ quin tantundem ſe minetur cum libuerit ablaturam. Qua
re non tam lętandum eſt his: quę mutuo dedit utenda nobis: q̃ʒ ſemper metuen/
dum/ ne cū voluerit cogaris amittere. Labuntur humana ſemper ac fluunt: nūq̃ʒ
in eodem ſtatu permanſura. Ea conditione natura conſtituit ſingula: ut in occa/
ſum atq́ʒ interitum vergant. Illorum qui vulgo foelices putantur/ ſi cogitationes
& curas inſpexeris interiores: inuenies profecto inanem hanc externorum ſpe/
ciem bonorum & umbratilem pompam multis ac varijs anxietatibus circūuen/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tam. Rectiſſime ſcripſit Horatius. Non em̄ gaçę/neq; cõſularis Submouet lictor Horatius.
miſeros tumultus Mentis:& curas laqueata circũ Tecta volantes. Hi ſunt poten 2.Car. ode
tiorum hoſpites:quorum in atrijs & cubiculis ſedem ſibi elegerunt. At ubi illi ad 16
ſunt raro quies animi/aut curarum portus:aut ulla fœlicitas habitare conſueuit:
plus decoris habere videntur q̃ voluptatis:quippe que tanq̃ ad theatri/aut por-
ticus ornamenta ſunt mutuo ad ludos celebrandos cõmodata:que reddere ſit ne
ceſſe ad alterius voluntatem. At quo plura ex huiuſmodi rebus poſſides:quoni-
am fortune ſatellites videntur:eo maiori ne repetantur torqueris cura. Ipſimet qui
fortune bonis fruuntur/ſepius verbis exprimunt:q̃ anxius ſit eorum animus:q̃
ſuſpenſus:q̃ pauidus ad incertos atq; improuiſos caſus. Nam quam fœlicitatem
pſtare poſſent hæc fucata fortune munera? Duriſſima quidẽ res eſt egeſtas quam
rerum copia preceſſit. Nam q̃ illos extra miſeriam putas/ qui donis fortune flo-
rent:vide ne ſecus res ſeſe habeant. Fœlices extimantur qui opibus excellunt:qui
exuberant copijs:qui facultates amplas ſunt aſſecuti:qui imperia aſcendunt : qui-
bus uxor & optata proles data eſt. Hec profecto ſumme ſunt voluptati dum ad
ſunt:ſed incerta ſunt temporis dona:& auxilia eorum tutela videtur. Nullus pre-
terea adeo diues fuit unq̃/ qui ſuis modum ſtatuerit cupiditatibus: qui non con-
cupierit queſieritq; maiora. Creſcit amor nummi quantũ ipſa pecunia creſcit: earũ Iuuenalis.
ſollicitudo inquietam reddit vitam & turbulentam. Pauet enim animus futuri
ſollicitus:cum ſemper inter ſpem metumq; verſetur: & ad omnem auram expa-
ueſcat. Mihi vero hi qui appellantur fœlices/eo ceteris miſeriores videntur/ quo
maior peccandi libertas eſt illis conceſſa. Nouimus ipſam male agendi licentiam
peccatis locum prebere. Vnde notum eſt prouerbium. Nos licentia fieri deterio-
res:probatiſſimamq; eſſe illam ſententiam. Vtile eſſe ut nequid nimis. Quis enim
in diuitijs/opibus/rerum opulentia/in ampla fortuna a turpitudine/a ſcelere/ fla-
gitio abſtinet? Quis horum in ſuis dictis factiſq; rationem habet officij? Quis vir
tutẽ ſequitur? Quis illius paret inſtitutis? Magna profecto probitatis ſolitudo apud
eos eſſe conſueuit:maxima vitiorum frequentia. Vt vero reges/principes & po-
tentes viros miſſos faciam:quibus libido eſt pro virtute: quorũq; de infœlicitate
in quodam meo libello diſſerui. Vt omittam militiam ſequentes:quorũ vita omi
bus ingnata flagitijs:nil miſerius:nil infœlicius eſſe poteſt. Vt opifices quoq; oẽs
quibus fraus magis q̃ opera opitulatur. Vt illos inſuper/ qui doctrinam ſuam in
queſtum traducunt:qui lucri cauſa ius in iniuriam vertunt:ut inq; huiuſmodi ho
mines pretercam:quorum exercitio vite miſeria annexa eſt. Quid vulgus homi-
num ſtolidum/atq; ignauum/rationis expers:quod beluarũ more videtur ad pa
ſtum procreatum eſſe:nonne fateberis in eo ſtulticiam/ infœlicitatem / miſeriam
ſibi domicilium elegiſſe? Ad nequitiam ſane prona eſt eorũ vita omni virtute poſt
habita. Quare neceſſe eſt:cum virtus ſub vulgi conſortio proſcripta videatur/mi
ſerã eſſe hanc eius vite conditionem:ut ſi recte quorũuis mortalium deprauatam
naturam & mores peruestiges:nullus ab hac vite miſeria liber eſſe cenſeri queat.
Hic paulum ſubridens Coſmus:cautus inquit ſis Poggi:ne hi noſtri qui religioni Coſmus.
dicuntur dediti : & hi præſertim qui publice paupertatem oſtentant: quiq; ſe nor- Cõtra mo-
mam euangelicã ſequi dicunt:te in iudicium vocent:aſſerentes nõ rectam aut ve nachos.
ram eſſe tuam ſententiã:cum eam vitam viuant/cui nulla in re fortuna dominet.
Abiectis enim illius bonis:neq; de craſtino vt aiunt ſolliciti/ libere/ quiete/beate/
vitam degunt:procul ab omĩ miſeria remoti. Multos afferent ſanctos ac beatos
viros ex eorum ordine profectos:in quibus nephas ſit putare aliquẽ aditum ul-
li miſerie datum. Nam qui preceptis dei inherentes ſpiritu ſancto aguntur/in bea
torum numero & viui & mortui ſunt habendi. Magna eſt ( vt noſti ) religionũ

uarietas:magna in illis hominũ multitudo:ex quibus reperies plurimos & noſtra
& ſuperiorum memoria/quibus dei benignitas ęternam gloriam eſt elargita:ab
his certe abſuit om̃is infœlicitas. Nam ſi ea fortunę arbitrio a nobis ſua repeten-
tis/omniaq; verſantis oritur:hi profecto qui ab ſe fucata illius munera abdicarũt:
in tuto verſati.cum in caſtris uirtutis ſua pręſidia collocaſſent/glorię cęleſtis ſunt
participes facti:qui nedum miſeri non fuerũt:ſed multos ab hac humanę vitę mi-
ſeria verbo & exemplo liberos reddiderunt.Itaq; palam conſtat hanc tuam natu
rę miſeriam non eſſe omnibus cõmunem:cum eius rei quę ſit naturalis oporteat
Poggius. om̃es participes eſſe. Tum ego.nolo inquã Coſme/in eorum deſcendere certa-
men/quos dixiſti dedicatos religioni.Nam & eorum natio maxima eſt:& ad laceſ
ſendũ parata:contra me pręſertim:quos ſe illi putant in quodam meo libello con-
tra hypocritas editum lęſos:ſed hanc prouinciã Matthęo relinquam:cuius ſum-
ma auctoritas eſt & prudentia:& quid de ipſorum infœlicitate opinetur liberam
Matthęus. ſententiam feret. Video Matthęus inquit/& hanc aciem nimis validam a te ſub-
terfugi:& tibi cum multis ex eis iocundiam conſuetudinem eſſe.ſcio te vereri:ut
quis eorũ de qbus recte ſentis/ſe exiſtimet a te offenſum:ſed vera loqui unicuiq;
Terentius. licet.Quamuis terentianus ille dicat:obſequium amicos veritas odium parit.Pro
feram igitur poſtq̃ hoc onus in me reijcitis:quid mihi de eorũ religioſorũ fœlicita
te videatur:qua in re certus ſum:doctos/ſapientes/probos/aut aliqua pręditos
virtute mecum eſſe ſenſuros:reliquam veluti ruſticam atq; ineptam contemno.
Horum tamen maxima pars abſq; ulla difficultate fateretur ſuam vitam multis
aſcriptam miſerijs:ut quibus alieno & appetitui & arbitrio/quę rari ęquo animo
ſuſtinent/ſit viuendũ.Verum non ego tibi ut antea teſtatus eſt Poggius/de uno
aut altero cultui religionis dedito loquar:ſed de cõmuni omniũ/quę quidem du-
rior mihi videtur conditione. Scis aquam natura frigidam eſſe:& tamen calidę
quędam reperiuntur.Sunt etiam abſq; ullo ſapore:maris tamen ſalſa eſt:quędam
vero amarę/aut dulces:prout regio per quam labuntur. Qualis natura ſit forma
hominis/nullis ſanę mentis ignotum eſt.Naſcuntur aliqui tamẽ aut bicipites:aut
manci:aut duplicatis mẽbris.aut corpore debilitati:aut demptis digitis:aut multi
plicatis.Neq; vero iſta veluti monſtra naturam immutant om̃ibus cõmunem.Ii
dem om̃is noſtra natura infirma eſt:debilis:languida:varijs morbis/tum animi/
Paulus. tum corporis corrupta:ſenſibus ſubdita:quibus cum Apoſtolus Paulus ſibi bel
lum continuũ eſſe ſcribit:& legem quandam legi mentis repugnantẽ:ut non q̃
velit faciat/ſed quod nolit.Si ergo vas electionis:quem Deus ſegregauit in euan
gelium ſuum/quo cum loquebatur Chriſtus:a deo naturę legem/hoc eſt ſenſus
noſtros/& varios animi morbos ſibi querebatur infeſtos:ut quod nollet/facere
cogeret:quid de hac humanę fragilitatis maſſa legi ſubdita peccati dicemus? Nõ
ne fatendum eſt ab ipſo ortu noſtro humanam naturam/infœlicitatem & miſeri
am contraxiſſe.Quam ſi euitare ita difficile Apoſtolo videbatur:ut diceret.Quis
me liberabit a miſera corporis ſeruitute?quid cęteris accidet:qui carnis mole op-
preſſi/qui animi perturbationibus cedentes/ſceleribꝰ oppleti/rationis inſcij/abſq;
virtute vitam ducunt beſtiarum ritu?Certe iudicandum eſt eos eſſe miſerrimos
Fateor plures fuiſſe & eſſe/quos ſibi elegit Deus in hac vita & in futura beatos:
verum non mutant iſti naturam humanam:aut fragilitatis noſtrę conditionem:
ſed om̃es ſuperant non ſuis viribus/ſed altiſſimi gratia:quas Apoſtolus querere
batur difficultates.Paruula eſt iſta fœlicium portio:ſi uniuerſum hominũ reſpici
Arioſteles as genus.Vna hyrundine ut ait Ariſtoteles/nequaq̃ deſignatur æſtas.Quemad
modum aſtrologi terram hanc omnem inſtar puncti ad uniuerſum cęli ambitum
eſſe volunt:ita illi quos beatos fatemur minus q̃ inſtar puncti reperientur ad mul-

titudinem cęterorum. Nam ꝙ religioni dicatos attuliſti: qui ſe aſſerant ab omni miſeria remotos: ob hoc ipm miſeros duco: ꝙ non ſentiant miſeriam ſuam. Perniciosus enim cenſetur morbus: qui ſtupida & non ſentientia mēbra reddit. Do tibi multos ex eis eſſe/quos propter vitę ſanctitatem/propter ingenium & doctrinā nunꝗ miſeros appellarem. Religioſos quoqꝫ neceſſarios puto ad tuendam & conſeruandam fidem: cum plurimum proficiant in populis ad vitia coercenda: ac verbo & exemplo ſint veluti fidei noſtrę propugnaculum. Sed in tanto diuerſarum gentium conuentu/in tam varia immenſaqꝫ hominū turba/ſi bonos a malis ſegreges: ſi doctos ab indoctis: ſi a ſapientibus ſtultos: ſi a ſollertibus ignauos: hinc reperientur quos probare queas: illinc quos quidem improbos ingens hominū vulgus occurret: ignobileqꝫ ac ſuperſtitioſum: quos ſi vacare vitę miſeria opineris: vide ne longe decipiaris. Horum ſedula pars ab reliquorum conſuetudine/fugit conſulto multitudinem quę inopiam contemnit: frigus fugit: calores euitat: ſitim ac famem & reliqua vitę incōmoda declinat ob amorem Chriſti: qui fœlices/an miſeri ſint/viderint ipſi: qui nudi/nullis contenti veſtibus: nulla ſimulatione fucati reddituri ſunt in alio orbe ſuorum operum rationem. Videmus tamen nonnullos ex eis ad Romanam curiam accedentes optimis equis vehi. larga manu ſumptus facere: polliceri ac largiri multa: ut poſſeſſiones/quibus vitam ducant copioſiorem procul ab omni moleſtia longinquam quacūqꝫ ratione augeant. Eſt aliud genus eorum qui ſe appellant mendicantes: ꝗꝗ videantur potius alios mendicos reddere ex cęterorum ſudore viuentes: ipſi omis laboris expertes. Ex his ſibi nomen quidam obſeruantię indiderunt: quibus omnibus quæ fœlicitas tribui poſſit ignoro. Hoc unum ſcio: maximam partem horum qui ſe Minores appellant: & ſibi hoc nomen obſeruantię pręcipue uſurpant: ex agreſtibus opificibus/mercennarijs deſidioſis eſſe confectam: quibus non ſumendę religionis aut vitę ſanctitatis/ſed laboris declinandi pręcipua cura fuit plebs ampulloſa: magis faſtui & oſtentationi/ꝗ verę virtuti dedita: quę ſe adeo ſanctam putat: adeo immaculatam: adeo vitę perfectę: ut nihil ſibi abeſſe putēt/quo minus beati eſſe videant. ſe quidem magni exiſtimant: cęteros contemnūt: adeo ſuperbia elati/adeo inflati faſtu: ut etiam ſuo capiti iam multis cōſtituto ſæculis quandoqꝫ aduerſentur: cum illud ſuis meritis inferius videatur: neqꝫ dignū cui debeant parere. Qua opinionis peruerſitate omnem rerum publicarum ſtatum conuelli atqꝫ euerti neceſſe eſſet. Siquidem nō ſemper ad bonos et optimos viros dignitates/magiſtratus/officia/imperia deferuntur. Opinantur illi vilem ac ſordidam veſtem/vile indumentum/pedes ligno ſoleatos/demiſſum ab humeris caput/contortum collum pallidulam faciem virtutis eſſe ſigna ac ſanctitatis. At illa ut plurimū ſolent eſſe inanis glorię irritamenta. Faterer fœlices eſſe illos: ſi tales eſſent quales volunt videri: ſed longe interior vita diſtat ab oſtentatione. Seditioſi quidam ſeruiētes ambitioni: importuni. maledici etiam in ſuę profeſſionis viros ſepiſſime deprehendūtur. Vt nuper Peruſij accidit in eorum generalis capituli celebratione. Huiuſmodi tu homines fœlices ne an miſeros cenſeas ignoro. Ego autem arbitror omnes illos: quorum mores ab eorum inſtitutis diſcrepant eſſe miſerrimos: neqꝫ attingere illam partem fœlicitatis: niſi quatenus fallendo & decipiendo populum ſe fœlices putant. Ne autem videar cum hac multiuaga gente inane bellum gerere: & ne eos prouocem ad maledicentiam linguę: ſinamus illos in ſua fœlicitatis opinione tabeſcere. Probo igitur Poggij ſentētiam: neqꝫ eos quos opinaris excipio ab hac miſera vitę huius conditione: proſpicio enim nos illi ſubditos eſſe ea lege/quę ab ipo orbis exordio ſingulis naſcentibus eſt data. Orti ſumus ut noſti ad labores vitę varios: ad incōmoda: languores: pericula: morbos: ęgritudines: in qua ve-

Religioſorū miſeria

Mendicantiū miſeria.

lnti tempeſtuoſi importuoſiqꝫ maris ſint nobis diuerſa rerum naufragia ſubeun-
Terentisu. da. Nulla preſentis temporis quies/nulla facultas ocij/nullus a curis vacuus dies
datur: nulla laborum intercapedo: ut plane ſcd'm Terentij ſententiam affirmare
liceat nos eſſe ad miſeriam natos. Tu ipſe noſti Coſme/quem ceteri beatũ putant
hoc ætatis longo curriculo: quę te cogitationes/curę/moleſtię/perturbationes ani-
mi conculcent: quę tibi detur ad quietem vacatio: quanto tempore tibi viuas. Ne-
ſciunt alij ꝙ ſit ſollicita magnę tutela fœlicitatis: ꝙ dubia/ꝙ anxia illius cõſeruan-
dę formido. Ignorat populus quantum in Re p. poſſit inuidia: quantum ſit virtu-
tis odium apud multos: quanta ęmulatio improborum. Externa plebs conſpicit/
quę magna ex parte ſunt ſpecioſa: clientelas/veſtes/apparatus/domeſticos/lautã
ſuppellectilem/argenteam menſam/longum ſeruientium/agmen: ad quę omnes
ore patulo inhiant: tanꝗ in his ſit fœlicitas conſtituta: ſed non videntur neqꝫ cõſpi-
ciuntur interiores calamitates: occulti morbi: & vulnera ſecretiora: quę animũ mi-
Aemilius. ſerum reddunt atqꝫ infęlicem. Romanus ille ciuis cum repudiaſſet uxorem: mul-
tis id factum ꝙ fęminam pulchram/honeſtam/probam/ut videbatur ab eo di-
miſſam culpantibus accuſarent: oſtenſo quem in pedibus geſtabat calceo: petiuit
nunquid his aptus eis & pulcher videretur? Annuentibus illis: at ſolus inquit no-
ui qua me pedis parte premat. Sic eſt profecto: non ſunt omnibus eorum qui be-
ati putantur nota cum animi/tum moleſtiores curę/tum mentis perturbatę mo-
tus: qui corda illorum tanꝗ vultures Titij iecur exedunt in cõtinuum cruciatũ.
Coſmus Tum Coſmus: Scio inquit Matthęe pluribus difficultatibus eſſe implicitam vi-
tam noſtram: ut quę ſemper defatigetur certamine vitiorum. Scio difficillimũ eſſe
ratione ſuperare fortunã: animiqꝫ grauitate & ſapientia repellere angores ac mo-
leſtias iminentis. Sed noui etiam viros ſapientes nunꝗ miſeros eſſe: quippe cum
virtus nulla ſocietate coeat cum miſeria: ſed eam procul abijciat ac repellat. Mul-
tas affers huius vitę moleſtias atqꝫ impedimenta & cum vitijs concertationes: a
quibus continuo oppugnamur. Vexantur/ut ais/homines pluribus tum ani-
mi/tum corporis ęgritudinibus: quibus maiori ex parte noſtra imbecillitas cedit.
Verum non natura/ſed vitio noſtro & morum peruerſitate omis huiuſmodi mi-
ſeria eſt contracta: ut non mirum ſit: quorundam male inſtitutam naturam ſic mi-
ſerię cauſam extitiſſe. Quare paucorũ culpa non videtur mihi ad cõmune genus
Matthęus. hominum referenda. Hæc quom dicta eſſent: tum Matthęus. Probatur mihi ſa-
ne inquit Poggij ſententia: & tua oratio Coſme videtur ſatis facile refelli poſſe: di-
ctum enim eſt prius, non propterea tolli cõmunes erumnas: quoniam pauci ab
hoc genere ſelegi poſſent/apd' quos nulla infœlicitas/aut miſeria reſedit. Donũ
ingens certe id dei fuit: ſi qui hanc imbecillitatem humanã animi virtute vicerunt
miſeria fun- Sed ut eloquar quod ſentio: ſedem ac fundamentum vitę mortaliũ exiſtimo miſe-
damentum riam eſſe: eamqꝫ longius euagari: ac radices ſuas altius fixiſſe/ꝙ multi forſan opi-
vitę noſtrę. nentur: de qua ſi libet addam pauca ſuperioribus/quę in hanc ſentẽtiam quadra-
Coſmus re poſſe videantur. Placet inquit Coſmus: & huius diei reliquum his ſermonibus
tranſigi malo/ꝙ verbis multorũ qui mihi ſunt ſane ſępius propter earum impor-
tunitatem moleſti. Incipiamus a leuioribus Matthęus inquit: ut poſtmodũ ea quę
Matthęus maiora videntur aggrediamur. Primum vero ut tenuiora paucis agantur: conſi-
deremus ætatis noſtrę/in qua huius miſerię maxima reperient' argumenta/im-
Infantia. becillitatem ac varietatem. Infantia/pueritia/pubertas/adoleſcentia: nonne cum
Pueritia ſtulticia/laſciuia/impudentia/incontinentia redundent/ſunt miſeria plenę? Quid
harum ætatum vita differt a beluis? Nullo conſilio/nulla diſcretione/nulla prudẽ-

tia utuntur: ducũtur illi a ſenſibus varijs ſubiecti paſſionibus: tãtũ a ratione deuij
ut haud procul diſtent ab inſania. Harum ætatum ineptias/ludos/ laſciuias / ira-
cundiam/mores/iocos/varios appetitus/libidinem ipſemet paulum ętate firma-
ti admirantes damnant. Pudet eorum reminiſci quæ ſuperioribus annis ætas im-
becilla permiſit: eiuſmodi ætates naturę ipſius vitio mancas ac debiles/cum nulli-
us rei uſui ſint/in ſumma miſeria verſari exiſtimamus. Recenſe ut quę diximus
notiora fiant/mores & vitam adoleſcentum: quorum ætas rationis ignara/ut plu Adoleſcen-
rimum vitijs demerſa iacet. Scis eos voluptatum/malarumq; cupiditatum ſecta tia.
tores recta conſilia & monitores aſpernari: ſcis eos ad omne facinus & turpitudi-
nem promptos: prodigos: ſumptuoſos: ſuperbos: laſciuos: contumelioſos. Pluri-
ma ſunt illius efferueſcentis ætatis vitia: quę in omne malum facinus erumpant.
Virorum ætas diuerſis ſtudijs diſtracta/impellit animum ad pecuniam cumulan Virilitas.
dam: ad ambitionem: clientelas: honores: magiſtratus: imperia: glorię cupiditatem
quas propter res mẽte ſunt ſemper varia/inſtabili/inquieta/anxia/ nouas res ap-
petentes: tum inuidia/tum ęmulatione vexantur: ut eorum vita nihil differre vi-
deatur ab illius inquiete/qui apud inferos continua rotę volutatione torquetur. Senium
Que ſenũ ſit fœlicitas iam ipſe noſti: qui eius dãna experiris. Multa inquit Horati Horatius
us ſenem circumueniunt incõmoda: plurimęq; illam circumſtant imbecillitates.
queruli enim ſunt: difficiles: moroſi: timidi: ut qui credant oĩa ſibi elementa defu-
tura. Excuſat Marcus Tullius ſenectutem: neq; eius incõmoda attribuit ætati/ ſed Cicero.
hominum culpę: propter ante exactam vitam: tamen paucos in tot ſæculis tole-
rabiles affert ſenes: quos ſi reliqua ceſſarent omnia/morbi tamen & corporis de-
bilitas / quibus illa ætas afficitur / redderet miſerrimos. Recte Terentius noſter Terentius.
ſcripſit: ipſam ſenectutem morbum eſſe. Decrepitos pretereo: quorum miſeria Decrepita
nota eſt: ut reliquos poſtponam huius ætatis difficultates: vita certe illorum infi- ætas.
nitis pene confecta moleſtijs/tam ſuis odio eſt q̃ alienis: ut ſolum doloris & labo
ris participes eſſe videatur. Contemptui eſt preterea omnibus: propter multos il
lius ætatis defectus. Vis ſcire omnes vitę gradus nobis tanq̃ miſeris improba-
ri: Puer infantum ineptias contemnit: adoleſcens aſpernatur puerorum ludos.
A viris adoleſcentum ſtudia culpantur: quibus aucupandi / venandiq; exercitiũ
& effuſi ſumptus ac patrimoniorum calamitas habentur virtutis loco. Senes vi-
rorum annos ut ſollicitos/inquietos/ rebuſq; ſuperuacaneis deditos: ut viuendi
inſcios redarguunt. Decrepitus obiurgat ſenem/ipſe eodem modo preſſus: velut
ſi præter modum curioſum & ſollicitum futuri. Singuli anni ſuperiores virum
decrepitum/ut ſtolidum ac repuereſcentem/nulliq; rei utilem derident. Ita nulla
vitę pars: ſi cõmunem ſpectes naturę conditionem/ cum quęlibet merito reprę-
hendi poſſit/miſeria caret. Siquidem noſmetipſi omnes illius partes velut rerum
ignaras atq; infœlices accuſamus: tam contrarijs inter ſe ſtudijs certantes. Ipſe Ci-
cero in Tuſculanis ſuis diſputatiõibus ait/quom virtutem laudaſſet. Huic inquit Cicero.
incipio ſententię diffidere: & humani generis imbecillitatem fragilitatemq; exti-
meſcere. Vereor enim ne cum natura corpora nobis infirma dediſſet: hiſq; & mor
bos inſanabiles & dolores intolerabiles adiunxiſſet: animos quoq; dederit & cor
poru3 doloribus congruentes/& ſeparatim ſuis angoribus & moleſtijs implica-
tos. Hæc Ciceronis verba nihil aliud p̃dicant niſi miſeriã vitę cõmunem/cui oẽs
quaſi lege naturę ſubiecti ſumus. Sed quid in particulis vitę huius enumerandis
inuoluor? Oẽs vita flebilis atq; miſera eſt: varijſq; calamitatibus confecta. Pau-
per plurimo ſudore/ſummo ſtudio/magna cura/ opes ac fortunas quęrẽs efficit
diues: aſcenſũ ſibi magna ſollicitudine ad infęlicitatẽ parãs. Diues q̃s & opulẽtus

cum euaſerit/in paupertatem deſcendit:rem uſu miſeram ac pondere acerbam.
Videmus potentes a rerum ſtatu deijci : extolli infimos. Hic exul a patria bonis
omiſſis orbem vagus atq; egens(quo nihil eſt miſerius ) pererrat. Alius in patria
reſidens : aut fortunis / aut vita priuatur. Sunt qui ex deſperatione quadam vitæ
melioris:aut laqueo/aut veneno/aut gladio ſibi mortem conſciſcant. Alium la
tro ſpoliat/aut occidit:plurimi bello/peſte/naufragio/flamma abſumuntur. Hic
uxorem concupitam/liberos/fratres/coniunctos/ amicos amittit : hic oculorum
lumine/hic valitudine priuatur:quidam membro debilitantur corporis; quibuſ
dam carcer attulit finem vitę. Multi ad ſenectutem extremam uſq; perducti/ętas
tem tam longinquam quandoq; deteſtantur/appetētes mortem. Quid morbos
infinitos fere recenſeam:quibus humanū genus ſubijcitur? q; varij/q; graues/q;
crebri/q; infeſti nos inuadāt teipm teſtem cito:cui podagra fuit diutius moleſta.
Plures oculorum lippitudine:multi ſtomachi/laterumq; dolore afficiuntur:pau
cos uſq; ad ſenium bona valitudo comitatur. Sexcenta ſunt corporū noſtrorum
animi vitia damna/quibus ad miſeriam perducamur. His adijce animorum vitia : quę plura
ſunt:& multo q; corporum pernicioſiora. Vides hominum diſcidijs/querelis/con
trouerſijs mentes noſtras ad mutua odia compelli. Vides quanta ſit vindictę libi
do:& ad quę facinora mortales quondā excitarit. Lege antiquas tragędias: Atre
um:Thieſtem:Medeam:fraternas cędes:& bella ciuilia. Lege Ouidij ſententiam
Ouidius. non hoſpes ab hoſpite tutus:Non ſocer a genero:fratrum concordia rara eſt. Sci
mus filios parentum iuſſu/parentes filiorum crudelitate / fratres inſidijs fratrum
regnandi gratia necatos. Legimus viros ab uxoribus interfectos:fęminas virorū
pręcepto interemptas. Maternę crudelitatis in filios / & item filiorū ſceleris in ma
tres/teſtes ſunt multorum facinora nota vobis. Quapropter totius orbis una eſ
ſet tragędia conficienda/ad exprimendam cōmunem hanc humani generis cala
amoris malum. mitatem. Quid loquar de amore / re admodum mortalibus neceſſaria? Nonne
multos aut omino perdidit : aut varijs damnis atq; angoribus afflixit? Reper
ti ſunt olim quibus amoris impatiētia attulerit cauſam mortis. Leandri cęterorūq;
fabulas omittamus. Quidam noſtro ſęculo/cum deſiderium amatę nequiret di
utius ferre:ante fores eius laqueo ſe ſuſpendit. Multa cogit amor perpeti:cuius
Inuidia. ſubditi arbitrio ſumma in miſeria verſantur. Inuidia vero & ęmulatio : q; multos
& fortuna & vita euerterint ſatis conſtat:ingens malum & late in regum & prin
cipum & tyrannorū pręſertim domicilijs diffuſum:quos apud quid poſſit liuor /
quidue detractio/quid ęmulatio/quid calumnia inuidię ancillę peſtiferę: illorum
docēt caſus/quos dominantiū libido proſtrauit. Miſſos facio Barbaros:a quibus
innumera crudelitatis exempla reperiuntur. Apud noſtros quoq; infinitas pene
Seianus ſtrages hominū excellentium inuidia edidit. Seianum legiſtis / orbis alterum fere
Hadrianus principem/Tiberij Claudij abſentis unico edicto laceratum. Hadrianū impera
torem ad cętera principem humanū ac ſapientem / adeo fidem prębuiſſe detra
ctoribus tradunt:ut multos quos ad ſummum prouexerat/ ad leuem calumnia
Valentinianus. torum auram de ſtatu rerum incognita cauſa deijceret. Valentis ac valentiniani
immanitas fuit/ut ad paruas ſuſpitiones ab inuidis excitatas/ ſtragem quandam
virorum excellentiū inuexerit. Quapropter non imperium eorum/ ſed crude
lis ac nefaria carnificina potuit extimari. Non recēſeo quę alter Tiberius: quę Ne
ro:quæ C. Caligula:quæ Vitellius:Domitianus: Antonius; reliquiq; crudelitate
inſignes:non imperatores/ſed lacuſtę & hominū portenta aduerſus innocentiā/
inuidię & delatorū culpa patrarint. Lōgam em̄ orōnem requireret. Hoc certe no
tiſſimū:multos ob aliquā tyrānorū ac principū ab inuidis iniectam ſuſpitionē ecu
leo diſtentos:varioq; tormentorū genere cruciatos/doloris impatientia mortē vi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

te protuliſſe. Nihil eſt homini periculoſius: q̃ principis maliuolentia. Non enim
definit que cepit: ſed mala facinora peioribus accumulat / ut recte videat̃ egiſſe.
Nam que odiſſe cepit/perire expetit: nec ullus venię aut innocentię datur locus:
ut miſerrima ſit eorum vitę conditio / quos maiorũ libidini obnoxios fortuna fe- Saluſtius.
cit. Preſtantibus certe virtute viris/maxime timendi ſunt reges; quibus ( ut inqt
Saluſtius ) boni q̃ mali ſunt ſuſpectiores. Videtis igitur quãta mala ſecum por-
tet inuidia: q̃ ſit pernicioſa: q̃ fallax: q̃ multos tradiderit neci. Efficiam profecto Ciçero
Tullius inquit: ut intelligas homini nihil tam timendum eſſe/ q̃ inuidiam. Occul-
te enim fallit: ſurrepit in animos hominũ beniuolentię ſignificatione: ſeducit audi-
entes in aliorum perniciem: cum maior hominum pars aures patulas calumnia-
toribus prębeat. Quid loquar de luxuria: quot homines peſſundedit? Ea cum Luxuria.
multiplex ſit / multorum cauſam prębuit malorum: quę enumerare difficile eſt:
ſed in uſu ſunt quotidiano ante oculos expoſita. Huic qui indulgent/cum procul
abſint a ratione/videntur eſſe miſerrimi. Pernicioſius malum cenſetur auaricia: Auaricia.
quę q̃ multos occupet mortales/ipſi quotidie perſpicimus. Hoc vere videor poſ-
ſe dicere. nullũ eſſe vitium execrabilius auaricia: nullum deterius: nullum gene-
ri hominum pernicioſius: de quo quoniam eſt alio in loco a me diſputatum dili-
gentius: non ero longior in eius nequitia recenſenda. Qui tamen eo morbo te-
nentur: miſeram & Deo odibilem vitę conditionem ducunt. Tranſfert enim ho-
mines tanq̃ Circes pocula in portenta pernicioſiſſima: cum nihil tam ſit contra
cõmunem/ad quam tuendam nati ſumus/utilitatem: nihil tam contra naturam/
q̃ auaricia. Quid referam rem nefandam: qua mentes hominũ maxime pertur- Ira
bantur iram? quę nulli rationi parens: quo furor eius ducit proficiſcitur. Si quis
eius perniciem immanitatemq̃/& veluti ſubitam procellam ac pernicioſam ve-
lit inſpicere: legat Senecę libros quos de ira conſcripſit: intelliget certe quantam Seneca.
perniciem generi mortalium id vitium: cui qui ſubditus eſt/nil a demẽti diſtat/ im-
portarit. Ob eam cauſam non ſolum ſingulos homines/ſed urbes quoq̃ & gen-
tem uniuerſam irę atrocitate reperias deletas. Hanc inſanam mentis perturbati-
onem/quis non recte dixerit/ & execrandam et miſeram eſſe? Non em̃ tm̃ quos
occupauit reddit miſeros: ſed eos inſuper, quos aduerſus permiſit ſua frena licen-
tię. Multi deſcribuntur a Cicerone noſtro animorum morbi ac perturbationes:
quę hanc noſtram fragilem conditionem ſumma miſeria circumuallatã præmũt.
Nemo eſt quin libidine/aut lęticia/aut metu/aut ęgritudine: aut alio morbo ani-
mi aduerſo rationi detineatur. At vero qui huiuſmodi aliqua perturbatione affi-
citur: ut eas recipiat neceſſe eſt quę ſunt illi contiguę atq̃ annexę. Quod ſi ita eſt:
quis poteſt hac naturę conditione natus/ ut alicui ſubijciatur perturbationi eſſe
non miſer? Videte quid Tullius in tertio Tuſculanarũ diſputet libro. Ait em̃. Ni- Cicero
ſi ęgritudinẽ exuimus/ſic ut abijciamus: miſeria carere non poſſumus. Pręterea
ſi perturbationes animi: quas appellat morbos/in om̃es / pręterq̃ in ſapientes ut
ait cadunt: & in quos deſcendunt inſanos reddunt: nullus autẽ eiuſmodi ſapiens
adhuc eſt repertus: relinquit/om̃s qui non ſint ſapientes inſanos ac miſeros eſſe.
Hi em̃ ſani dicunt/quorũ mens nullo metu quaſi morbo ſit perturbata: ſed hos
nullos reperies: ergo miſeri ſunt om̃es neceſſe eſt. Illa quoq̃ eiuſdem egregia eſt
ſententia: niſi ſanatus animus ſit: quod ſine philoſophia fieri non poſſit: nullũ fore
miſeriarũ finem. Sed noſtra palam eſt imbecillitas: nullos a philoſophia ut ſanẽ-
tur quęrere: igitur miſeri om̃es ſunt extimandi. Verũ ita noſtra hæc miſeria emine-
re videt̃ & ab om̃ibus conſpici: ut nulla phĩa ad hoc probandũ opus exiſtat: quo-
tidiana vita abſq̃ ulla ratiõe nos admonet/mille viuẽdi diſcrimina/ q̃bus ſubijci-
mur pręſe ferre: qualis/ q̃ infirma/ q̃ miſera ſit imbecillitas conditionis humanę.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gula

Palam eſt quoqꝫ pter illa quę retulimus: quot gula & venter/ quot aeris intemp
ries/ quot morbi ad interitum rapiant: quot a beſtijs/ tum feris/ tum cicuribus p
ricula nobis immineant: quot tendicula mortis nobis caſus varij moliantur. No
ſtra omnia breuia ſunt/ incerta/ & caduca/ nihil tam fallax eſt/ ꝙ humana vita

Seneca.
Euripides.

nihil tam imbecille: nihil tam laborioſum: quam Seneca neminẽ acceptur͠ pu
tat: niſi conditionis illius inſcius daretur. Vt & iuxta Euripidis illam ſententiam,
Optimũ videatur eſſe homini primũ non naſci: proximum cito mori. eius verſu
a Tullio deſcribuntur. Nam nos decebat cętus celebrantis domũ lugere/ ubi eſ
ſet aliquis in lucẽ editus: humanę vitę varia reputantes mala. At qui labores mo
te finiſſent grauis hunc om̃s amicos laude & lętícia exequi. Ecce huius poetę ſen
tentia teſtis eſt: lugendam eſſe vitam: mortem vero exoptandam. Et quidem re
cte ut opinor ſenſit. Tot em̃ rerum caſibus/ tot fortunę tęlis/ tot varietatibus tem
porũ addicti ſumus: vt duriſſima nobis videatur data conditio infirmitatis. Non
enim ſolum pręſentibus affligimur malis: ſed multo magis futurorũ expectatio
ne. Incerti quoqꝫ temporis vitę ratio ꝙ plurimũ excedit mentem noſtram dubiam
& incertam: quando/ quomodo/ qua lege ſit ex hac vita migrandũ. Lata quidem
atqꝫ iprouiſa data eſt & multiplex ad interitum via: unus tm̃ in lucem aditus. Re

Aquę ma-
lum.

cenſe oro diuerſa maris terreqꝫ pericula: ventorum: imbrium: tempeſtatum: ignis
fulminum diſcrimina: aquarũ inundationes: quibus vita noſtra ad incertũ finem
rapitur. nunc uno periculo/ nũc altero ad exitum deducta. Singulis diebus no
ua/ diuerſaqꝫ funera conſpicimus. Singulis ferme annis noua deflendaqꝫ damna

Poggius.
aquę malũ

ſentimus: ut hæc ſola rerum eiuſmodi cogitatio ſatis ſuperqꝫ ſatis videatur ad nos
continua miſeria torquendos. Tum: ego poſſum teſtis inquam eſſe multarum
calamitatum: quas ipſe partim conſpexi: partim audiui/ tum igne/ tum incremen
to imbrium illatas: ut etiam aqua & reliqua elementa ſint nobis extimeſcenda.
Vidi ego cum ex Britannia redirem Maranum oppidum ingens & opulentum
in finibus Italię circa alpes poſitum: ſubita vi fluminis/ quod inopinato excreuer
at inundatione maxima ex parte cum incolis adeo deletum: ut nulla ędificiorũ
veſtigia ſuperſſent. Noſtra inſuper ętate: ut propinqua/ licet parua/ ſed ad repre
ſentandum quam dico miſeriam accom̃odata/ referamus: plures domus eius vil
lę quam Burgum campi nominant/ fluuij prope decurrentis impetu noctu ob
rutę cum familijs ſolotenus diſſipatę ſunt. Memini cum puerulus eſſem: plura de
functorum corpora demerſa limo in valle Arni ſuperiori fuiſſe reperta. Infantem
quoqꝫ in cunis delatum: qui fame interierat repertum. res deflenda profecto: &
quę regionis noſtrę accolas ad luctum & męſticiam cõmoueret. Miſerum ſane vi
debatur tot virorũ: mulierum: adoleſcentum cadauera partim a feris/ partim ab
auibus laniata in fluminis littore iacere ſemiſepulta: ita exęſa vt non facile inter
noſcerentur. Cum eſſem in Britannia/ miſerabilem antea caſum fuiſſe cognoui.
In parte mari propinqua eius prouincię quę Flandria appellatur/ fluit bis in die
ac refluit mare etiã in paruis fluuijs ſexaginta ferme infra terram miliaribꝫ: adeo
exuberante aqua ut maioribus nauigijs nauigabiles fiant. Maris incrementũ/ ne
extra fluminis alueum euagetur/ aggeribus incolę continent. Altius enim ꝙ cę
tera multo excreſcit mare. Vt niſi aggeres obſtarent: maritimę regiones habitari

Inundatio.
Flandrię.

non poſſent/ paludibus occupatę. Accidit vero ut paucis antea ꝙ in Britanniam
proficiſcerer annis: vento maritimum fluxum impellẽte/ aquarum vi diſiecto ag
gere/ omnis ad multa milia paſſuũ vicina regio ſuffocaretur: multaqꝫ hominum
milia (cum nullum daretur refugiũ) cum omni pecore interirent. Qua ex cauſa
diutius ea patria deſerta cultoribus permanſit. Quid calamitoſius/ quid miſeri
us accidere potuit: ꝙ in tam repentinam/ in tam improuiſam/ & in tam flebilem

mortem incidiſſe tot hominum milia: cum neq; parens filijs/neq; filij parentibus
auxilo eſſe poſſent. Conſtat igitur cum ſit nobis aqua ad victū neceſſaria: tamē
multis perniciē peſtemq; importaſſe. Nihil nobis igne ſalutarius natura cōceſſit. Ignis malū
At is quandoq; in noſtram calamitatem verſus/multarū cauſam prebuit miſeri
arum. Paucis antea annis urbs Baſilea nobilis iuxta Rhenum poſita (ut antiqui Baſilee in-
ora poſtponam) maiori nobilioriq; ex parte incendio conflagrauit. Vidi ego illac cendium
iter faciens adhuc urbis illius fumantia ędificia & domos in cinerem verſas. Op
pidum inferioris Alemannię: cuius nomen non occurrit: ad id aliquando iter faci
ens conſpexi egregium ac ſplendidum in medio lacus ędificatum: ad quod per
longiſſimos aditur ligneos pontes: una æſtatę ignis abſumpſit. Quo incēdio mul
ti varij generis perierunt. Nocturno quoq; igne in urbe Gebenna tempe Marti-
ni quinti ſummi pontificis pſtrimę egregięq; domus exuſte ſunt. Ipſi id conſpexi-
mus rem viſu miſeram/& fletū dignam. Huius ignis calamitas adeo multos euer
tit bonis: ut poſtmodum vita inopi ac miſeravitam degere ſint coacti. Animantia aeris malū.
ſingula ſpirando aere ac reſpirando viuunt: quo ſublato/& vita omnis ſublata
eſt. Is tanq; vitę mortalium miniſter adeo eſt utilis/adeo neceſſarius: ut facilius cę-
teris elemētis ꝙ aere careamus. At is perſępe nobis fit pernicioſiſſimus: cum aut
famem/aut peſtem/aut morbos/aut varias tempeſtates: quibus inopia afficimur
illius intemperies importet. Terra quę noſtra dicitur mater/omnia nobis ad vi- terrę malū.
ctum/cultumq; corporis neceſſaria ſubminiſtrat. At ex eadem terręmotus/vene-
na/ferrum prodeunt: quo plures ꝙ ulla peſte reliqua occubuerūt. Gignit etiam
multa in noſtram perniciem prompta: ut plus detrimenti quandoq; ꝙ cōmodi af
ferre videatur. Qꝫ miſera igitur humanę conditio vitę eſt habenda: cum elemen-
ta ipſa nobiſcum bellum gerant. I nunc: & ſecuro ſi potes animo futuras: ut prę-
ſentes taceam miſerias non expaueſcas: cum ea quę ad ſalutem noſtram fabrica
ta ſunt cernas in diſcrimen perniciemq; conuerti. Improuiſa nos inuadunt mala:
ſic grauia quandoq; ut ſumma nos miſeria lacerent etiam renitentes. Quid ino-
pinatius dudum contingere potuit homini prędiuiti ac decrepito/ꝙ mors filij re- Fulminis
pentina: qui aucupio intentus ictu fulminis expirauit. Vniuerſa ciuitas tam infœ malum.
licem nobilis adoleſcentis caſum/& miſeri ſenis luctum ſqualoremq; deplorauit.
In pretura patrij ſoli: quę parua eſt: undecim homines hac ęſtate fulminis ardor
abſumpſit. Ad quindecim prętera homines propinquis in locis ſimili fulgoris in
cendio aduſti. Quid eſt igitur dubitandum: quin hæc noſtra tam fragilis/tam te-
nui robore pendens vita: tot tempeſtatibus/tot diris caſibus ſubdita ſit miſera ex-
timanda. Adde his ſi libet fraudes hominum: furta: latrocinia: beluarū impetus:
venena: ſerpentum morſus: quibus multi periere. Audiui ętate noſtra quendam
paruulum religioſum matutinis officijs intentū/araneę necatum morſu. In Apu-
lia parua la animalia araneis ſimillima: quas Tarantolas vulgo dicūt: diſperſa per Beſtiarū
agros/ſi quem momorderint in inſaniam vertunt. Singula ferarum genera ad malum.
exitum noſtrum parata videntur. urſos: leones: apros: lupos: ſerpentum genus
in noſtrum interitum conſpiraſſe credas. Quid nobis tam familiare ꝙ canes: At
eorū rabidos morſus nōnullos necaſſe vidi. Boues/quod tam utile/tam manſue-
tum videtur animal/cornibus intulerunt mortē. Ab equis inſuper quod eſt ge-
nus utiliſſimum/nobis interitus imminet. Non eſt tam manſuetū/tam pacatum
animal: ut non ab eo aliqua peſtis redundet. Calor: frigus. ſiccitas. humiditas mul Qualitatū
tis exitium vitę intulerunt. Conſtantię nuper ubi generale concilū erat hominē in malum.
temperie frigoris mortuū equo inſidentem in publicū hoſpitiū delatū conſpexi-
mus: ita ſtantē ut viuus videretur. Obriguerāt mebra ſingula: adeo ut corpus equo
in hoſpitiū deueheretur. Quoſdā pręterea audiuimus in eius regionibus ſiti morte
periſſe. Qꝫ multa igit̄ & pene infinita nobis vitę diſcrimina īmineant conſpicitis:

quę neq; ullo conſilio vitare/neq; pręcauere prudentia:neq; uſu declinare datur.
Cœlum/terra/aqua/aer/ignis/homines/paupertas/beluę/animorũ varię pertur
bationes nobis vitę miſeriam moliunt̃. Harum rerum moleſtijs quaſſati quidam/
etiam in patria mei ortus:quos noui:adeo illarum impatientes fuerunt:ut vitę gla
dio laqueo finierint dies ſuos:ſatius ducentes/ſemel mori/ q̃ tot perpeti vitę diffi
Atticus cultates. Legiſtis Atticum Ciceronis familiarem morbi grauitate p̃ſſum:die qua
to poſtq̃ cibo ſponte ſua abſtinuit finiſſe vitam. Multi pręterea dicunt̃ huius vitę
incõmoda morte voluntaria effugiſſe:de quorũ calamitate quis dubitet:cum in
telligat mortem illos viuendi moleſtię prętuliſſe. Quanti vero hæc vita quã tan
Cicero ti facimus ſit extimanda:aduertat qui voluerit Ciceronis exempla: quę poſuit in
primo Tuſculanorũ quęſtionũ libro. Refert eñ ut noſtis Cleobin & Bitonẽ Ar
gię ſacerdotis filios:quom matrem curru/cui ipſi more iumenti ſubierant/ad ſacri
ficium duxiſſent:atq; illa precata deum eſſet:vt id ilijs pro pietate pręmiũ redde
ret/quod maximũ homini dari poſſet a deo:cum matre poſtmodũ epulatos/cum
ſomno ſe dediſſent:mane mortuos eſſe repertos. Simili precatione Triphoniũ &
Mors loco pmij concessa. Agamedẽ:qui templũ Apollini ędificarant uſos ſcribit. Nam cum adeo pro mer
cede petiſſent id quod eſſet homini optimũ:idq; Apollo ſe prębiturũ reſpõdiſſet:
poſt eius diei tertium mortuos inuentos eſſe. Q̃ pręclara eſt igitur/ q̃ optãda hu
ius vitę ratio/mors p̃mij laboris/pietatis loco:tanq̃ vita potior ſit cõdonata. Nulli
dubium igitur eſſe poteſt miſeram eſſe hanc vitę conditionem:cui mors tanq̃ mu
Cicero nus precipuum preferat̃. Nemo eſt mortalis ( ut refert Cicero ) quem non attin
gat dolor/morbuſq;. Quę ſi vera eſt ſententia:quę inter morbos ac dolorẽ vita ex
timanda eſt: Profecto miſera atq; infœlix. At dices/plures illam ęquo animo con
ſtantiq; perpeſſos:ſed q̃ pauci eiuſmodi patientia prediti fuerit omitto. Scio dolo
rum ac morborũ vexationes maximas eſſe:quę noſtras mẽtes a ratione dimoue
ant:ſcio illas incitamenta ac fomenta eſſe miſeriarũ:quibus ſi inopiam/ſi orbitatẽ/
Seneca ſi exilium/ſi reliqua vitę miſeria videtur:omnis ( ut Seneca inquit ) vita ſuppliciũ
eſt:ſed ubi ſuppliciũ/ibi & miſeriam humanę cõditionis exiſtere cõcedendũ. Qui
bus rebus perſpicuũ eſſe cenſeo:veriſſimam videri debere ſenentiã meam. Tum
Coſmus: Q̃uis vobiſcũ aliqua ex parte conuenire poſſim inquit: non tamẽ hanc
Coſmus vitę miſeriam tantũ rerum naturę & humanę infirmitati/quantũ culpę noſtrę ad
ſcribendam puto. Vbi eñ noſtrę imbecillitatis nos obliuio cępit:ubi fortunę vari
etatis:ubi caſus:ubi tempis incerti non venit in mentem: in longũ duratura quę/
mente atq; anmo complectunt̃ a nobis. Conſilia noſtra traducimus in futurum
tempus:& longiſſimã rerum ſeriem cogitatione ordimur: Cum interim: aut ad
uerſa valitudo:aut mors improuiſa:aut fortunę noſtra conſilia diſſipantis impe
tus inanes noſtras obrũpit cogitationes:tum curas incaſſum ſuſceptas culpamus:
tum mala noſtra ſentimus:tum animaduertimus nimiũ nos fauore fortunę con
Poggius fiſos:tum cognoſcimus noſmetipos prouocaſſe miſeriam noſtrã. Hic ego/multa
ſuperſunt inquã/quę copioſius dici poſſe vident̃ ad meam hanc ſententiã cõpro
bandã:ſed cũ ſit hora diei tardiuſcula:ne forſan ſermonis prolixitate/tua vl' valitu
do lędatur/in craſtinũ ſi placet/videtur reliqua diſputatio differenda:cum & plus
Coſmus ocij futurum ſit:& tibi magis accõmodatũ. Placet inquit Coſmus: diem craſtinum
poſtmeridianum cõſtitui reliquę diſputationi noſtrę; nam loquendo iam defeſſi
ſumus:cras erimus paratiores. His dictis receſſimus eo conſilio/ut poſtridie reuer
teremur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# POGGII Florentini oratoris clariſſimi De miſeria humanę conditionis LIBER II



VPERIORI Libro in quo de miſeria cōditio-
nis humanæ pro modo ingenij a nobis eſt diſputa
tum/princeps optime Sigiſmunde/& hunc ſecun-
dum adijciemus:ut & exemplis grauioribus/& re
rum pręteritarū memoria lucidior fiat noſtra ſentē
tia. Qua in re a legentibus peto:ut cum nihil vide
atur utilius: ꝗ hanc fragilem/cōmunemq; vitę no-
ſtrę legem omibus notam eſſe:quo magis cupidi-
tas hominū ab inani rerum fortuitarū appetitu de
terreat̄:hoc meū diſſerendi munus: non ad oſten-
tationē aliquam/ſed ad mentis exercitationē a me
ſuſceptū eſſe arbitrent̄. Satius em̄ exiſtimaui hoc
parum tempis quod vacuū a negocijs datur: cōſu
mere in rebus laude dignis: ꝗ inerti ocio ignauoq;
conterere. Simul etiam excitabunt̄ aliqui forſan ad hanc ſcribendi rōnem uberi-
us ac doctius pertractandā:quod quidem multū cōferre arbitror doctorū hoīm
ſtudijs & diſciplinę. Nullius quippe vel philoſophię/vel alterius optimę artis tan
ta progreſſio facta eſſet:niſi priores ſcriptores ſuis inuētis & rephendendi & me-
lius ſciendi materiā prebuiſſent. Hac ego ductus fiducia/reuertar ad noſtram diſ
putationē,in qua ſi quid profecero:iocundū erit / non omino me oleū ac operam
perdidiſſe. Sin vero minus:cōtentus ero citius in hoc ſcribēdi negocio fruſtra me
fuiſſe verſatū: ꝗ per deſidiam tacuiſſe. Te vero Sigiſmunde oro obteſtorq; ut cū
ad rei militaris ſcientiā addideris more priſcorū principum/& multarū rerum ſtu
dia & doctrinā: hanc noſtrā diſputationē (ſi qui forſan in eam maliuoli inuidiq;
impetū facere conarent̄) tuendā ſuſcipias auctoritate tua: quo facilius audenti-
uſq; explicare poſſimus ea quę ſuperioribus vident̄ adijcienda. Cum igitur po-
ſtridie Mattheus egoq; ſumpto cibo/vterat inſtitutū ad Coſmū rediremus: poſt
priora ſalutatiōis verba. Adſumus inqt Mattheus/ut diligētius heſterna queſtio Mattheus.
abſoluat̄. Viſum eſt em̄ mihi neſcio quid ſupſuiſſe diſputationi noſtrę: cuius fini-
endę facultatē:tū breuitas tpis abſtulit:tū ratio valitudīs tuę. Percōmode aduení- Coſmus.
ſtis Coſmus inqt: Nā & mihi ociū eſt ad loquēdū: & quędā quę heſterna die pter-
miſſa ſunt meę opinioni vident̄ adijcienda. Quęnā ſunt hęc inquā/quę nouiter ex Poggius.
cogitaſti. Oblitus ſum inquit heri nōnullos addere his quos putabā eſſe fœlices: Coſmus.
Pontifices: Cardinales: eccleſiarū Antiſtites: viroſq; omes qui Chriſti militiam ſe-
quunt̄. hos dico opulentos/ac bene ſuffarcinatos: qui nō ſolū beatos ſe/ſed beatiſ
ſimos opinant̄. Deriderent hi ſane hanc tuam ſententiā: cum cenſeant ab omi mi-
ſeriarū ſuſpitione vacui: nemoq; ambigat eos omi viuēdi moleſtia carere. Quid
em̄ abeſt ipis ex his quę ſunt hoibus deſideranda? Nam pręter opes/diuitias/di
gnitates/ſummā qua fruunt̄ auctoritatē/pręſunt ceteris mortalibus:quod dulciſ- prelatorꝫ fę
ſimū habetur:ac dominant̄. Eas vero fortunas poſſident/quas nullus caſus/nulla licitas vana
maior vis queat eripe. Nam quę deo donata ſunt:cum ipi dei ſint cohęredes ac mi
niſtri:rata manēt in ppl'is:neq; decretis aliorū labefactant̄. Ita nullo amittendi me
tu cruciant̄:nullo egendi timore:ut ſi cętera deſint:hoc ſolū pſtare fœlices eiuſmōi
hoies poſſit. Habent pterea ſuū ptectorē ſaluatorē noſtrū: cuius ſcuto tecti nihil
pertimeſcūt:iudicāt alios:a nemine iudicant̄. Sūma in quiete abſq; ullo labore vi-
tam iocundā ducūt. Id verū eſſe declarat frequēs cōcurſus varij generis hoīm ad
hos veluti fertiles agros ex quibus facillimi ſuauiſſimiq; fructus percipiant̄. Pro

ꝑter fortunę nãq; bona tanta ambitione vides ſũmas appeti dignitates: ut arma
etiã & crudelia bella īter cõpetitores excitari ſepius magna regionũ et gẽtiũ clade
cõſpiciamus. Quo fit ut opulẽtiores facti/nullius rei inopes (quã maximã fœli
citatẽ putant) in negocijs ocio dediti/in ocio abſq; negocijs trãſigant ætatẽ. Horũ
de fœlicitate nemo dubitat: cũ nulla moleſtia/nullo dolore ꝑplexi / abſq; ſudore/
abſq; ullo diſcrimine cõſeneſcãt. Hæc tibi Poggi/ qui cũ eiuſmõi genere hoim̃ di
utius cõſueuiſti: quiq; eoꝝ vitam & mores penitus ꝑſpexiſti/eſſe debẽt multo q̃
mihi exploratiora. Mea tamẽ ſentẽtia eſt: illos omĩ vitę miſeria vacare. Scio tema
Poggius. gis inquã Coſme/hęc ex cõi fama & vulgi rumore dixiſſe: q̃ ꝙ vera eſſe crederes.
Qui eñ tibi ꝓbari poteſt ullam fœlicitatẽ in illis eſſe/qui ipi ſibi videnẽ infœlices?
Aut quõ vitę moleſtiã poſſunt effugere: quorũ ceruicibꝫ onus grauius ac moleſti
us Siſiphi ſaxo imminere videmus? Nemineẽ adhuc (& ãnos q̃nquaginta cum eis
vixi) teſtor me repiſſe/qui ſibi ulla ex parte fœlix videretur: qui non illam vitam
ut moleſtã/inquietã/anxiam/m̃tis oppſſam curis deploraret. Nam ut de noſtris
pontificibus loquar: quos ſiẽs arbitror fuiſſe ſuꝑioribus; multi ex eis mecũ priua
to ſermone ſunt admodũ conqueſti: oneris Pontificij ſeruitutẽ/deteſtatiq; quodã
modo eam dignitatẽ quę oĩm miſerrima videreẽ. Qm̃ neq; ulla corpis / aut animi
libera quiete/& abſq; maximis ac grauiſſimis curis teneri: neq; tuto abſq; pericu
lo: neq; cõmode abſq; multorũ detractantiũ inuidia dimitti queat. Ita nõ fœlicem/
ſed afflictam omĩ tormẽto vitam fortunãq; eorũ/qui ad tantũ gradum aſſumunẽ
duram & aſperã appellare poſſimus: ſi pontificis officio / non tyrannorũ imperio
uti velint. quorũ tamen ſi mores ſequunẽ: nẽ miſeros ſolũ putamus / ſed etiam de
teſtandos. Extitere plures inquies/quibus nulla miſerior q̃ Chr̃icolarũ utilitatis/
aut fidei tutandę cura fuerit: ut & miſeros tales pontifices opinari hoĩes merito
poſſint & miſerũ Chr̃ianũ populũ tali paſtori vel lupo potius creditũ. Magna ꝑs
horũ in ſubleuãdis ditandiſq; ſuę ſtirpis hoibus occupata fuit: quoꝝ cogitationes
q̃ euaſerint inanes/multorũ quos nouimus extant exempla. Rarũ apud eos ſtu
dium viguit doctrinę vel religionis: rarius virtus eſt in ꝑcio habita: ut niſi dei pro
uidentia ea fieri arbitrarer: aliq̃n quererer minimã illi ineſſe aut mortaliũ / aut ſuę
fidei curam. Quapropter ſiue boni fuerint/ꝑpter agendorũ difficultatem & pon
dus/multiplicesq; anxietates: in q̃bus abſq; ulla intermiſſione verſanẽ/miſeri ſunt
iudicandi. ſiue mali: eo ſunt miſeriores/quo longius ab eorũ officio diſceſſere. Vi
denẽ quoq; ſepius hac miſeria premi: ut non dei ſeruorũ (ut ſcribunt) ſed dei ho
ſtium aliq̃n ſerui eſſe videanẽ: quę magna infœlicitas eſt habenda. Perfacile nu
darenẽ quorundã qui noſtro ſæculo fuerũt pontificũ cicatrices: quo facilius eorum
miſeria in ꝓmptu eſſet: niſi tantę dignitati parẽndũ videreẽ. Nõnulli certe nedum
laudãdi ſunt: ſed ne tolerãdi quidẽ: niſi a Dei patientia. cuius iudicia ſunt occulta
Hierony. Nam de Cardinalibꝫ nõ audeo ſniam dicere. In omĩ eñ ſtatu & cõditione ſcimus
angelottus optimis ꝑmixta eſſe peſſima. Vnũ nouimus illo ordine indigniſſimũ: Angelottũ
Cardinalis Romanũ Cardinalẽ ab Eugenio factũ. Nam fuit auarus. rapax: ſubdolus: male
ficus: inuidus: lingua ꝓcaci/& in aliorũ cõtumeliã ꝓmpta. Cõtinentis tamen vitę
fuit: ad cętera moribus improbiſſimis. Cuius vitę congruens exitus fuit. Ab ado
leſcentiore cubiculario ſomno meridiano dormiẽs gladio trãſfoſſus eſt. Optandũ
quippe eſſet: ut qui tãtã dignitatẽ aſſequunẽ minus ſtudij ponerẽt: tum in cumu
landis pecunijs/tũ in iuſticia & iuribꝫ violãdis. Nam his rebus dediti miſeria care
re non poſſunt. Idem de Epis cęteriſq; quos opes eccl'iarũ inſignes reddunt/cenſen
Auguſtiñ. dum videẽ: quoꝝ ſtudia multũ differũt ab eorũ ꝓfeſſiõe. Scribit btũs Auguſtinus
queri Ciprianũ Carthaginẽſem ſanctiſſimũ virũ repiri tempibus ſuis epos / auaros/luxurioſos/vitijs deditos. Et q̃dem eo tempe id querit quo ꝑſecutionẽ Chr̃ia
ni ab infidelibus ſuſtinebãt. Quod ſi tũc cum multi martyrio coronabanẽ: cũ ſãng

ctis viris illuſtrabat̃ nr̃a fides: cũ paup̃tatẽ oẽs fere cõplecterent̃/improbos epos
fuiſſe nõnullos patet:qd in hac tp̄m fęce/in tanta huius etatis puerſitate/in tam de
prauatis moribus fieri putemus? Longus ſane liber eſſet cõficiendus: ſi multoꝝ
quos nouimus vitã/mores/vitia recenſeremus. Sed ad maiora quędã nr̃a tendit
oro. Hęc relata ſũt:ut plane intelligas eos ip̄os quos btõs ac fœlices putamus/oīs
eſſe verę fęlicitatis exptes:nulloq; pacto ab hac labe cōis miſerię eximẽdos videri.
Quęnã maiora ſupſunt/inqt Coſmus? Nonne tibi magna ac ſatis ampla vident̃ Coſmus
quę de ſũmis põtificibus reliqſq; ampliſſimis dignitatis viris diſſerunt̃. Nõ inquã Poggius.
ſi de his meo more libere loqui poſſem. Eſſet em̃ campus late patens/ in quo nr̃a
longius oro vagaret̃:ſed me pudor impedit/& officiũ boni viri. Inhoneſtũ quippe
videret̃:aliq̃ ignominia illoꝝ me ordine viros afficere/a qbus ip̄e admodũ ornatus
ſum & multis bñficijs affectus. Stultiſſimũ p̄terea eſſet rõnem vitę alterius aliquẽ
repoſcere/qui reddere nequeat ſuę. Itaq; ad alia digrediamur potius/quę mihi ſta
tuerã referẽda. Vt placet Coſmus ait. Mihi qdem gratiſſimũ erit audire qd huic Coſmus
nr̃ę collocutioni ceteras adijciendũ. Fragilitatis inquã nr̃ę conditionẽ varijs calami- Poggius.
tatibus urbiũ/principatuũ/regnorũ:quę pmultę poſſint afferri/ duxi latius explorã
dum:quo facilius in pmptu ſit omibus hęc deplorãda miſeria vitę nr̃ę. Sed vere-
or ne cũ hæc putẽ vob̃ notiora eſſe q̃ mihi:ſatietate aliqua/aut auriũ faſtidio/ quę Mattheus.
ſum dicturus audiant̃ a vobis. Minime Mattheus inqt:nam hęc tua cõmemora- Poggius
tione multa quę forſan exciderant memoria reuocabunt̃. Tum ego: ut de primę
ætatis inquã infœlicitate ſileã:quę adeo om̄i morũ turpitudine vitęq; flagitio inq
nata fuit:ut om̄es mortales Deus aquarꝝ inundatione delẽdos curarit:ab his ip̄is
initijs ordiar/ quę memorię hoīm litterę tradiderũt:ut ex his quę recitabunt̃/veriſ-
ſime poſſit aſſeri orbem terrarꝝ ſemp multis cladibus ac varijs calamitatibus fuiſ-
ſe terra mariq; confectũ. Primus aſſyrioꝝ rex Ninus bella finitimis intulit: mltas Ninus
ſibi nationes ſubijciens/non abſq; pernicie illoꝝ quos ſupauit. Secuta eſt Semira- Semiramis
mis uxor:quę glorię cupiditate flagrans:cum ter decies centenis milibus peditũ/
quingẽtis milibus equitũ/centũ milibus curruũ:ut Diodorus tradit/ in Indiam pe
netrauit. Indoq; flumine duorũ milium nauium ponte iuncto: quo tutius ingre-
di ac regredi poſſet: cõmiſſoq; cum Indis prelio/ſaucia hoſte ſupante fugiens: cũ
maior eoꝝ pars qui a cęde ſupfuerant pontẽ trãſiſſent:& ip̄a ſupato flumie reſcin
di pontem iuſſit:quo accidit:ut & qui in ponte erant/vi fluminis interirent: & qui
rates aſcẽderãt/magna ex pte ab aquis raperent̃:reliqs cum om̄ibus impedimen
tis prędę hoſtib9 relictis. Quanta hæc calamitas multarꝝ gentium fuerit facile qs
iudicabit:ſi multitudinẽ eoꝝ qui aut interiere/aut capti ſunt aīaduertat: maiorem
certe ptem exercitus amiſſam conſtat. Plures p̄terea expeditiões fecit ad vicinas
gentes expugnãdas: non abſq; magna earum calamitate. Secutum eſt poſtmodũ Pentapolis
regionis eius quę Pentapolis dicta eſt/in Arabię finib9 incendiũ: quo quinq; opu incendium
lentiſſimę urbes diuino iudicio ob eoꝝ nepharia ſcelera exuſtę ſunt/ atq; in ſteri-
lem puluerẽ redactę:quos Cornelius Tacitus refert fulmine cõcrematas. Diluui
um quoq; Ogygis tempe multas Achaię prouincię urbes & loca vaſtauit. Paulo
poſt ſecuta eſt in Aegypto fames: cui Moyſes prouidẽtia ſubuenit: multis tamen Diluuium
ea prouincia calamitatibus opp̄ſſa. Acceſſit deinde ad priorem Grecię calamitatẽ Græcię.
diluuium ingens/aquis a ponto ſupfluentibus:quod maiorẽ Theſſalię ptem ab-
ſumpſit. Quo tempe Deucalion hoīes dicit̃ reparaſſe:pp̄terea ꝙ multos ad mon
tana fugiẽtes loca protexerit. Aethiopiam inſup eo ferme tempe diram peſtem le
gimus afflixiſſe. Liber quoq; Indiam petens/non abſq; multoꝝ inſigni calamita
te opp̄ſſam/in ſuam ditionem redegit. Per idem tẽpus hiſtorię ſacrę ferunt plagas
illas in ultionẽ iudęoꝝ Aegyptũ opp̄ſſiſſe. Sceleſta deinde cędes qnq̃ginta filioꝝ
inter Danaũ & Aegiſtũ ſecuta eſt. Danai quoq; expulſio & ad Argos fuga:ubi a

Celeno receptus/ꝓditione illum regno expulit. Quis ignorat Buſiridis Aegyptij
equos cęde hoſpitũ paſcentis crudelitatẽ: Non ſunt ignota Tantali Pelopiſq; fla-
gitia: & Ganimedis raptus: ex quo maximum exarſit bellum. Terei Philomenę
Progneſq; fabula: & filius a matre poſitus cibus p̄ri: quẽ non ad lachrymas cõmo
uerent: Legite antiq; tragœdias: Troadẽ: Medeã: Aedipodẽ: Atreum: Hyolitũ
reliquaſq; ꝑmultas: quę tp̄m illoꝝ calamitatẽ continẽt: & ſęcula oſtentãt miſeraꝝ
plena. Nulla eſt in orbe terraꝝ gens: nulla natio: nulla ꝓuincia: quã non varia pe-
ſtis/diuerſi rerum caſus afflixerint: bella/peſtilentię/terręmotus/fames/urbiũ ex
cidia/mutatões regnoꝝ: nunq; permiſerẽt humanũ genus pace ab infinitis pene
calamitatibꝰ frui. Ante Alexãdrũ Macedonẽ Scythas/Parthos/Aſſyrios/Perſas/
Armenios: uniuerſam deniq; Aſiam dñandi ambitio/diſcordię/arma/inteſtinæ
contẽtiones/Imperia ad alios tranſlata multis ſæculis cõpꝑſſere. Nulla fides/nulla
pietas/nullum fędus/nulla humanitas in earũ gentiũ regibus & tyrãnis fuit: ſem
per mutua cęde craſſati ſunt. P̄res in filios/filij in parẽtes/fratres aduerſus fratres/
uxores in viros ad internitionẽ uſq; ſęuiertũt. Nam ut omittã Cyri Perſaꝝ regis a
Thamire interfecti obitum: ut Cambiſis: Xerſis Gręcię terroris: multoꝝ p̄terea re
gum cędes. Quid crudelius/qd inhumanius/qd miſerius excogitari poſſit: q̃ Da-
rium/cũ qnquaginta ſimul fr̄es Artaxerſis filios in p̄ris necem cõſpiraſſe: Ex quo
meriti ſupplicij pęnã ſubiere. Quid aũt imanius Ochi/ qui Artaxerſi ſucceſſit cru
delitate: qui fr̄es reliquos oẽs (70. hi numero erant) regnãdi gr̃a iuſſit occidi:
Dariũ ab Alexãdro ſuperatũ ſuoꝝ proditio ſuſtulit. Nolo inſidias/ꝓditiones/va-
ria tormenta regum ac tyrannoꝝ refricare v̄ris mentibꝰ/qbus ea ſunt notiſſima.
Hoc vere affirmarim: totã Aſiam varijs uſq; ad Alexãdri tp̄a calamitatibꝰ attritã
fuiſſe. Quę aũt maior calamitas Aſię unq; fuit/q̃ quę Xerſis regno cõtigit: Qui
cũ decies centenis hoĩm milibus in Gręciam trãſmiſiſſet: ſolus pene aufugit: oĩ
ferme exercitu ferro/fame/peſte deleto. Quid de Alexãdri geſtis dicam: Vniuer
ſum eius Imperiũ orbis totius ſpolijs/rapinis/incendijs/cędibꝰ prouinciaꝝ/& ur-
bium vaſtitate eſt cõparatũ. Poſt ipſius vero obitũ qua fęlicitate ſubactę a ſe gen-
Alexandri tes vixerint inſpiciamus. Legiſtis quot & q̃les inter duces tot regna fuerint parti-
ſucceſſores ta. Mirum eſt noſſe quanta inter oẽs diſcordia/quãta clades ſubſecuta eſt: quanto
odio decertarit: quãta gentiũ ſtrage ſit dimicatũ. Videnẽ ſane dedita opa in ſuam
& gentiũ illaꝝ mutuã ꝑniciem cõſenſiſſe: tam dubia ſane/tam infida/tam fallax
in ſucceſſionibꝰ fortuna fuit: ut nil ſęuius: nil calamitoſius excogitares. Adeo eñ
regnandi rabies viguit: ut etiam ſorores omiſſa naturę vi inuicẽ ad interitũ certa-
Romani. rent. Secuti ſunt poſt Romani: quoꝝ impio bello ſubacta Aſia pere cõpulſa eſt.
Nam ꝑtim extinctis/ꝑtim armis ſupatis/ꝑtim in amicitiã receptis regibus multo-
rum ſanguĩe/rapinis/urbium/nationũ/regnorũq; excidia Aſia in Romanoꝝ ſer
uitutẽ peruenit: qui quõ / quo iure/qua iuſticia/qua cõtinẽtia pp̄los gubernarint
Cicero noſter haud dubius eſt teſtis. Queſtus eñ ſępiſſime de auaricia atq; iniu-
Cicero rijs magiſtratuũ: plures ait ſocioꝝ urbes Romanoꝝ militũ hybernis/ q̃ hoſtium
armis eſſe deletas. Aſiam certe & oẽs ſibi ſubditos ſeruitute iniqſſima oppreſſe
Mitridates runt: q̃ re nil calamitoſius eſſe poteſt. Quid referã Ponti regem Mitridatem: qui
q̃draginta ferme annis cum Romanis bellũ geſſit: tandem victum ſupatumq; la
queo vitam finiſſe: Quid Antiochũ potentiſſimũ Aſię regem acie ſuperatũ: acce-
ptis victorijs arbitrio pacis cõditionibus maiori ex ꝑte regni poſſeſſione ceſſiſſe:
Tamburla nus Quid recenſeam Tamburlanũ (ita cognoĩabaẽ) ex Scythia cum innumera fera
rum gentium barbarie profectũ/tranſito Eufrate Aſiam omnẽ depopulatũ: Da-
maſcũ Syrię urbem nobiliſſimã ab ſe captam ſpoliaſſe. Cęſareã / Sebaſtiamq; de-
leſſe: Smirnã vi cepiſſe: inde in Scythiam reuerſum/ex pręda abducta urbem nobi
lem ędificaſſe. Ab eodem rex Teucrorũ: qui magnę parti Aſię imperitabat: acie

ſuperatus captuſqꝫ eſt:multa ſuorũ cęde:quem ille catea more beluę incluſum/in
ſpectaculum fortunę per uniuerſam ferme Aſiam circũduxit. Pręterea innume-
ras græcorꝫ urbes egregias:quę uniuerſum littus Aſię occuparant funditus euer
ſas. Armeniorũ/Medorum/Ponti/Perſarum/Aſſyriorꝫ/Lidorũ/cęteraqꝫ Aſię re-
gna extincta/penitus in paucorũ ditionem puenere. Ita non ſolum ciuitatum/ſed
regnorũ quoqꝫ ſtrages maxima facta eſt:quod pcipuum argumentũ eſſe dinoſci
tur noſtrę infœlicitatis. Oĩa profecto humana quantũuis ampla/ac magnifica
ſuum fatum ſortiunt:ut nil perpetuũ in noſtris operibus repiri poſſit. Quis unqꝫ
opinatus eſſet ex illorꝫ temporũ viris/Babylonem urbem tam pclaram tanto la-
bore/tanta impenſa/tot hoĩm milibus ędificatam/ullo unqꝫ tpe perituram? Mul-
ta referunt de murorũ ambitu:qui quinqꝫ & qdraginta fere miliaria cõplectabat.
Multa de murorũ amplitudine/latiori multo qꝫ qua duo ſimul currus ducerent.
Altitudinem quinquaginta cubitorꝫ fuiſſe ferunt. Turres ducentas & qnquagin
ta:quę latitudine atqꝫ altitudine mœniũ magnificentiã ęquarent. Cum per urbis
medium Eufrates flueret/urbem ponte quinqꝫ ſtadiorũ longitudinis miro opere
iunxit. Arces pterea duas ab utraqꝫ pontis parte cõſtructas:quarũ altera ſeptem/
altera trium milium paſſuũ ambitus erat adiecit. Hanc urbem uno anno ędifica-
tam tradunt:trecentis milibus hoĩm ad id opus electis:ac ſingulis ſtadijs uno cõ
fectis die. Additus eſt & hortus pẽſilis/opus inter ſeptem miracula orbis enume-
ratum. Tantę molis/tantę rerũ diuerſarꝫ magnitudinis parca veſtigia ſupſunt:
tam pclare urbis nomĩe in ea regione obliterato. Innumeris fere egregijs urbibꝫ
Aſia inſignis erat:quarũ hodie nulla extat memoria:nomẽ aliquibus in locis ur-
bium remanſit. Non recenſebo bella innumera per Romanos principes in diuer
ſis Aſię nationibus mota. Pauci enim fuerunt:qui nõ aut aduerſus Aſſyrios/aut
Perſas/Scythas/aut Parthos armis varia fortuna pugnarint:multi victores/plu-
res victi reperiunt. Traianus certe Armenios/Perſas/Scythas/Parthoſqꝫ ſupauit:
ademptiſqꝫ regibus oĩa regna in prouincias redegit. Antea M. Craſſus Parthis
intulit bellum:verum fraude captus & occiſus eſt. M. Antonius iterum eos cum
valido exercitu laceſſiuit:ſed ſumma cum ignominia abire rerum inopia cõpul-
ſus eſt. Ventidius Baſſus poſtmodũ Parthiam ingreſſus/illos cõmiſſa acie ſupe-
rauit:vaſtauit agros:egitqꝫ ut pacem poſtea ab Auguſto poſtularet. Quæ oĩa
eo ſpectant:ut palam ſit/ſemp Aſiam magna in miſeria verſatã. Pretereo urbis
notiſſimę Hieroſolimarũ deſolatõem ac vaſtitatem:quoniã notiſſima res eſt:tem
pli quoqꝫ magnificentiſſimi oĩm quę unqꝫ fuerunt ruinam:quoniã iudęorũ culpa
tanta calamitas cõtracta eſt. Verte te nũc ad oppoſitã Gręciam:& antiquos eius
annales reuolue:nullam gentem profecto reperies oĩm calamitatũ erumnarũqꝫ
uberiorem. Tragœdię certe oẽs quas Gręci ſcriptas reliquerũt/ſuorũ temporꝫ
miſerias cõtinent. Nunqꝫ pterea aut ab externis/aut domeſticis bellis ceſſarunt.
Hoc vere videor dicturus:eam gentẽ reliquarũ omniũ miſeriam exceſſiſſe. Con-
ſidera illius quondã urbes potentiſſimas Lacedęmonem/Athęnas Gręcię lumi
na:Thebas:Argos:Micenas:reliquaſqꝫ pclaras maritimas urbes/aut deletas ſun
ditus:aut in parua oppidula redactas. Inſpice terreſtres ciuitates pmultas nobiles
olim:nunc in puluerẽ verſas. Cõſidera pploſiſſimas quondã prouincias:Theſſa-
liam:Achaiam:Boetiam:Euboiã:Arcadiam:Ioniam:Peloponeſum terras nunc
a paucis incolis cultas. deſertas urbibus:quarum hodie aut nulla/aut parua appa
rent veſtigia humanę miſerię teſtes:cum conſtet ſplendidiſſimas in illis ciuitates
extitiſſe. Conſidera inſulas plurimas pploſiſſimas quondã:nunc deſertas atqꝫ de
ſtitutas. Sed quid ego urbibus deplorandis immoror? Macedonũ atqꝫ Epirotarum
regna:quorum multa infœlicitatis extant exempla ceciderũt. Legimus Alexan-
drum Phereum/cum ex Epiro in Brutios trãſiſſet/Romanos bello appetiturus

Babylon urbs maxi-ma.

Traianus

M. Craſſus

Ventidius.

Græcię de-uaſtatio.

Pyrrhus. apud Acheronta flumen: tranſfoſſum lancea occubuiſſe. Pyrrhum quoq; Epiro-
tarum regem cum bellum tranſuectus mare Romanis intuliſſet: victum abſceſ-
Perſes. ſiſſe Italia. Deinde in oppugnatione Argos tegula percuſſum interijſſe. Perſem
Macedonię regem noſtis bello a Romanis ſuperatum: captumq; Pauli Aemilij
triumphum vinctum cathenis aureis decoraſſe. Q. ſi tanta plurimorum regum
infœlicitas fuit: quid de cæteris extimandum: quorum quiſq; ſuo premitur ca-
ſu: Quid de vulgo iudicandum: in quo fortunam vim ſuam exercere ſapientes
cenſent: Omnes græcis finitimę nationes regibus ſuis carent. Sarmatę/ Thraces/
Hircani regno priuati in tyrannorum ditionē ceſſere. Scythę qui in Europa ſunt:
quos Tartaros vocant: diuiſis imperijs cōtinuis inuicem armis bellantur: vagi in-
ſtabiles/ Imperatores ſępius mutantes. Meſij/ Vngari/ Poloni/ Rutheni: cæteręq;
finitimę ad Septentrionem gentes ſemper inquietas ab armis fuiſſe legimus: &
aut alijs intuliſſe bellum: aut inter ſe diſſediſſe. Germania omīs ſemp̄ varijs tem-
peſtatibus iactata eſt: & vel proximos armis laceſſiuit: vel ſuo decertauit Marte.
Magna pars eius a Romanis haud paruis calamitatibꝯ ſubacta: ab Vngaris poſt-
modum ſępius populata eſt. Dacię/ Suecię/ Noruegię/ Gothorū regna & antea
ſemper/ & nunc quoq; aliquando ab uno/ quandoq; a pluribus regibus ſunt poſ-
ſeſſa. Neq; regnorū hę mutationes abſq; humano ſanguine & regionum deſo-
latione contigere. Germanis eſt cōtermina Rheno interfluente Gallia: haud qua-
q̄ et ipſa paruas aut breues perplexa calamitates. Nam vt priora relinquantur ſę-
cula: de quibus magis fabuloſa q̄ vera tradi poſſunt: ea tamen ſimili poſterioribus
C. Cæſar temporibus fortuna exagitatam credimus. C. Cæſar octo annos/ multo ſan-
guine/ varia clade/ lamentabili plurimarum urbium ruina/ prouinciarū vaſtitate
variarum gentium cęde afflictam: tandem Romano Imperio parere coegit. Libi-
dini poſtea ſeuitięq; diuerſorum Imperatorum paruit. Poſt Conſtantini Imperij
labentibus Romanis culpa principantium viribus: cum ſępius Galli ob auaritiam
crudelitatemq; Ducum/ qui illis pręerant defeciſſent: variamq; fortunam ex-
perti/ magnis cladibus eſſent debilitati: occaſionem exteris nationibus ad ſe inua-
dendam occupandamq; prębuerunt. Primum Franci gens barbara (e Sicambria
Franci ut ferunt egreſſi) cum Theodoſij Archadijq; Imperio in Germaniæ oppidis iux-
ta Rhenum conſediſſent: poſtea ratibus traiecto flumine/ cum Quintio & Hera-
Treueris clades. clio Romanorum ducibus apud Treuerim congreſſi: ſuperiores certamine dele-
to exercitu Duces interficiunt. Vrbem captam diripiunt atq; incendunt anno do-
mini ducenteſimo octuageſimo ſexto. Huius urbis ruinę Coloniam Agrippinā
adijciūt. Deinceps in interiorem Galliam profecti: Pariſius/ Senones/ Carnotum
reliquaſq; urbes atq; oram omnem (quæ ab eis Francia eſt appellata) occupaue-
Alemanni runt. Vandaloſq; bis Galliam populantes magna cęde attriuerūt. Poſt hos Ale-
manni a Germanis oriundi/ eum omnem tractum armis ſibi vendicauere/ inter
quem flumen fluit/ haud multum inde remoti. Cuius ab oſtio ad Alpes uſq; ſu-
Clodeueus. um nomen protenderūt: ab eiſq; eſt Alemannia appellata. Cum his Clodeueus
Francorum rex congreſſus: cum inferior eſſet viribus: voto ſuſcepto ſe Chriſtia-
num fore ſi viciſſet/ Alemannos ſuperauit: votūq; cum tota ſua gente opera Re-
migij epiſcopi viri ſanctiſſimi perſoluit. Aquitania inſuꝑ ab Theodoſio Gothis
cōceſſa eſt. Superueniſſere Burgundiones gens bello aſpera a Septentrionali pla-
ga progreſſi: eamq; portionem Gallię poſſedere/ quam hodie quoq; Burgundi-
am dicunt. Hi rege ſibi conſtituto/ magnam Gallię partem laceſſentes bello/ ſępi-
us cum finitimis acie dimicarunt. Tandem ab Imperatoribus Othone primo &
Northomanni. Conrado ſuperati/ poſt centum triginta quibus regnarunt annos/ in eorum ditio-
nem ceſſere. Northmanni poſtremo a boreali regione/ quam Northum appel-

lant egreſſi:varijs in locis Gallias populati ſunt.Hi primum Doreſtano iuxta Mo-
ſę oſtia emporio nobili deleto:per Ligerim fluuium Galliam aggreſſi : plures ur-
bes:in quis Nannetes/Andegauis/Turonis:pluresq; alię ferūtur:vi capiunt: ſpo-
liantq;:Lotharij Imperatoris tempore Anno domini octingenteſimo trceſimo ſe-
ptimo.Inde domum regreſſi/paulo poſt maiori manu redeūtes: perq; oſtium Se-
quanę rurſus Galliam vaſtantes:eam ſibi partem armis vendicauere : quæ nunc
ab eis ducto noie Normānia vocitatur : Rothomagūq; regni caput ſibi cōſtitu-
unt.Vbi cum regnaſſent diutius vicinis regionibus infeſti: Francorū tandem vir-
tute ſubacti ſunt/ atq; eorū regno additi. Vltimi Britones inſula Britannia ob in-
teſtina bella pulſi/eam Gallię maritimā oram petiuere/in qua Veneti erant: po-
ſeſſamq;a priori patria Britanniam dictitarunt.Hæc tanta varię gentis in Galli-
am inundatio quantam eius cladem ac vaſtitatem ſecum importaſſe putandum
eſt:Maximam profecto:atq; eam quæ exemplo ingentis miſerię noſtrę conditio-
nis teſtis eſſe poſſit.Sed neq; poſt Francorum ſtabilitum Imperium a Barbarorū
concurſionibus & bellis tuta Gallia fuit.Nam poſt Imperium in Germanos tranſ-
latum/Vngari bis Germaniam ac Galliam populati/non abſq; multorum homi-
num nece ac calamitatibus abierunt.Reges quoq; ipſi Francorū multis finitimo-
rum bellis exagitati ſunt. Secuta ſunt iam annos ultra trecentos inter Galliæ ac
Anglię reges bella continua:ex quibus quantum ſit ſanguinis multis prelijs effu-
ſum ętas tum ſuperior/tum noſtra proſpexit . Adde his bella pluſq; ciuilia:quæ
nouiter exorta inter Gallię principes:factione peſtifera pluribus annis viguiſſe/
paulo ante perſpeximus.Nullum certe abfuit ab eis calamitatis/aut crudelitatis
genus.Quæ res aperte oſtendunt: ea maxime ratione conditionis humanę mi-
ſeriam fuiſſe euagatam.Quid de Britannię inſula dicemus : Nonne & ipſam va- Britannia.
rijs tempeſtatum iacturis longo tempore concuſſam legimus ; & extrema pene
excidia perpeſſam.Mitto ea tempora quibus Romanis paruit : nō abſq; magna
clade libertate amiſſa: cumq; ſepius ab Imperatoribus deſciuiſſet/multo cum ſan-
guine defectio caſtigata eſt.Excuſſo autem penitus Romanorum iugo : varijſq;
inter eos exortibus regibus cum mutua cęde ac urbium vaſtitate ſeuirent:Angli
tandem noua ab Germania gens profecti:in inſulam tranſgreſſi : cum vnius fa-
ctionis tutelam ſuſcepiſſent:victis poſtmodum pariter & victoribus imperarūt.
Ex quo amiſſo priori nomine in Anglorum nomen ditionemq; inſula bis cōceſ-
ſit.Neq; tamen poſt inteſtinis diſſenſionibus caruit. Nam & paulo ſupra trecen-
teſimum annum moto inter eos bello:dux Normānię Guilelmus ab altera facti-
one vocatus/regno potitus eſt:& noſtra ætate/mutatione/cędeq; regum & prin-
cipum plurimū ſanguinis ſparſum fuiſſe nouimus.Nunc ad Iſpanias: quæ haud
parua Europæ portio eſt digrediamur.Omitto antiquas miſerias / quas a tyran-
nis priſcis temporibus paſſa eſt.Diomedem ab Hercule mactatum tradunt fabu-
lę equos humanis carnibus nutrientem.Tranſeo Titanas & omnes ſuperiorum
temporum tyrannos.Poſteaq; Carthaginenſes Romaniq; regnare atq; impera-
re cęperant:amborum facta preda multis ſæculis continua bellorum ſtrage de-
bilitata:tandem armis ſubacta Romanis diutius paruit : a quibus ſolita auaricia
atq; libidine tractatos extimandum eſt.Labēte Romano imperio/Vandali gens
Alarico duce Iſpanias depopulati ſunt.Gothi poſtmodum Roma capta ac ſpoli- Gothi.
ata cum in Aphricam tranſiſſent/in Iſpaniam exinde traijcientes/annos in ea cir-
citer ducentos ſexaginta regnarunt . In ditionem poſtea peruenit Mauritano-
rum : qui eam uſq; ad Caroli magni tempus tenuere : varia uſi in omne genus
crudelitate. His Carolus bello ſuperatis / prouinciam a Barbarorum ſeruitute

liberauit. Ab Aphris poſtmodum maior eius pars oppreſſa eſt. Hodie quoq;
Mauri partem maritimam tenent/Regnum Granatæ nouo nomine appella-
tam. Ea quoq; ora omnis/quæ Arogonia & Valentia dicitur/paulominus du-
centis annis a Barbaris recuperata eſt. Et item beleares inſulę: quę illorum ditio-
nis erant factę. Signum eas regiones a Barbaris fuiſſe poſſeſſas/id eſt præcipuū:
ꝙ maritima omīs ora a Mauris incolitur: qui in ſua perfidia perſeuerātes tributū
regibus Chriſtianis perſoluūt. Harum tot tantarūq; mutationū varietates haud
dubiam cõiecturam prębent: Iſpanos omīs nunq; vitę miſeria vacaſſe. Tranſea-
mus ad oppoſitam Aphricam ſi libet: & qua fœlicitate diuerſis dominis paruerit
perſcrutemur. Eius magna pars Libya Aethiopię finitima continetur. Aphri de-
inde Numidę/Getuli/Mauritani/Meſuli: quę prouincię diuerſis quondā regibus
paruerunt: ab his omībus plus q̃ barbarica tyrannide oppreſſi fuere populi. alie-
norū enī appetitu continuis in bellis ob regū alienarū appetentiū libidinem verſati
ſunt. Primū Gorgonū gentem tradūt in Aphrica regnantem/a Perſeo Iouis filio

Amações.

victam. Ab his deſcenderūt Amaçones libycę armis aſſuetę: quę nō ſolū Aphri-
cę infeſtę fuerunt. ſed in Aſiam tranſeuntes/magnam illius partem ſunt depopu-
latę. In Aphrica vero plures ſibi ſubigere nationes. Atlantides ab eis cum pluri-
bus imperarēt urbibus uſq; ad pubertatē interfectis deſtruxere: crudelius q̃ par
erat ad terrendos finitimos victoria uſę. Cum his conſtituta pace/regina earum
Mirrhina exercitu triginta milium peditū/duorū milium equitum fulta/ad gen-
tes propinquas arma vertit: quibus acie ſuperatis: uſq; ad Herculis aduentum/a
quo regnum eorum deletum eſt/in Libya regnarunt. Titanas antea Dionyſius

Carthagi-
nenſes

omēs vicerat. Reliquę Aphricę prouincię uſq; ad Carthaginenſium tempa regi-
bus/qui & ipſi bella inuicem excitabant paruere. Secutum eſt deinceps Imperiū
Carthaginenſe: quod non abſq; multorū calamitate comparatū eſt. At hi termi-
nis Aphricę non contenti/Iſpaniam multis miſerijs affecerūt: arma in Siciliam ac
Sardiniam verterunt: & ubiq; incerto Marte mutuaq; pernicie bellatum. Secuta
ſunt deinceps primū/ſecundū/ac tertium cum Romanis bella grauiſſima: in qui-
bus quantū fuerit ſanguinis humani effuſum mirabile videt̃ dictu. Ea certe bel-
la non ſolum Carthaginis/ſed totius Aphricę ruinam ſecum traxere. Quadragin-
ta ferme annis Carthago cum Romanis terra mariq; certauit. tandem ſubacta/ca-
pta/incenſa/euerſa eſt: quo nil crudelius excogitari potuit: q̃ urbem tam magnifi-
cam/tam potentē/tantis rebus geſtis ꝓclaram/ſpoliatam/deletam/euerſam/nul-

Carthago
deleta.

lum maximarū miſeriarum genus effugiſſe. Viginti duo milia paſſuum urbem
ambitu complexam tradunt: duo milia arcis muros. Decem & ſeptem diebus uni-
uerſę urbis ędificia ignis abſumpſit: maximum documentū humanę calamitatis.
Tot tamq; aſpera bella: quibus magna cum ſuorum ſtrage ſuccubuerunt: tot tan-
torumq; tum principum/tum exercituum amiſſio ac trucidatio: tam ſęuus urbis
adeo magnificę interitus: tot ędificiorum conflagratio: tot milium hominū flebilis
ſeruitus: nonne inſtabiles fortunę opes/fragilem atq; imbecillem humanę ſortis
conditionē/miſeram vitę noſtræ rationē oſtendūt: admonēt q; nihil tutū in hoc vi-
uendi curriculo a calamitatibus eſſe poſſe? Adijce his regis Syphacis captiuitatē:
victus enī prelio ī Scipionis poteſtatē cū deueniſſet: Romam cū reliquis captiuis

Iugurtha

miſſus/Tibure defunctus eſt. Poſt obitū Maſiniſſę regis Numidię/Iugurtha do-
lo & fraude regnauit: ac ſpe bello victus/cū viuus in ditionem Marij ductus/vin-

Carthago
reparata.

ctus ante triūphantis currū ꝓceſſit: pauloq; poſt e ſaxo tarpeio deiectus obijt. Re-
ſtituta poſtmodū Tiberij Gracchi decreto Carthago eſt: & colonia eo miſſa. Non
tamen eam urbem prouinciamq; pace diutius licuit frui. Antea pompeij/poſtea
Cęſaris bellis ciuilib9 lacerata eſt. Secuti ſunt Vandali Gothiq;: a quibus longo
tēpore poſſeſſa Carthago: demum a Belliſario liberatam legimus. Varijs deinde

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝗſſata moleſtijs / iterum Barbaroꝝ qui Saraceni dicuntur / crudelitate deleta ac
proſtrata adeo fuit: ut pauca eius veſtigia ſuperſint. Non eſt omittenda Cypri Cyprus
opulentiſſimi quondā regni vaſtitas deflenda: quā paulo ante trigeſimū annū ſci
mus contigiſſe. Claſſis regis Aegyptij / quem Soldanū vocant: eam inſulā inuaſit:
occurrentē ex improuiſo regem capiunt. Nicoſiam urbem regni caput / oēmq; in
ſulam p̄ter pauca munita oppida ſpoliant: prędam regemq; in Aegyptum aſpor
tant. Rex pactus dare tributū quotānis: in inſulam desertā / ipe oīm rerū inops re-
uerſus eſt. Graues admodū deflendiq; videnť: quos cęterarū gentiū atq; urbium
retuli caſus fortunę ſęuitia iſignes. Verum in urbis Romę Italięq; ruinis aſperius
tractata / illius aſperitas videť: quas ego tanq; in extrema acie reſeruaui: ut non ſit
mirandū: eas prouincias quę Vrbi patuerunt collapſas ac ꝓſtratas fuiſſe: cum re
ginam orbis Romā / & gentiū impatricem Italiam tam fęde laceratā ac vexatā cō
cernant. Italiā ante urbem conditā fuiſſe ſemꝑ tum ab externo / tum a domeſtico Italię deſcri
inquietā legimus. Plures eius maritimas oras & mediterraneas gręcę natiōes oc- ptio.
cuparunt. A ſupo mari Mantua / Patauiū / Ancona ab externis conditę: qui & ipi
Troiana ſtirpe oriundi erant. Ab infero Luna / Piſę / Populonia / Cumę / Neapo-
lis / Tarentū / et oīnis tractus maritimus: qui ad Gręciam vergit gręcoꝝ urbes eſſe
dicunť. Saturnus antea ad Italiam fugiens / primus ea loca tenuit / ubi nunc mons Saturnus
eſt Capitolinus. Poſt hunc Euāder palatium ędificauit: ibiq; cōſtituit regni opes. Euander
Poſtmodū Aeneas ꝯ Latiū nauibus delatus / nō abſq; bello: qđ Turnus mľto ſan Aeneas.
guine excitauit: Lauiniū ſibi ſedem / cōcedente latino rege / delegit. Latiū / Arcades
& Pelaſgi inhabitarūt: quibus Vmbri ſuis ſedibus exacti ſunt. Agilla quoq; urbs
a Pelaſgis / & Cora a Dardano Troiano cōditę. Etruſci uſq; ad Alpes Imperiū ꝓ-
tenderunt: oīnibus his locis ſubactis / quę poſtea Ciſalpina gallia vocitata eſt. Te
nuerunt quoq; oēm eam regionē / quę ad ſupum mare protendiť: ędificata in litto
re maris urbe quam Adriam dixere: a qua & mare nomē traxit. Ttranſcenderūt
poſtea ſupatis Alpibus in Italiam ſępius Galli / Senones / Inſubres / Boi: qui pulſis Romana
Etruſcis / oēs regiones in qbus nunc Lombardia eſt / uſq; Ariminū arma pene- clades enu
trarūt. Secuta eſt Roma urbs a Romulo cōdita: quę flagellū nō ſolū Italię ſed toti meratur
us orbis veriſſime dici pōt. Nā dum imperiū amplificare cupit / & vicinos quoſq;
ſubigere: infinitarū urbium ruina / & militaꝝ ꝓuinciaꝝ vaſtitate / plurimarū gen-
tium pernicie in tantā molem Imperij deuenit: ut ſuo pondere ruere ſit cocta. Sed
dum Romani ſibi vicinos ſubdere conanť: ab externo hoſte appetiti / magnis cla-
dibus extremū declinauerūt fortunā. Antea Galli: tum Pyrrhus multum Itali ſan
guinis duobus prelijs effuderūt. Tum maxime Hānibal q̄ttuordecim annis Ita-
lię / atq; Vrbis viribus attritis / pluribuſq; urbibꝰ captis ac deletis: vaſtitas Italię ap
pellari poteſt. Supuenere deinde Cymbri / & ipi magna Romanoꝝ militū cęde in
Italiam profecti: quibus niſi virtus Marij obſtetiſſet / actum de Imperio Romano
fuiſſet. Sociale deinde & ſeruile bella ſunt excitata: nec niſi magnis ſedata cladi-
bus & pluriū urbium ruina. Verum plures Vrbis q̄ Italię tempeſtates fuiſſe vi-
denť. Nunq; eñi a priuatis diſſenſionibus / nunq; ab inteſtinis certaminibus / nūq;
a domeſticis contētionibus / nunq; aut externis / aut ciuilibus quieuit bellis. Dum
regibus paruit / adeo illis virtus ciuiū inſenſa erat: ut Brutus animi magnitudinē
ſtulticię ſimulatione tegere cogeretur. Libertate parta / noſtis plębis ſeceſſionem:
noſtis eius & patrum diutina certamina: noſtis ſeditiones tribunorum / ac inter
eos & patres uſq; ad cędem diſſenſiones: noſtis & optimorum / & bene de repu.
meritorū ciuium exilia: ut ſemper vexatam tum a bellis / tum a domeſticis cōten
tionibus Vrbem fuiſſe conſtet. Quid enarrem in Italia / Iſpania / Gallia / Germa-
nia / Aſia / Aphrica / Europa / Gręcia duces Romanoꝝ ſupatos: exercitus: fugatos
ac cęſos: trucidatos Impatores: ſanguinē per orbē ſparſū: varia piculoꝝ diſcrimia:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝗbus ſemꝑ urbs fuit expoſita. Quid recenſeā infinitas pene urbes iniquo Marte
abſumptas: ꝓuincias cultoribꝫ deſolatas: deletas nationes? Quid vero loquar de
bellis ciuilibus tam ſęuis: ac nefandis/ ꝗbus romana urbs eſt lacerata? Mirū dictu
videt̃ quantā cladem/ quantā peſtem/ quantū incendiū in Vrbe/ Italia/ toto deniq
ferme orbe terrarū excitarint. Sępius inter ciues armis eſt certatū cum magna ci
uium internitione. Q̃ luctuoſum/ q̃ deflendū/ q̃ deteſtabile ſpectaculū erat: con
ſpicere in foro/ in roſtris/ in curia affixa proſcriptoꝝ capita: & haſtam illā ſub qua
damnatoꝝ ciuiū bona veniebant? Nullū tamen crudelius/ nullū execrabilius ter
tio bello. quo libertas penitus amiſſa eſt: quo tempe q̃ttuor milia ciuiū unico edi
cto proſcripta vario ſupplicio perierūt. Quantā cędem tum ciuiū/ tum externoꝝ
fuiſſe putandū eſt. in Pharſalia: in Aphrica: Iſpania: in ipa urbe: cum Marij/ Syllę/
Carbonis/ Cynnę crudelitas ciuium ſanguinē ſitiret. Mitior Cęſaris victoria fuit:
pernicioſior triumuirorū/ qui rempu. oppſſere. Miſerrima ꝑfecto illoꝝ temporū
cenſenda conditio eſt: ꝗbus nil iuſtū/ nil ęquū/ nil ſanctū nil fidum/ nil tutū/ nil cuiq
exploratū erat (redūdabat em̄ vndiq crudelitas) quo certū vitę ſibi terminū cōſti
tuere poſſet. Veriſſime teſtarer ſi opus eſſet: raro maiorē vaſtitatē Vrbem atq Ita
Hānibal liam ęſſe ꝑpeſſam: q̃ eam quā Hānibal importauit. Teſtes ſunt exercitus ad Tre
biam: ad lacū traſimenū. ad Cānas: ad Brucios: multiſq alijs in locis occiſi. Teſtis
eſt Capua urbs nobiliſſima per vim recepta: quę ciuibus partim trucidatis/ parti
diuenditis crudelē in modū dilaniata eſt. Teſtes ſunt reliquę Italię urbes permul
tę: quas eo bello hoſtilis furor euertit. Nullo unq antea tempe/ nulla ętate adeo
Auguſtus Cęſar Italia lacerata eſt. Secutus eſt poſt tot clades Auguſti Cęſaris pricipatus: cuius im
perio paulū a bellis Italia quieuit: ſed ꝓuidentia atq ope id accidiſſe cōſtat. Subie
re deinceps in Imperiū pleriq: non hoies/ ſed portenta nequiſſima ad ꝑniciem ho
minū procreata: Tiberij: Caligulę: Nerones: Vitellij. Domitiani: pluręſq preterea/
qui tanq tyrāni nequiſſimi nihil niſi crudele/ vaſtum/ inhumanū/ deteſtandū: nihil
niſi de delenda urbe atq Imperio cogitarent: adeoq vires Imperij labefactarent
flagitijs: tum virorū excellentiū cęde debilitarent/ ut nulla ſequentiū principū (ſi
qui boni dabant̃) virtute inſtaurari eorum imanitas poſſet. Ita nō Imperatores/
ſed immanes feritate beſtię ad interitū Vrbis/ ad Italię vaſtitatem/ ad prouinciarū
omniū perniciē/ ad clariſſimorū hominū necem tm̄modo nati intentiq videbant̃:
quos a ſanguie ac pernicie hoim magis ſatietas retraxit q̃ volūtas. Adijciamus
licet cęteris Vrbis calamitatibus ignis damna: quo ciuitas fere oīs deleta eſt. In
Incēdia Romę. cendiū prius Nerone impante/ oīa ferme antiqua illa abſumpſit ędificia: omnē
priſtinū monumentoꝝ decorem: oīa templa ſubuertit. Ex. xiiij. regiōibus ſeptē
ſolotenus delete/ trium paucoꝝ tectoꝝ veſtigia ſupſuere: q̃ttuor integris relictis
quas & ipas Veſpaſiani tempe ſimiles incendij labes euertit. Secuta eſt extrema
Conſtantinus. Vrbis & Imperij peſtis Conſtantinus: qui Roma tanq nouerca relicta/ abiectaq
illius oīi cura: nouā Romā in Thracia/ ubi Byſantiū erat fundauit: qua ex re ru
inę Vrbis/ excidij Italię/ Imperij debilitādi occaſio data eſt. Duo pro unico Impa
tores creabant̃. cum nequaq tanta in uno eſſet virtus/ ut ſolus maieſtatē Imperij
tueretur. Hinc oīa mala emanarunt: pro uno monſtro duo ſunt excitata: qui vi
ros illuſtres/ ſapientes pace & bello utiles tanq peſſimi carnifices interfici ꝑcipie
bant. Quo factū eſt: ut cōfractis Imperij opibus: deficientibꝫ ſapientū conſilijs fa
cultas daret̃ Barbaris nationibus ad Italiam trāſeundi: utq multę ꝓuincię ad ex
cutiendū iugū imperātiū crudelitate ad defectiōem impellerent̃. Miſerrima ꝑfecto
fuit & Vrbis & Italię fortuna: q̃ tam malis principibꝫ: nō Italis/ ſed ſemibarbaris:
tā ſęuis tyrānis parere cogerent̃. Deflendę vident̃ m̄ltiplices q̃s retuli ſupioꝝ tpm
calaītates. ſed crudeliores m̄lto atq acerbiores q̃ ſunt poſtmodū ſecutę. Nā centū
ferme ānis Vrbs romana q̄nquies a Barbaris nationibꝫ capta ac direpta eſt. mag

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nã cum totius Italię ruina. A Gothis/qui per Pannoniã Honorij tempe in Italiã Gothi
deſcenderunt:primũ Alarico:deinde paucis poſt annis Aſtulpho/qui ei ſucceſſe-
rat Ducibus captã/ſpoliatã/direptãq; fuiſſe cõſtat. Hunni poſtea Genſerico duce Hunni
ex Aphrica (quo ex Iſpania traiecerãt) nauibus in Italiam adducti: Romã occu
pant ſpoliantq;: annos ferme quadraginta poſt Vrbem ab Alarico antea captã.
Hic per Campaniã quã cum multa urbiũ ruina depopulatus eſt. in Aphricã cum
preda reuerſus: Eudoxam ante Valentiniani uxorẽ ſecũ duxit. Odoacer deinde Odoacer
Thurcilingorũ Herculorũq; rex Italiã petens: ſupato apud Ticinũ Oreſte patri-
cio: Auguſtuloq; ab Impio deiecto/Roma potit. Sed a Theoderico rege Gotho
rum. xi. poſteaq; Italiã Vrbemq; ingreſſus erat anno apd' Rauẽnam interfectus
cauſam pbuit Gothorũ ducibus/qui ſibi Rauẽnę ſedem regni cõſtituerant/Italiã
vaſtandi. Totila poſtmodũ rex horũ oĩm crudeliſſimus: ſuorũ reliquijs in unũ co- Totila.
actis: poſt multarũ urbiũ cladem/in quis nrãm hanc ciuitatẽ fuiſſe tradunt: Vrbẽ
abſe obſeſſam ac fame ad deditionẽ cõpulſam truculentius q̃ cæteri diripiens:
muros euertit: domos incẽdit: captiuos abduxit: tanta uſus crudelitate: ut Roma
40. dies abſq; habitatore ullo pmanſerit/feris tñ & beſtijs habitaculũ facta. Inde
paulo poſt ad Vrbem reuerſus mitiori animo impauit urbi/adeo multis calami-
tatum tẽpeſtatibus debilitatę: ut nihil pter nomen priſtinę imaginis teneret. Dein-
ceps tum Gothorũ regibus aliquãdiu paruit: tum varijs Impatoribus ac tyrãnis:
quorũ libidini expoſita/non ſolũ imperiũ amiſit: ſed vix ſe alienis viribus ſuſtẽtat.
His Vrbis Italięq; vaſtitatibꝰ Longobardorũ inundatio acceſſit/gentis Barbarę Lõgobardi
ac ferocis: quę magnę Italię portioni dñata eſt. Oẽm quippe Ciſalpinę gallię regi-
onem: quę nũc Lombardia eſt ab eis cognoiata: oẽmq; ſuperi maris ferme tractũ
ab Rauẽna Beneuentũ uſq; tenuere. Ducentos paulo amplius annos in Italia re
gnarunt: & Romanis & ſummis põtificibus multorũ cum pnicie infeſti. Quo ac Pipinus.
cidit ut ad cõprimẽdas eorũ iniurias: tum Pipinus/tũ Carolus (qui poſtea eſt Im- Carolus.
perator factus) in Italiã acciti: deuicto Deſiderio eam a Longobardorũ ſeruitute
liberarent. Maurorũ quoq; multitudo ingens & antea & paulo poſt Italiam iam
debilitatã inuaſit: Beneuentũ ac Niceriam/pluresq; vicinas urbes ab eis vi captas
diutius tenuere. Euerſa Portuenſi ciuitate romanũ agrum ſepiſſime incurſantes:
Baſilicã ſancti Petri oĩbus ſpoliarũt ornamentis. Quare pmotus tertius Leo pon Leo papa.
tifex/vaticanũ muro cinxit. quo tutior eſſet locus a Barbarorum incurſu. Neq; ta
men deuictis Lõgobardis/aut Mauris expulſis quies Italię data eſt: aut Vrbi pa
ce frui licuit. Nam poſt imperiũ Carolo demandatũ: pars grecis Impatoribus/ps
ſucceſſoribus Caroli parebat: qua ex re diſſenſiones ac bella tum in Vrbe/tũ alijs
in locis exoriebant. Plures in Italia tyranni/reges/Imperatores deinceps fuerunt:
a quibus ſemper vexata atq; exinanita eſt. Ea parte Italię/quam hodie regnũ Ne
apolitanum appellant/bello inteſtino feſſa/altera factio viribus inferior auxi-
lium a Roberto ac Ricardo Normannorũ ducibus: qui eo cum pluribus ſuę gen-
tis militibus ante milleſimũ & trecenteſimũ annum tranſuexerant petiuit. Cum di
utius inter eos bella vigerent: qui Normannis ſucceſſerunt Duces per aliorũ ca-
lamitates ſuas opes adeo armis auxerunt: ut poſtea Rogerius per Anadetũ pon
tificem duobus de regno certantibus rex ſit factus. Id regnum poſtea bello ſepiſ-
ſime appetitum/& ad noſtram uſq; ætatem diuerſę gentis reges in eo haud par-
uo certamine regnarunt. Finitimę regno prouincię: quę in ditionẽ Romanę eccle
ſię conceſſerunt: qua fruant quiete/ipſi ut de ſuperiorũ temporũ conditione ſileaũ
conſpeximus. Etruſci frequentibus inter ſe bellis hactenus pugnarunt. Nulla ci-
uitas Etruſca eſt: quam non domeſticę exagitauerunt factiones: quoad hæc no-
ſtra urbs magna illius parte potita eſt. Sed uſq; ad hoc tpus appellare poſſumus
prouinciã inquietam. nunq; eñ poſt trecenteſimũ annum contigit: ut non aliqua

Ianua. eius ciuitas/vel domeſtico/vel externo bello laboraret. Ianua Ligurum urbs hó
die mari plurimū potens/paulo ſupra quingenteſimū annum claſſe Maurorū ca
pta/popſata/atq; euerſa eſt. Lombardię ( quę ita dicitur ) urbes. tum imperatorū
tum tyrannorū: quibus ſubditę fuerunt longo tempe ſęuitia ſunt afflictę: ut de ſu
Fridericus primus perioribus eorꝫ malis taceam. Fridericus primus urbem Mediolanū triennio ob
feſſam fame ad deditionē compulit: in qua incenſis tectis/dirutis ędificijs/ ciuibus
captis eius ſęuitia debacchata eſt. tantę vaſtitati Papiæ/Placentięq; addidit ruinas.
Nonullę pterea ab Imperatoribus obſeſſę captęq; ciuitates diuerſis malis cōflicta
tę ſunt: pauca eius gentis loca vel Imperatorū/vl tyrannorū/ qui ſua quiſq; oppi
Açolinus da per vim ceperat vitare potuit crudelitatē. Açolinus Romanus vir oim crudeliſ
ſimus: cum paulū ſupra centeſimū annū Patauij tyrānidem occupaſſet: ad unde
cim milia ciues in unum locū ſub ſpecie cōcilij coactos cōbuſſit igni. Tandem ur
bem dudū bello fatigatam/una cum eius principe Franciſco comes virtutū cepit:
pauloq; poſt eodem noīe filius cum recuperaſſet: non multos poſt annos Veneti
longa obſidione feſſam receperūt. Dedit eam Franciſcus Dux ( qui Venetias cū
duobus filijs deductus in carcere poſtmodū ſtrangulati ſunt ) non paruū veſtigiū
qlis ſit fortunę fides. Nulla fere Ciſalpinę gallię ciuitas/aut barbarorꝫ/aut Italo
rum obſidionē direptionēq; effugit. Patauiū/Verona/Brixia/Mediolanū/Ticinū
Cremona/Parma/Placentia/Mutina: reliquę quoq; eius prouincię urbes ſuū fa
tum expertę frequentes ſubiere calamitates. Nos ipi hoc noſtro ſæculo quotiens
Italiam bellis flagrantē vidimus? Quot ciuitates tum hoſtili rabie/tum domeſti
cis factionibꝫ abſumptas? Poſſem referre bella quę inter nos/& vicecomitū fami
liam iam annos nonaginta/in quibus oīs ferme Italia cōphenſa eſt/viguerūt
niſi longa futura eſſet hiſtoria. Quid loquar de Sicilia: quę portio Italię habetur: ne
go ullam urbis partē crudeliores tyrānos exptam. Apto pterea eſt undiq; mari &
oim cupiditatibꝫ expoſita: ut oēs in eam pyratę impetū faciant. A Grecis/a Car
thaginenſibꝫ/a Romanis poſſeſſa/diruta/ac lacerata eſt: & infinitis pene calami
tatibus cōfecta: ut miſerrima illius cōditio oī tempe fuiſſe videat. Poſſem inſup
cęterarū nationū recēſere & domi & foris arma multorū ſanguīe excitata. Quid
crudelius bello ciuili: quod inter Gallicos dudū magna cum pernicie & hoim &
urbium eſt exortū? Poſſem his adijcere regni Bohemorū partiūq; ppinquarū de
flendam multorū ſtrage hominū calamitatē. ſed vereor ne hæc ipa quę retuli audi
endi vobis attulerint ſatietatē. Hoc unū dixiſſe ſat erit: nullā unq; ætatem/ nullam
orbis ptem/nullam gentem a miſeria fuiſſe intactā: ſed cōtinuis ſubiectam calami
Mattheus. tatibꝫ extitiſſe. Hic Mattheus: ptermiſſa ſunt a te inquit Poggi grauiora ac per
nicioſiora/ut mihi qdem videt/damna malaq;: qbus terrarū orbis eſt cōflictatus:
Poggius in quibus maxima clades continet. Quęnam ſunt iſta grauiora inq; a me omiſſa?
Mattheus. Tum Mattheus: Peſtilentię inquit/fames/terręmotus: quibꝫ plurimę maximęq;
ciuitates euerſę ſunt: & ingens ſtrages hoim cōſecuta. Nam ut ea paucis a me re
cenſeant: quid crudelius/qd miſerius dici aut excogitari poteſt terręmotibꝫ: quibꝫ
diuerſis tempibus varijs in locis urbes fuiſſe legimus pſtratas? Aliquibus annis
Terręmotus varij. quieuit a bellis Aſia a tpe Mithridatis: At interim adeo quaſſata eſt terręmotibus
regnū eius: vt plures urbes & centū viginti hoim milia periſſe dicant. Auguſti tē
pore Trallis in Aſia/in Cypro plures urbes motu terrę cōciderunt. Impante Tibe
rio tredecim Aſię ciuitates (in quis Apollonia/Epheſus/Magneſia/Sardis/Cęſa
rea/Philadelphia/Oſtene/Gechiero/ Tmolus/ Tenus/ Cyme/ Mirona/ Diahirca
ma ) ſimili motu ſunt abſumptę. Bitynia quoq; in Saluatoris paſſione concuſſa.
Sub Neronis impio Laodiciā/Hierapolim/ Colaſſem motus ſilis pſtrauit. Tres
inſup Veſpaſiani principatus urbes euerſas cōſpexit. Eadem clade ſub Traiano
quattuor urbes periere: Elea/Mirea/Cyme/Pytane: & Antiochia ſubuerſa. Hęc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

driani quoqꝫ ętas terręmotus damna ſenſit in Cæſareę ac Nicopolis ruina. M. prę-
terea Antonini imperium ſuis cladibus fuit inſigne. Nam & Smirna urbs conci-
dit: & in Tyro ac Sidone ex ędificiorũ collapſu multa hominũ milia tum debilta-
ta / tum extincta ſunt. Quod idem contigit imperante Conſtantio Conſtantini fi-
lio in multis Aſię urbibus: in quibus horribili motu terrę plura hominũ milia inte-
rierunt. Hanc cladem Nicomedia funditus euerſa ſecuta eſt: vicinis quoqꝫ urbibꝰ
magna ex parte collapſis. Valentiniano ac Valente regnantibus terræmotu per
uniuerſum orbem facto: mare litus egreſſum / Sicilię multarũqꝫ inſularũ urbes cũ
innumerabili populo oppreſſit: Nicæaqꝫ denuo penitus euerſa. Archadij Hono-
rijqꝫ ætate plurimas Europę regiones motus terrę quaſſauit: ac maiorem murorũ
acturnium urbis partem / plurimaqꝫ ędificia tum publica / tum priuata euertit. Et
quoniã Europę mentionẽ fecimus: ipſa ſua damna paſſa eſt. Nam in Pelopõneſſo
Iſocratis & Platonis tẽpe Elicem & Buram urbes Euboiæ maritimas cum habi-
tatoribus terrę hiatus abſorbuit: & ubi antea urbes erant / nunc mare nauigijs per-
uium factum. Et Amyclę a ſerpentibus deletę. Opunciorũ inſuper / ac Noricorũ
treſqꝫ / prӕterea Galatarũ urbes ſub Traiano motu terrę dirutę. Simili peſte Dir-
rachium eſt collapſum. & plures Campanię urbes euerſę. Vbi pontinę ſunt palu-
des plures fuiſſe urbes tradunt. Rauenna his adijcienda eſt: quam maiori ex par-
te prolapſam ferunt. Dictum eſt a te antea diluuia magnam partem maritimæ
Græcię vaſtaſſe: ſed & Bitynię quoqꝫ oppida cõplura ob continuã pluuiã aquarũ Inundatio
inũdatione diſſoluta ac collapſa ſunt. Adijci tot tantiſqꝫ calamitatibus poſſunt pe- Bitynię.
ſtes & fames: quibus multi mortales periere. Vrbem certe Romam cum a Totila Fames hor-
obſideret / adeo oppſſit: ut multi natorũ corpora mandere cogerent. Quod idem ribilis
in obſidione Hieroſolyme contigiſſe Euſebius auctor eſt. tanta em̃ fames in ciui-
tate viguit: ut mulier infantem filium igni aſſum mandens ſit reperta. Multa cer-
te milia hominũ in ea periſſe fame legimus. Peſtis etiam Heraclij ut opinor tẽpe Peſtis
adeo percrebuit: ut multis diebꝰ ultra decem milia hominũ interirent: adeoqꝫ vis atrox
morbi grauis fuerit / ut plures velato capite ſe in Tyberim proijcerent. Sed quid an-
tiquiora narro? Nup cum rex Anglię Rothomagũ Gallię urbem obſideret: tre-
decim milia hominũ paucis diebus fames abſumpſit. Idemqꝫ pluribus ciuitatibꝰ
propter obſidionem legimus accidiſſe. Nullo modo ſingularũ urbium pcurram
calamitates. Refert Plinius tres & quinquaginta populos antiquo in Latio dele- Plinius.
tos: quorũ nulla extat memoria. Similes & his maiores multo clades reliquas or-
bis partes ppeſſas iudicandũ eſt: quæ quoniã lr̃arum luce caruerunt in obſcuro la-
tent: quę recenſui ſcriptorũ monumẽta clariora reddiderũt. Vbiqꝫ em̃ terrarũ cœle-
ſtia vires ſuas oſtendunt. Nulleqꝫ ob eam cauſam regiones terrę motus / peſtilen-
tias / famem / bella / ſeditiones ſubterfugere valuerunt: quo patet totius orbis cala-
mitoſam vitam fuiſſe: & hac cõmuni miſeria omnem eſſe comphenſam humani
generis ſocietatem. Quæ cum dixiſſet: Tum ego: intelligis inquã Coſme quantis Poggius.
incõmodis / quantis periculis / quantis fortunę incurſibus / qꝫ aſperę acerbeqꝫ cõdi-
tioni expoſita ſit mortalium vita: in qua nihil ſane tutũ / nil ſecurum / nil firmũ / nil
certum a miſeria nobis datur. quapropter deſipere mihi videntꝰ: qui longã ętatem /
longũ vitę curriculũ / opes / diuitias / dignitates tantope expetũt: & votis oĩbus ex-
poſcũt: ipſi ſibi foueã in quã incidãt pparantes. Tum Coſmus. Non reijcio inquit / Coſmus.
quęa vobis ſatis diligenter diſputata ſunt: a me vero antea de viuentiũ fœlicitate
dicta eo ſpectarunt: ut elicerẽ opinionẽ vr̃am potius / qꝫ ut meam ſn̄iam ferrem.
Video em̃ ut antiquiora poſtponã: de qbus ſatis copioſe deſeruiſtis: tum Italię / tũ
huic nr̃ę reip. qđ memoria teneã: raro ullam quietẽ aut a bellis noſtra ętate / aut a
varijs calamitatibꝰ datam: ſed ſemp eam aut laceſſitam appetitãqꝫ externis armis:
aut alios laceſſiſſe: ſeditionibꝰ quoqꝫ domeſticis & ciuili diſcordia ſæpius laboraſ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſe:adeo ut multis ſæculis nō licuerit longiore quiete frui. Sed q̄nam remedia nos
poſſent ab his vitę moleſtijs tutos reddere? Omibus ē̃m tum animi/tum corpis in
firmitatibꝫ:ſi bonos medicos nacti ſumus:cura ſalutaris adhiberi poteſt. Non eſt
igitur deſperandũ quin auxilia noſtris morbis reperiant̃: quibus ab incurſu fortu
Poggius ne protegamur. Ea inquã eſſe/quę a virtute petant̃ neceſſe eſt:cætera externa vi
Coſmus. dent̃/nulloqꝫ pręſidio aduerſus temporꝫ iniquitatẽ fulta. Vera inquit Coſmus ſen
tire videris:& om̃e ſubſidiũ a virtute in rebus humanis aſſentior eſſe petendum.
Verum cõſideranti mihi has cõmunes vitę acerbitates/viſũ eſt hæc aduerſa ob
eam rem euenire mortalibus:ut aliquãdo nos eſſe hoĩes meminerimus: hoc eſt
imbecillis/fragiliſqꝫ naturę/& incerti vitę curſus:quę ex tenuiſſima re perſępe cõ
ficiatur:utqꝫ a fortunę bonorũ/quę caduca ſunt cupiditatꝫ auerſi/ animũ & cogita
tiones noſtras cõuertamus ad meliora rerum ſtudia: quorũ ope cõſilia rationis ſe
cuti/in veram nos libertatẽ vendicemus. Ea erit:ſi vitiorũ reiecta cõtagione/men
tem ad ſuimet cõtemplatõem cogitationẽqꝫ reuocauerimus:ſi contẽptis ſenſuum
deliniamentis/ac ſpretis voluptatũ illecebris/parebimus imperio rationis: ſi virtu
tem tanq̃ ducem noſtrorꝫ operũ ſecuti/eius pceptis veluti bene viuẽdi magiſtrę
Virtutis ef- obſeq̄mur. Hæc nos ab om̃i vitę moleſtia/ab omni pturbatione animi auocabit;
fectus. hæc ab om̃i tutos reddet infœlicitate. Hæc arma ſubminiſtrabit: q̄bus muniti con
temnemus fortunę tela. Hæc admonebit opes ſupfluas cõtemnendas eſſe: fortui
tis bonis utendũ non tanq̃ noſtris/ſed ut cõmodatis: ad quę reſtituenda cũ libue
rit dantis arbitrio parati ſumus. Hæc docebit eadem animi ęquitate & poſſidẽda
illa/& relinquẽda eſſe. Multa ſunt ut noſtis excellentiũ virorũ documenta: quibus
inſtruimur ad vitam bene & cum ratione degendã. Hac pceptrice/ſi noſtros vitæ
actus inſtituerimus: oẽm fortunę impetũ cõtemnemus. Id aũt pręceptũ in prom-
ptu eſt habendũ: ut nihil agere conemur ex quo ulla pęnitendi ratio oriat̃. Fortu
nę munera ſi adſint/non efferamur: ſi deſint/leuiter feramus. Illud multũ arbitror
nobis profuturũ: ſi cogitauerimus aduerſam q̃nq̃ nobis dari fortunã; ut cum ea
forti animo congreſſi/ſupiores ſuo certamine euadamus. Non ē̃m in ſecũdis pro-
batur virtus: ſed in aduerſis. Vento proſpero nulla gubernatiõis ſcientia inſpicit̃;
ſed in tempeſtate turbida/& reflãtibus ventis. Nõ eſt tam valida fortunę vis/ut a
forti & conſtanti viro non ſuperet̃. Multi cũ illa colluctati victores euaſerunt. Ani
animi liber mus a fortunę imperio liber eſt: ſi opes aufert: ſi vires/ſi valitudinẽ/ ſi uxorem/ſi
tas. liberos. Aequa mente careamus muneribus ſuis: exiſtimemuſqꝫ id ſũma Dei pro
uidentia fieri: qui rebus noſtris recte cõſulat: cum ipſe ſolus nouerit quid nobis ſit
profuturũ; nos malis noſtris cauſam & fomentũ prębemus. Vota noſtra ſæpius
cõtra nos vergunt. multa petimus in pniciem noſtrã: quæ impetrata ſumma nos
torquent ęgritudine animiqꝫ miſeria. Exoptamus fortunas: opes: magr̃atus: impe
ria reliquaqꝫ quibus fortuna dominat̃. At ea pluribus hoĩbus tum inopię/tum ex
ilij/tum carceris/tum mortis/tum ſummę infœlicitatis cauſam prębuerũt. Fugien-
dæ igitur nobis ſunt fortunę inſidię: & ea a nobis quęrẽda atqꝫ expetẽda pręcipuę
quæ noſtri iuris ſint: quæ neqꝫ viuos deſerant/ neqꝫ mortuis auferant̃. Hęc nobis
virtus ac ratio pręſtabunt: quarꝫ qui ſequet̃ inſtituta/earumqꝫ cõſilio parebit: ſecu
rior viuet: neqꝫ fortunã timens/neqꝫ ulli ſubditus aut vitę miſerię/aut infœlicitati.
Quæ cum dicta eſſent: multiqꝫ interim domi conueniſſent qui Coſmi opa conſi-
Mattheus. lioqꝫ egerent: tempus eſt inquit Mattheus/ut his cedamus: cum ſatis iam inter nos
Coſmus. collocuti ſimus. Vt libet Coſmus inquit: q̃q̃ hi noſtri ſermones plurimũ mihi vo
luptatis attulerint: reliquorũ voces aliq̃n moleſtia non carent.

Poggij Florentini duo de miſeria humanę cõditionis libri finiunt.

# POGGII FLORENTINI DE FORTVNAE varietate urbis Romę: & de ruina eiuſdem Deſcriptio.

Vper cum pontifex Martinus pauloanteq; diem ſuū obiret/ab Vrbe in agrum tuſculanū ſeceſſit valitudinis cauſa: nos aūt eſſemus negocijs curiſq; publicis vacui/ viſebamus ſæpe deſerta Vrbis. Antonius luſcus vir claſſimus egoq;: admirantes animo veterū collapſorum ædificiorū magnitudinē/& vaſtę urbis antiquę ruinas: cum ob tanti Imperij ingentem ſtragem/tum ſtupendā profecto ac deplorandā fortunę varietatem. Cum autē cōſcendiſſemus aliquādo capitolinū collem: Antonius obequitādo paululū feſſus cum quietem appeteret: deſcendentes ex equis/cōſedimus in ipis Tarpeę arcis ruinis/pone ingens portę cuiuſdam marmoreū limen/plurimaſq; paſſim cōfractas columnas: unde magna ex parte proſpectus Vrbis patet. Hic Antonius cum aliquantū huc & illuc oculos circūtuliſſet/ſuſpirans: ſtupentiq; ſimilis. O quantū inquit Poggi hæc capitolia ab illis diſtant quæ noſter Maro cecinit. Aurea nūc/olim ſilueſtrib; horrida dumis. Vt ꝙ is verſus merito poſſet conuerti. Aurea quondā: nunc ſqualida/ſpinetis vepribuſq; referta. Venit in mentem Marij illius Aeneas/per quem olim Vrbis imperiū ſtetit: quem pulſum patria/profugū atq; egentem/cum in Aphricam appuliſſet/ſupra Carthaginis ruinas inſediſſe ferunt: admirantem ſuam & Carthaginis vicem/ſimulq; fortunam utriuſq; conferentem: addubitantemq; utrius fortunę maius ſpectaculum extitiſſet. Ego vero imenſam huius Vrbis ſtragem/nulli alteri poſſum conferre. Ita cæterorū omniū vel quos natura tulit eorum/vel quas hominū manus conflauit hæc vna exuperat calamitatem. Euoluas licet hiſtorias omes/omia ſcripturarum monumenta pertractes: omnes geſtarum rerum annales ſcruteris: nulla unq; exempla mutatiōis ſuę maiora fortuna protulit/ꝙ urbem Romanam pulcherrimā olim ac magnificentiſſimā omnium/quę aut fuere/aut futurę ſint. Et ab Liuio doctiſſimo gręco auctore/cum ad amicum ſuum ſcriberet/Romam videre cupientē: non urbem / ſed quandā quaſi cœli partem appellatā. Quo magis dictu admirabile eſt & acerbū aſpectu: adeo ſpecie formaq; ipius immutaſſe fortunę crudelitatem: ut nunc omni decore nudata/proſtrata iaceat inſtar gigantei cadaueris corrupti atq; undiq; exeſi. Deflendū quippe eſt hanc urbem/tot quondā illuſtriū virorū atq; imperatorū fœtam: tot ducum tot principum excellentiſſimorū altricem: tot tantarūq; virtutū parentem: tot bonarūq; artium procreatricem: ex qua rei militaris diſciplina/morū ſanctimonia/& vitæ legum ſanctōnes/virtutū omniū exempla/et bene viuendi ratio defluxerūt. quondā rerum dominā: nunc fortunæ omia vertentis in iniquitatē: non ſolum imperio/maieſtateq; ſua ſpoliatā/ſed addictam viliſſimæ ſeruituti deformem/ abiectam: ſola ruina p̄teritam dignitatem ac magnitudinem oſtentantē. Miſſas faciamus ablatum imperiū/diſtracta regna/prouincias amiſſas: in quibus dandis atq; auferendis propemodum iure ſuo fortuna principatū exercet. illud maiorem immodum lugendum videtur: libidinem eius intra urbis mœnia craſſatam/adeo in illa diruenda atq; euertenda funditus ſęuiſſe: ut ſi quis reuiuiſcat ex priſcis illis antiquæ urbis ciuibus: alios homines intueri/aliam ſe longe urbem incolere aſſeueret. Ita eius ſpecie & ipſo ſolo ſubuerſis: ut nihil fere recognoſcant/quod priorem urbem

*[Margin:]* ANTO. — Vergilius. — Liuius. — Romæ dignitas fortunæ varietate imutata

**fortunę vis** repreſentat. Et quidem cõmutantur regna: transferunt imperia: deſciſcunt natio
nes/populi. Varia eſt em̃ mens hominũ ſemper noua appetentiũ. ad fortunę nu
tum cõmouent: ut haud inſuetum videatur/hæc illius arbitrio parere. At vero
ędificia hæc urbis/tum publica/tum priuata: quæ cum ipſa mortalitate certatura:
partim penitus extincta/partim collapſa atq; euerſa: relictis admodũ paucis quæ
priſcam magnitudinẽ ſeruent/ſupra fortunę vires eſſe credebant. Stupenda quip
pe vis eſt ac varietas fortunæ: quæ etiam ipſas ędificiorũ moles/quas extra fatum
illarum conditores exiſtimabant/funditus demolita/nihil fere ex cunctis rebus re
liqui fecit. Quid em̃ maius orbis vidit unq̃; q̃ tot ędificia urbis/templa/porticus/
thermas/theatra/aquęductus/portus manufactos/palacia fato ſuo abſumpta:
**POG.** & ex tanta rerum magnificarũ copia/nihil aut parum ferme ſupereſſe. Tum ego.
Merito inquã admiraris Antoni fortunę iniuriã in hac urbiũ parẽtẽam/ĩ fœde ve
xando excitatam: quã ipſe quotidie inſpiciendi cauſa perluſtrans non minui ſolũ/
ſed etiam queri cogor: nihil fere integrum/paucas admodum reliquias ex priſca
illa urbe/& eas ſemeſas ac corruptas apparere. Nam ex publicis aut priuatis ope
ribus liberę quondam ciuitatis interrupta quędam/& ea parua veſtigia viſunt.
**Capitoliũ.** Exſtãt in Capitolio fornices duplici ordine/nouis inſerti ędificijs: publici nũc ſa
lis receptaculum: in quibus ſculptum eſt litteris vetuſtiſſimis/atq; admodũ humo
re ſalis exeſis. Q. Luctatiũ. Q. F. & Q. catullũ coſſ. ſubſtructionem & tabulari
um de ſuo faciundum curauiſſe: opus ipſa vetuſtate venerabilẽ.
Sepulchrũ quoq; Capitoliũ iuxta C. Publicio: quo ipſe poſteriq; eius inferenti vir
tutis honoriſq; cauſa/ſenatuſconſulto iuſſu q; populi datum.
**Pons ſupra** Itẽ Pons ſupra Tyberim quo itur in inſulã vetuſtiſſimi opis: quẽ L. Faricũ C. ſũ
**Tyberim.** tratorẽ viarũ faciẽdũ curaſſe epigrãma teſtat. Et M. lepidũ. M. F. coſſ. approbaſſe.
Arcus inſuper ſupra viam inter Auentinũ montem/ex lapide tiburtino: quem
ex litteris inciſis conſtat P. lentulum ſcipionem: & T. quintiũ: Criſpinum: & S. C.
faciendum curaſſe atq; approbauiſſe.
Sunt & monumẽta quędam ſcripta quæ hodie Cimbron appellant. Templũ ex
manubijs cimbricis a C. mario factum: In quo adhuc eius trophea conſpiciunt.
Adijciunt & pyramidẽ prope portam hoſtienſem mœnibus Vrbis inſertam/
nobile ſepulchrum C. Ceſij ſeptimi viri epulonũ: quod opus ex teſtõ ponti. diame
læ diebus. ccc. xxx. pfectũ litterę in eo inciſę ferunt. Quo magis miror integro ad
huc epigrãmate doctiſſimũ virum F. petrarcham in quadam epiſtola ſua ſcribere
id eſſe ſepulchrum Remi. Credo ſecutum vulgi opinionem/nõ magnifeciſſe epi
grãma perquirere fruticetis contectum. In quo legẽdo qui poſtmodũ ſecuti ſunt/
**ANTO.** minore cum doctrina maiorẽ diligentiã prębuerũt. In quo laudo inquit Antoni
us curam & diligentiã tuam Poggi: qui iſta tum publicorũ/tum priuatorũ operũ
**POG.** epigrãmata intra Vrbem & foris quoq; multis in locis cõquiſita/atq; in paruum
volumen coacta/litterarũ ſtudioſis legenda tradidiſti. Vtcunq; id cæteri accipiãt
inquã: ad vtilitatem certe cõmunem diligenter om̃ia/nõnulla vero inter virgulta
& rubos latentia/ex tenebris erutas: ut alijs paterẽt ad verbum integra expreſſi.
ut ſi (qđ perſępe vidimus) ea Romani euerterint: ſaltem titulorũ extet memoria.
Hæc ſola igitur ex tam multis nondũ ſeruitute expſſę ciuitatis ornamẽtis fortunę
incuria ad noſtram ætatem uſq; perdurant. Quid loquar de ſequentiũ temporũ/
in quę ſil'is clades peruaſit/ędificiorũ magnificentia: plurima & pſtantiſſima me
morantur/per varios Imperatores/priuatoſq; tunc ciuitatis Principes ſumptu cõ
**Auguſtus** ſtructa: tum ad publicum/tum ad priuatũ uſum. Gloriari ſolitus erat diuus Au
guſtus/urbem ſe marmoream reddere/quam latericiam accępiſſet. Cuius ſtuſu
cum gener Agrippa/Aſinius/Pollio/Plautius/Cornelius/Balbus/reliquiq; ami
ci eam varijs operibus exornaſſent: præter Pantheum cum porticu: cuius tectum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

trabes & tigna/alís ærea pro lignis habet: M. agrippę opus inſigne, & fornicē ex tiburtino lapide nunc conſpicuum inter palaciū & Tyberim: in quo diui Auguſti nomen eſt inſculptū: cætera demolientis fortunę ſęuitiam ſubierunt. Erat ciuitas referta templis/delubris/ędibus deorū dearūq; / quos ciues ſuꝑſtitioni dediti colebant. Ex his paucorum veſtigia ſuperſunt.

Templi pacis conſpicui/quondā a diuo Veſpaſiano conſtructi: tres tm̄ arcus ſuper ingentem reliquorū qui ſex erant ruinam eminent ferme integri. ex pluribus vero mirę magnitudinis unam tm̄ ſtare vides marmoream colūnam: reliquis tum diſiectis/tum inter templi ruinas ſepultis.

Erat penes Capitolium verſus Romuli templū: cuius pars muri vetuſtiſſima quadrato lapide/nunc quoq; mirandam ſpeciem ſui prębet: hodie Coſmę & Damiani martyribus conſecratum.

Huic proximū fuit diui Antonij diuęq; Fauſtinę templū: nūc beato Laurentio dedicatū. Cuius porticus plurimę marmoreę columnę ruinam effugerunt.

Caſtoris inſuper & Pollucis ædes contiguę loco edito in via ſacra: altera orientem/altera occidentem verſus: hodie Mariam nouam appellant. Inclytus quondam cogendi ſenatus locus: maiori ex parte collapſę paruis veſtigijs. In q̄uos me ſępiſſime confero: reuocans ſtupore quodam oppreſſum animū ad ea tempora: cum ibi oratorię ſententię dicebantur: & aut L. Craſſum mihi / aut Hortenſium/ aut Ciceronem orantem proponens.

Maria noua

Erat deę Veſtę templum iuxta Tyberis ripam / ad initium montis Auentini/ rotundum ac patens: undiq; nullo muro frequentibus tm̄ columnis ſuffultum. Id poſteri martyri Stephano dedicarunt.

Aedis Mineruę portio conſpicitur: ubi nunc domus eſt Prędicatorū. unde & loco Mineruę eſt inditum nomen. Iuxta eam porticus ingens ruderibus oppreſſa: quam nunc ad ſaxa in uſum calcis perquirenda effoſſa humo / multis proſtratis ad terram columnis conſpexi.

Prope porticum Mineruę ſtatua eſt recubātis. cuius caput integra effigie/ tanteq; magnitudinis: ut ſigna oīa Vrbis excedat. Quidam ad plantādas arbores faciens ſcrobeas detexit. Ad hoc viſendum cum plures indies magis cōcurrerent/ ſtrepitū adeuntiū faſtidiū quoq; perteſus horti patronus cōgeſta humo texit.

Capitolio contigua/forum verſus ſupeſt porticus ædis Concordię: quam cum primū ad Vrbem acceſſi/vidi ferme integram opere marmoreo admodū ſpecioſo. Romani poſtmodū ad calcem ædem totam/& porticus ꝑtem diſiectis columnis ſunt demoliti. In porticu adhuc litterę ſunt S.P.Q.R. incendiū conſumptū reſtituiſſe. Ex aduerſo ædes erat telluris/cuius nulla extant veſtigia. Saliatorem in tellurie hodie vocant: pro tellure telumen corrupto vocabulo dicentes.

Aedes concordię

Placet quibuſdā/neq; abeſt a veri coniectura fuiſſe Saturni templū iuxta forū. Priſci ęrariū vocabant. Nunc Adriano Pontifici ſacratum.

Saturni tēplum.

Stat ad hanc diem nobis porticus ædes Mercurij: eam religio noſtra ad Angelum Michaelem tranſtulit/ubi nunc eſt piſcatoriū forum.

Templū Apollinis in vaticano iuxta Baſilicam beati Petri tranſlatum / in Dei cultum ſeruauit religio noſtra.

Cernitur in radicibus Tarpeę ad Auentinū verſus/ædes vetuſtiſſima/unica teſtudine/ex lapide tiburtino: quam noſtri ſanctum Michaelem in ſtathera appellant: quod nōnullos mouet ut id exiſtiment Iouis templū fuiſſe/motos verbi ſimilitudine. Quod procul a vero abeſt. Nam in radicibus Palatini montis id templū notum atq; ędificatum Liuius refert.

Liuius

Iunonis Lucinę ædis nihil ꝑter nominis memoriā conſeruatū eſt: ubi eccleſiam ędificarunt noſtri Laurentio martyri // quam Lucinam cognominarunt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Thermę Vrbis.**

Thermas publicas ſeptem fuiſſe accępimus lauacra plæbis:quæ ita a priore fa
cie cōmutatę ſunt/omī decore exutę:olim cōmuni uſui deputatę:Diocletiani/&
item Seueri Antonini/ſeruato ad hanc diem conditorū nomine. Permaxima ve
ſtigia & cæteris incorruptior maiorem īmodum aſpicientes mouent/non ſine ad
miratione quadā: quid ſibi voluerit ad tam vilem uſum tanta ędificiorū moles/
tot tantarūq; columnarū/tam varij generis marmorū apparatus.

Conſtantinę in colle quirinali ſitæ/reliquias ſuas haud pares ſupioribus oſten
dunt.Conſtantini id eſſe opus teſtimonio epigrāma eſt:in quo patronū Perpen
nam Vrbis pręfectum illas reparaſſe legimus.

Alexandri Seueri thermas ſcimus fuiſſe prope M.Agrippę Pantheum:quarū
plura extant & pręclara veſtigia.

Domicianas ( quarū perpauca ruderi conſpiciunt̃ ) fuiſſe in his locis ubi nunc
Silueſtris eccl'ia/ſcriptū in vita Pontificū aduerti. Reliquarū obſcura obliuio nihil
nobis certi reliquit:ne ad cōiecturā quidem / qbus in locis adeo ætas longinq̄ no
men obliterat:q̄uis tanta impenſa/tanto robore ędificatis.Legiſſe memini in mar
tyrū libris:cū Diocletiano fabricarent̃/qui fuit fidei noſtræ hoſtis acerrimus: cēū
& q̄dr'aginta chr'ianorū milia ad id opus pluribꝫ annis in modū ſeruitij addicta.

**Arcus triū phales**

Arcus triūphales quot fuerūt numero neq̄q; memorię proditū eſt: ſed ꝑ multi
tudine Imperatorū cæterorū/ad quorū gl'iam conſtituebant̃/plurimos fuiſſe cre
diderim.Extant ſaluis titulis ſeptem Seueri/Titi/Veſpaſiani/Cōſtantiniq; fere in
tegri.pars Neruę Traiani qdem p̄cipui opis reſidet iuxta comitiū: in qua ſculptę
litterę Traiani arcum fuiſſe dicunt̃.Duo inſup via flāminea/titulo in altero peni
tus deleto/in altero corrupto:quorū eum qui eſt prope Laurentiū in Lucina/ubi
plura ſigna marmorea inſunt vulgo ob victoriam trium ciuitatū/prout antiquū
epigrāma ſeniores ſe legiſſe referebant:Triopolim hodie quoq; arcum appellāt.
Alterius nomen( ꝑpaucę em̄ litterę ſuperextant:& antiquę celaturę tabulæ quæ
dam e marmore:quas ſæpe miror inſaniam demolientiū effugiſſe) antiquitas pe
nitus obſoleuit.Eſt alter p̄terea Galieno principi dicatus:ut ſupraſcriptio indicat:
via numētana.Legi quoq; titulū eius arcus:qui deuictis iudęis/& Hieroſolymis
deletis/in Veſpaſiano Marco maximo/ubi nunc horti ſunt/gentilitas dicauit.

**Ductus aq̄rum.**

Ductus aquarū nouem fuiſſe refert Iulius Frontinus:quē libellū ipſe paulo an
te repperi abſconſum/abditūq; in monaſterio Caſſinenſi.Appiam/ Amenem ve
terem/Martiam/Iuliam/Virginem/Alſietinā/Claudiam/ Amenē nouam :adeo
ſumptuoſa opera & ſtructura mirabili/ut idem Iulius qui ab diuo Neruo cura
torem aquarū ſe factum oſtendit Aegypti pyramidibus cenſeat ęquandas.Anio
nouus a miliario.lxij.Claudia ultra miliariū.xliiij. Martia a miliario.xxxvi.& etiā
opere arcuato partim exciſis/partim effoſſis.Qui intercedebant montibus in Vr
bem deducebant̃. Sola ex his virgo in Vrbem fluit: quæ a miliario.viij.concipit.
Cæterę intermiſſe collapſęq; ſunt:nōnullis ſolo ęquatis: amiſſaq; non ſolū forma
ſed etiam dignoſcendi cōiectura.

Videntur reliquię oīm magnificentiſſimi aquęductus/qui a diuo Claudio in
Vrbem ad Celiū montem uſq; perductus eſt.unde & cœli montem nominabāt.
Et ab L.ſeptimio Seuero/& M.Aurelio Antonio pio cum vetuſtate collapſus et
corruptus plurifariā eſſet: a Sala/ut refert/ſculptū in marmorea tabula epigrāma
referente.

**Theatra & amphithea tra.**

Theatris & amphitheatris Vrbs referta erat ad ludos ppl'o edendos: ingens/
pulcherrimūq; omnium fuiſſe dicunt:quod media fere Vrbe ex lapide tiburtino
opus Veſpaſiani:Colliſeum vulgo appellatū:atq; ob ſtulticiā Romanorū maiori
ex parte ad calcem deletum.Alterius portio eſt inter Tarpeū collem/Tyberimq;
ubi ad pręſens macellum patet:quod olim C.Iulium Cæſarem deſtinaſſe ſcribūt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex aduerſo via intermedia/plures ſunt columnæ marmoreę. Pars porticus tem-
pli ut aiunt Iouis:cuius portio rotunda/nouis ædificijs:interius vero hortulis oc-
cupatur. Tertium ex latere carto iuxta eccleſiam quam Hieruſalem appellãt:his
nouis inſitum mœnijs/partem efficit ambitus murorũ Vrbis.
Eſt & locus ingens plæbis receptaculum/hodie agonem appellant:ad venati
onem ac ſpectacula editus. In quo & quicꝫ Romani hodie quotãnos ludos licet
infulſerit quoſdam exercent.
Sepulchra tum Imperatorũ/tum ciuium / miro opere ꝑmulta hiſtorię tradunt. Sepulchra
Mauſediũ a diuo Auguſto:in quo conditus fuit inter flãmeam & Tyberis ripam varia
conſtructũ:duobuſcꝫ ornatũ obeliſcis. Diui Adriani ac diuę Sabinæ molem in pri
mis cõſpicuam/iuxta pontem:quem ſuo quocꝫ nomini dicauit. Alterum diſiectũ
vineis occupatũ:licet locus in morem collis editus/conditorũ ( Auguſta eñ appel-
latur) nomen ſeruat. Alterũ in quod caſtrum ſancti Angeli vulgo dicunt/magna
ex parte Romanorũ iniuria:licet adhuc titulus ſupra portam extet integer: diſtur
bauit.quod certe funditus euertiſſent ( id eñ publice decreuerant ) ſi eorum naui
bus peruia abſumptis grandibus ſaxis reliqua moles extitiſſet.
Traiani & item Antonij pij de cœlo tacta coclee columnæ marmore ſpecioſæ
ſepulchra:in quibus conditorũ geſta ſculpta ſunt:multos magnitudine ſua ad ſpe
ctaculum trahunt. Prior ex parte titulũ ſeruat. Alterius mille reſident litteræ.
Iuxta viam appiam ad ſecundũ lapidem integrum vidi ſepulchrum Q. Cecilię
Metellę opus egregiũ:& id tot ſæculis intactum/ad calcem poſtea maiori ex par-
te exterminatum.
Illud quocꝫ via Hoſtienſi a ſecundo miliario iuxta Tyberim adhuc integrum
manet M. Antonij Antij lupi/cum inſcriptione egregia rerum ab ſe geſtarũ. qđ
tribus tñ prægrandibus ſaxis/altero ſuper alterum conſtat.

Deſcriptionis ruinarum urbis
Romæ finis.

## IN TRACTATVM LVCII DE ASINO POGGII FLORENTINI AD COSMAM DE MEDICIS PRAEFATIO.

¶ Cum quondam qui de aſino aureo inſcribitur Apuleij librum legiſſem:exiſti
mabam / aut ſibi ipſi quod ſcripſerat accidiſſe : aut extitiſſe id inuentum & com-
mentum ſuum. qua in opinione me confirmarunt beati Auguſtini verba: qui in Auguſtinꝰ
xviij. de ciuitate dei cum de tranſmutationibus hominũ in varias formas loquere
tur inquit: Sic Apuleius in libris quos aſini aurei titulo inſcripſit ſibi ipi accidiſſe/
ut accepto veneno humano permanente animo aſinus fieret aut indicauit/ aut
finxit. Itacꝫ in ea ſententia permanebam : hanc totam vel veram/ vel fictam rem
Apuleij eſſe tribuẽdam. At vero nuper cum in quodã volumine operum Lucij
(qui varij acerrimicꝫ ingenij fuit vir)repiſſem:inter cętera libellũ/cuius titulus erat
Lucij aſinus:noſcẽdi qđ is liber cõtineret cupidus: Legi qđ Apuleius ſibi eueniſſe
affirmat & illi cõtigiſſe:ut haud dubiũ ſit ab Lucio aut alio ex gręcis eam fabellã

adinuentam. Ego ſane exercitij gratia laborem mihi deſumpſi ut eum facerem la
tinum: non ut id quod veteri prouerbio prohiberet/acta agerem in hoc opuſcu
lo traducendo: ſed ut oſtẽderem hanc veterem et ab Apuleio veluti innouatã co
mœdiam nequaq̃ eſſe pro vero accipiendam. ſed exiſtimabam potius ab Lucio
introductam ſtudio artes eludendi magicas; prout ſuus mos eſt non tm̃ homi
nes/ſed & deos irridendi. Cum autẽ ſcirem eos quos aliquãdo podagræ dolor af
ficit ſolere in doloris remiſſionẽ delectari iocis: te autem facetum fecerit natura/
& ad iocos promptũ: miſi ad te hanc fabellam aſininę iocũditatis & laſciuię ple
nam: in qua re non ſum auſus ſentẽtias immutare/aut aliqd demere: ne videar vel
le videri prudentior Apuleio qui eandem in ſuum opus conuertit. Leges igitur
hoc opuſculum laxandi animi gratia cum eris ocioſus domi/& vacuus ab reipu
blicę curis. Vale.

## LVCII PHILOSOPHI SYRI COMOEDIA QVAE ASINVS intitulatur: per Poggium Florentinum e græco in latinum traductus.

Vm Theſſaliã ubi quędam mihi paternę rões erant cũ
eius gentis viro proficiſcerer/in Theſſalos quoſdã for
te incidi/qui in ipſam Theſſalię urbem redibãt: vehebar
equo neceſſaria quædam uſui ferens/unico comitatus
ſeruo qui ſequebat̃ pedes. Inter eundum cum varijs de
rebus loquẽtes iam urbi appropinquaremus: ab Theſ
ſalis petij: num eius urbis ciuem noſcerent nomine Hi
parcum: habere eñ me ad eum litteras ut apud ip̃m ve
lut hoſpitem diuerterem. Illi & hominẽ ſibi notum eſſe
dixerunt locupletem/auarũ: qui ſolum domi uxorem
& unicam ancillam haberet: & quo in loco urbis habi
taret/deſcribentes hortum quẽpiam in quo eſſet eius habitaculũ/data deinde ſa
lute acceptaq; abierunt. Ego domũ Hiparci adiens/oſtium leuiter pulſo. Acceſſit
uxor: quã rogo an ſit Hiparcus domi: Illa & cũ quis eſſem/& quid mihi vellem
quęſiſſet: de Deciano ſophiſta patrenſi habere me litteras reſpondi. Mulier mano
re paululũ hortata/occluſo oſtio abijt: pauloq; poſt rediẽs me iubet ĩtroire. Ingreſ
ſus ſalutato homine ep̃ſam trado. Erat ille in cœnę principio in lectulo ſedens ad
modũ paruo/una muliere diſcumbente/menſa cibis vacua. Lectis litteris amiciſſi
HIPAR. mus inquit mihi/græcorũq; excellentiſſimus Decianus fecit optime: qui ſuos ad
me amicos fidens miſerit. Vides Luci habitaculũ hoc paruũ eſſe/ſed quod ſatis
ſit habitanti: verum reddes tua p̃ſentia domũ ſi ęquo animo tuleris ampliorẽ. Vo
cata deinde ancilla Paleſtra: des inquit huic hoſpiti noſtro tunicã: & ſi quid ſecum
detulit conde, dehinc mitte ip̃m ad balneũ quod lõga via a nobis abeſt. Cępit Pa
PALE. leſtra: oſtenſaq; domo pulcherrima/in hoc inquit lecto nocte dormies, huic pue
ro tuo lectum ſubſternam: & addam puluinar. Cum æhc dixiſſet: ego in balneũ
profecturus/hordeũ in cibum equi ancillę dedi. Lotus cum rediſſem/Hiparcus
me benigne excipiens penes ſe iuſſit ſedere. Cœna ſplẽdida fuit; vinum ſuaue &
vetus. Poſt cęnam & potus & ſermo dignus hoſpite. ita potando veſpere abſum
HIPAR. pto dormitũ profecti ſumus. Poſtridie rogat me Hiparcus quo pergerem: et quot
LVCI. diebus eſſem apud ſe futurus. Lariſſam peto inquã: ſed fere quinq; diebus mora
bor. id nequaq̃ dixi ex animi ſententia: optabam ſiquidem ibi aliquãdiu eſſe/quo
ad aliqua a me maga reperta eſſet/cuius veneficijs aliqď monſtrũ conſpicerem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aut hominē volantem/aut lapidem factum. Huic curę deditus / cœpi urbem per-
ambulare: quis quo in modo inquirendū eſſet neſcirem. Interim mulierem video
accedentem ex via iuuenem/opulentam. veſtis em̄ erat floribus intexta: ſerui plu
res: aurū ſumptuoſius. Appropinquans me mulier compellat. Ego inquit Abria ABRIA
ſum: amica ſi qua unq̃ fuit matris: quæ cum eius filios non ſecus ac meos diligā/
volo fili apud me diuertas. Magnas inquam gratias tibi ago mater. Cupio tecū eſ LVCI.
ſe ſed pudore impedior ne videar hoſpitem amicū contēnere ſi eius domum re-
linquā. animo autem benigno tecum ero. Nunquid Hiparcus auarus ille tuus eſt ABRIA
hoſpes inquit? Non his verbis utaris mater inquā: ſplendidus quippe ac ſumptu- LVCI.
oſus in me fuit: adeo/ut ex nimia impenſa lauticiaq; culpari ſoleat. Illa ſubridens/
manuq; apprehenſa ſeorſum ducens: caueas ait velim om̄i cura Hiparci uxorē. ABRIA
maga etem̄ eſt precipua/admodū veneficiorū potens/atq; appetens viros. ſi quos
in adoleſcentes oculos coniecit: niſi quis voluntati eius pareat/om̄i conatu illos ul-
ciſcitur: hos perimens/hos in beluas tranſmutans. Tu vero fili adoleſcēs es ac for-
moſus/ut facile placeas mulieri. preterea externus aduena: qui ut plurimū contē-
nitur. Ad hęc aīaduertens me id quod iamdudū quęrito habere domi/ſœminā re
linquo: abiens mecum ipſe cępi de via loqui. Age inquā/qui tātopere hanc miran-
dam artem te profiteris appetere/excita teipſm paulo: atq; eam diſciplinam condi-
ſce qua quid libuerit poteris. & quandoqdem amici hoſpitis uxorem nō licet/ ag
gredere ancillam Paleſtram: tibi illam om̄i rationi concilia. nam ſi illam expugna
ris: abſq; labore quod cupis cognoſces. Seruis quidem & honeſta & turpia om̄ia
dominorum nota eſſe conſueuerunt. Hæc mecum loquens ingredior domum:
ubi neq; Hiparcū / neq; uxorem offendo. Paleſtra penes focum ſedebat cœnam
nobis parans. Hic ego: O pulchra Paleſtra inquā/q̄ uenuſte & ad numerū nates LVCI.
ſimul & ollam circumfers atq; euoluis. lumbis meis paulum humoris ſuperabū
dat: ex quo btūs erit ſi quis paulū deguſtarit. Illa laſciuior admodū & vultu gra-
ta: abi hinc inquit ſi ſapis adoleſcens/niſi tibi mauis vitam eripi: & loca fuge ignis PALE.
& fuliginis plena. nam ſi me tetigeris/vulnus tibi inferetur igneum/quo apud me
deficies. ab hoc neq; medicus alter/neq; Deus poterit te curare. ſed ego te urens/
mirūimmodū dolore afficiar: cuius curam haud facile ſuſtinebis: neq; lapidibus
pulſatus dulcem vitabis dolorem. Quid autē rides? quid ita reſpicis hominē co-
quum? doctum non ſolum hos viles parare cibos/ſed homines quoq;: quod his
maius eſt vulgare: pellem adimere: partiri in fruſta: viſcera quoq; ipoꝝ cordaq;
rimari. Hoc inquā enarraſti recte. nam me q̄uis procul a te remotū/non ſolum cō LVCI.
calefeciſti: ſed exuſti ferme totum: perq; meos oculos ignem tuum inuiſibilem in
mea viſcera abſq; aliqua iniuria exurenda conieciſti. Itaq; te oro: ut mihi ſalutem
afferas his aſperis & ſuauibus quas dixiſti medelis: meq; iam mortuū excoria ut
lubet. Illa his verbis arridens/cū iam mihi facta eſſet propitior: pollicita eſt poſtq̃
patroni eſſent dormitū ſe mecum eſſe cōcubiturā. Interea cum rediſſet Hiparcus
lętimus cœnatū. potus fuit frequens nobis inuicem conepulantibus. Ego ſom-
num fingens/cum ſurrexiſſem abij dormitū. Vbi om̄ia mihi intus pręparata erāt:
extra lectus ſeruo ſtratus: mēſa iuxta lectū ſita: & in ea calix: et vinum una cum
frigida calidaq; aqua. quæ ſingula diſpoſuerat Paleſtra. quæ & lectum plurimis
roſis ſparſerat: & ſerta ſupermiſerat ex eis confecta. Ego ſymposium promptū vi-
dens/compotricem cenſui expectandā. Illa ut patronam in lecto collocauit/ e ue
ſtigio ad me venit. erat autem hylaris. Inuicem nobis & potū & oſcula propinā
tibus: ſumpto potu qui nos efficeret in noctu paratiores/ tum illa. Hoc prę cæte- PALE.
ris adoleſcens memineris: oportet te in Paleſtram incidiſſe nunc oſtendas licet: an
ſis factus inter adoleſcētes agilis/& ad huiuſmoi certamia exercitatus. Tum haud LVCI.
inquā defugiā hanc pꝛouocatōem Paleſtra: exercitio incūbere ſum paratus. Tū illa: PALE.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

volo obtem̃pes mihi ait. Ego doctoris & p̃ſidis more certaminũ q̃bus te exercerí
LVCI. volo pręſcribã nomina: tuũ erit iuſſis prompte parere. Manda inquã qd lubet: ſed
aduerte ut noſtra certamina in tem̃pe cõcinne & cũ humore fiant. Illa ſatis nuda
PALE. exuta veſte/ imperat: exue te adoleſcens. ſumptoq; unguẽto: aggredere certamẽ
& femori coniuncto femore proſterne me reſupinam. deniq; ſuperincũbens me
is in altum cruribus erectis/ femori inhere: & quaq; uerſus percute vulnera: tali
ferens quoad fueris defeſſus/ & lumbi bellum egregium porrexerint. tum edu
cto telo rurſus illud in iguen iunge/ ac validius percute: atq; inſta quouſq; aduer
ſarium ad parietem impellas. ſed cum laſſus eris/ paululũ tibi indulge: neq; feſti
nes; poſtmodũ cõmuni marte pugnes. His dictis cum om̃ia quæ mandata erant
perfeciſſem diligenter: finiſq; iam noſtri certaminis adeſſet. Tum ego paulo ſub
LVCI. ridens Paleſtram alloquor. Magiſtra inquã/ vides iam q̃; facile prompteq; paruẽ
rim tibi: ſed animaduertas vellem cui ſatis recte has mihi impoſueris colluctatio
nes. cõmutas em̃ luctandi genus aliud ex alio iubens. Illa me in faciem percuti
PALE. ens/ quem nugatorem diſcipulũ habeo inquit. videſis ne vapules ni dictis pares
as. Dehinc ſurgens/ ſeq; ad nouum certamen parans: nunc inquit oſtendes ſi viri
bus validis luctator egregius exiſtas: ſiſq; in eo luctãdi genere exercitatus/ qđ ge
niculariũ appellant. Tum ſubnixa genibus in lecto parua: age tu luctator/ medíã
corporis partem valẽter aggreſſus percute: vulnuſq; adige profundius. nudam
vides. utere: promptius mitte introrſus telum: deinde introrſum flectens iterum
impellens abſconde & comprime. nequicq; huic certamini adijcias interualli. Ca
ue autẽ ne acrius q̃; inſerueris telum extrahas: ſed incuruãs aduerſariũ inſequere
quo proſtrato rurſus certamini incumbe/ quoad laſſus victuſq; deficias & ſudo
LVCI. re ſis madefactus. Ego in riſum effuſus/ vellem o magiſtra inquã quoq; aliqua ti
bi pręcepta tradi in quibus mihi obtẽperes velim. Sed iam te erige: poneq; ſedens
data dextera mihi reconcilieris. nam tempus eſt iam dormiendi. His voluptatib
atq; exercitijs nox traducta obliuionẽ penitus attulit itineris in Lariſſam. Cum &
in mentem veniſſet occaſio quæ cupiebam diſcẽdi. O dulciſſima Paleſtra inquã:
oſtende oro te dominã tuam ſuis præſtigijs uſam in aliquam ſe formam verten
tem. Iam dudum em̃ aliquod huiuſmodi mirandũ ſpectaculũ videre exopto: ſed
a te precipue ſi quid noſti: quam credo mĩ me huius artis ignaram. hoc a nullo
alio te pręter/ quæ anima mea es/ percipere cupio. Me quidẽ qui hactenus velut
adamantius ( ut aiunt ) in nullam unq̃; mulierem oculos amoris cauſa cõieci/ ſer
PALE. uum tuum effeciſti bello amatorio deuictum. Tum Paleſtra: iocaris inquit. quis
em̃ cantibus ſuperare amorem poteſt eius artis magiſtrũ: Ego per hoc caput ac
beniuolentiã erga te meam iuro: me ( neq; em̃ litteras noui ) inſciam horum peni
tus eſſe. herã ſi facultas dabitur/ dabo opam ut videre queas dominam in aliam
formam tranſmutatã. His dictis cum dormiſſemus: paucis diebus poſt nũciat mi
LVCI. hi Paleſtra patronã inueniſſe conuerſuram/ ut ad ſuum amatorem adiret. Nunc
PALE. tempus inquã adeſt quo diutino deſiderio noſtro poſſis facere ſatis. Bono animo
ſis ait. Et cum iam nox aduentaret/ me app̃henſum manu ad oſtium domus du
cit in qua illi dormiebant: meq; iubet per rimulam oſtij introſpicientem quæ fierẽt
aĩa duertere. Video patronã depoſita veſte nudam prodire/ acceſa lucerna/ duo
tenentẽ grana: quorũ altero thuris ardenti lucernę impoſito/ multa in lumine lo
cuta eſt. Deinde grandiuſculã referans arcam plures continentẽ pixides/ unam ef
fert: qd in ea cõtineret incertũ: ſed quantũ ocl'i colore poterãt/ oleo plena videbat.
Ex hoc aſſumẽs ab ſum̃o uſq; ad imas partes totũ corpus perunxit: ſtatimq; alę
naſcunt illi: & corneũ roſtrũ adunari: om̃iſq; in auem cõuerſa eſt nocturnę cornici
perſimilem. Vt uo ſe volantẽ aſpexi aſperi cãtus, put hę aues ſolent: pq; oſtiũ euolãs
abijt: ego qui mihi videbar inſomniũ vidiſſe/ palpebras oculorũ tetigi: neq; q̃ oculis

videns aut qui ea aſpexerim / aut ꝙ eſſem excitatus a ſomno. Tandem ut vix
ſenſi me haud quaꝙ̃ dormire / Paleſtrã rogaui: ut ego quoq; eo unguẽto unctus
in auem cõmutarer. cupiebam enim merito diſcere / an ex hoc homine auis poſ-
ſem fieri. Illa oſtium domus aperiens pixidem profert: ex qua feſtinans exutus /
perungor totus. Auis quippe ex hoĩe nequaꝙ̃ fio: ſed cauda ẽueſtigio a poſteri Fit aſinus
ori naſcitur parte: digiti oẽs neſcio quorſum abierint: ungues in quattuor ungu
las verſę: manus ac pedes iumẽti crura effecta: auriculę longę: magna facies. quę
oĩa circũſpiciens cognoui me aſinum euaſiſſe. Vox hominis ad querendum de
Paleſtra defecerat: ſed labia demittẽs / ipamq; qua poteram forma accuſabam / ꝙ
me pro aue in aſinum vertiſſet. Illa manibus demulcens caput. Miſeram me inqt /
quantũ mali feci: feſtinantem ſimilitudo pixidum me decepit: non capientem eam PALE.
qua homines in auem cõmutantur. Sed cõfide mi anime / facilis erit huius erroris
cura. nam ſi roſas comedes / ſtatim exues iumenti formam / & in amatorẽ meum
redibis: hac una nocte æquo feres animo aſini formam: diluculo curaberis. afferã
ſane roſas / quas ut ederis fies homo. Hæc cum dixiſſet tractans me / & aures & re
liquum corpus demulcebat. Ego corpore aſinus / ſenſu tamen menteq; hoĩs fun-
gebar: ipſe ille Lucius pręter vocem. Mecum igitur multis erratum Paleſtrę cõque
ſtus / labiaq; mordens abij / ubi ſciebam equum meum & alium verum aſinũ Hi-
parci eſſe. Qui ut me ingreſſum conſpexere / veriti ne fenum ipſorum comederem:
demiſſis auribus parati erant ad me repellendũ calcibus. Quod ego perpendens /
longe a præſepi receſſi: ſtans ac mecum ridens. ſed riſus rugitus erat. Cæpi vero
interim mecum cogitare: quid ſi lupus nunc aliquis ad nos introiret: aut alia fera
inſultet mihi qui nihil mali cõmiſi? Hac deterius cura timebam aliquam malam
futurã eſſe fortunam. Nox intempeſta cum eſſet / ac ſilentiũ & dulcis ſomni / ſtre-
pitus quidã exterius tanꝙ̃ effoſſis parietibus eſt factus: iamq; adeo dirutus erat /
ut ingreſſui hominis pateret. Tum vnus & item alter / pluresq; intrant armati ho Prędonũ ir
mines: Hiparcum / Paleſtram ac ſeruum meum colligant: domum ſpoliant / pecu- ruptio
niam / veſtem / oẽmq; ſuppellectilẽ auferunt: adeo / ꝙ nihil relinquant domi. Tũc
me equumq; atq; alterum educentes aſinum ſtrauerunt: impoſitiſq; rebus quas
exportauerant ad graue onus / ligno nos abigentes ad montes via deſueta effu-
gerunt. Ignarus eram quantum preſſi pondere mei ſocii paterentur laboris. Ego
deſuetis ſollers iter facere / ſaxis præacutis admodum offendebar: ideoq; ſæpius
ceſpitans deficiebam ſub pondere. ſed eueſtigio vir ſequens me ſæpius feriebat
baculo. Cum Cæſaris inuocans præſidiũ qđ voce per rugitũ tollebam: ha / ſolum
abſurdum proferens voce maxima / Cæſaris nomen minime ſequebatur. Ad hec
vapulabam magis: veluti qui rugitu proderem nocturnos fures. Nil ergo profi-
ciens rugiẽdo / ſtatui verba ſilentio redimere. Iam dies aderat: & nos multos trãſ-
eramus montes: religati ora / ne paſcentes iter moraremur. Meridie ad diuerſori-
um quoddam peruenimus hominũ / quibus cum noſtris latronibus veterem eſſe
conſuetudinem tum ex mutua ſalutatione / tum ex oculis poterat percipi. Iubent
illi ſarcinas deponere: & prandiũ parãt: nobis hordeum prębuere. Quod cum cę
teri comediſſent: ego valde eſuriens: nam is cibus mihi eſui difficilis erat: cogitans
qua re famem ſedarem / hortulum retro diuerſorium eſſe aſpicio multis oleribus
plenũ / in quo & roſę eſſe videbant̃. ideo videns oĩs prandio intentos / accedo ad
hortũ: tum ut paſcerẽ olera: tum ut ederem roſas / qbus in cibum ſumptis ſpera-
bam me in hoĩem reuerſurum. Hortum ingreſſus raphanos atq; apium / quibus
etiã crudis utuntur hoĩes / ad ſaturitatem comedi. Quæ viſę fuerant non erant ro
ſę / ſed lauri ſilueſtris flores. Laurum vocant homines malum & equo & aſino ci-
bum: cum feratur ex eo edentes eueſtigio mori. Hoc aſpiciens equi cuſtos: ra-
pto ingreſſus ligno / poſtꝙ̃ olera ita a me depaſta vidit: tanquam iratus deinde erga

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

furres dephenſos ſolent/neq; lateribus pepercit: aures inſuper ac totum caput fu
ſte cōtriuit. Ego iam verberum impatiens/cum ambobus calcibus reſupinū ſu
olera ſtrauiſſem aufugi ad mōtes. Ille ut animaduertit/canes aduerſus me inci
uit. Hi cū plures eſſent/ atq; aduerſus expugnandos validi: veritus ne me dilani
arent ſi cōphendiſſent/decreui ſatius eſſe domum reuerti. Itaq; eodem curſu ad
ſtabulum eueſtigio ſum regreſſus. Illi continuerūt canes currētes: me vero haud
prius percutere deſtitit cuſtos/q̄ ex dolore cacarem olera comeſta. Et iam abeun
di tempus aduenerat: cum illi grauioribus rebus quas furto ſurripuerant/ dorſo
impoſitis abierunt. Ego & verberibus & onere admodū defatigatus/ ungulis in
ſuper de via contritis/ decreui me in via proſternere: neq; exurgere etiam ſi me
verberando necaſſent: eo pacto illos ſperaui neceſſitate cōpulſos ſarcinā qua preſ
ſus eram inter equum & aſinū partituros: neq; ut inutilem relicturos lupis. Sed
neſcio quis inuidia motus conſilia in contrarium vertit. Nam alter aſinus forſa
idem cogitans de via cecidit: quem illi miſerum baculis percutientes: ubi exurge
re nequibat: neq; prodeſſent verbera: alij auribus/cauda alij apprehenſum ſurge
re impellebāt. Cum vano labore incaſſum tempus tererent: aſinus eñ in via ſtra
tus veluti lapis iacebat; illi ad fugam intenti ne fruſtra tardarēt: dempta ab aſino
onera mihi & equo impoſuerunt. aſellum vero miſerum captiuitatis & oneris fe
rendi ſocium/abſciſſis enſe cruribus adhuc ſemianimē e loco precipiti deiiciunt.
mors illi attulit laborum finem. Ego videns quorſum meā euaſiſſent conſilia/ſta
tim ęquo animo ferre ſarcinam & prompte iter conficere: ſperans roſis aliquando
repertis me priſtinam formam recuperaturū: pręſertim cum ex latronū percepiſ
ſem verbis/parum itineris ſupereſſe ad locum in quo depoſitis ſarcinis manerēt.
neq; etiam curſu ſi opus fuerit ad proficiſcendū paro. Ante veſperam domū ve
nimus. anus vetula intus ſedebat ad ignem. illi depoſitis ſarcinis rogant vetulam:
cur ſedebat/ac non potius prandiū pararet. Illa omia eſſe prompta ait: panes plu
rimos: vinum vetus: & ſilueſtres carnes. Collaudata vetula/veſtibuſq; depoſitis
ad ignem ſe oleo unxerunt: vas erat aquę plenum calidę qua ſe lauerunt. Super
uenere paulo poſt adoleſcentes aurum/argentum/veſtes ac muliebrem/virilemq;
ornatū portantes: cōmunem omibus prędam. quibus rebus intus delatis/ & eo
dem ipſi pacto ſe lauerunt. Erat illis prandium fertile: ſermo homicidarū varius.
anus mihi & equo hordeum prębuit. Ille cibum auide vorauit: timēs ut par erat/
ne eſſem in edendo ſocius. Vbi mulier abeſt/ ego panem qui intus erat comedi.
Poſtridie relicto cum vetula adoleſcēte quodā ad opus ſuū abierunt. Ego ſentiēs
cuſtodes mihi impoſitos diligētes: vetulam qdem contēnebam: cum facile ex eius
conſpectu fugerem: ſed adoleſcentē pręcinctum enſe in me ſæpius reſpicientem
atq; adſeruantem oſtium formidabam. Poſtridie circiter noctem mediam reuer
ſi fures neq; aurum neq; argentū tulere/ſed virginem formoſam ſane flentem/ca
pillis ſparſis/abſciſſa veſte. Hanc in ſtraminibꝫ poſitam bono aīo eſſe iubent: man
dantes vetulę ut continuo domi eſſet: virginemq; obſeruaret dilgenter. Quę neq; ci
bum/neq; potum capere voluit: ſolum gemens & lacerans capillos: adeo/ut ego
quoq; illius cōmotus fletu ſibi iuxta propinquus lachrymarer. Interim extra do
mum fures in porticu cęnant. Facto die explorator quidā adueniēs nunciat quē
dam aduenā ea die multis cum opibus tranſiturū. Hi ut erant armati cōſurgen
tes/me & equū ſtratos abeūtes ducūt. Ego infœlix ignorans me ad pugnā & bel
lum duci/cū tarde irem ligno ꝑcutiebar. Poſtq; ad locū peruentū eſt qua aduena
ille ꝓfecturus erat: in vehicula & ſarcinas incidentes/ hoiem cū familia occidunt:
rebus ꝓcioſioribus mihi & equo impoſitis: cum reliqua in ſiluis abſcondiſſent: re
uerſi ſunt. Ego cum baculo ſæpius ictus eſſem/ungula offendo in lapidem acutū:
ex offenſione fit ſummo cum dolore vulnus. quo factum eſt: ut reliquū itineris

Aſinus pe-
rit

Raptus vir
ginis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conficerem claudus. Tunc illi: quid opus eſt inuicem aiunt/ hunc aſinū nutrire ſæ/
pius ceſpitātem? ex aliquo demus eum p̄cipitem loco inutilem beſtiam/ tanq̄ fu/
turam ut ſolent exercitus expiatōnem. Quom hæc aduerſum me machinarent̄:
ego oīa intelligens/ quod itineris ſupfuit oblitus vulneris peregi. Timor enim
mortis oēm abſtulit vulneris dolorem. Vt vero ad diuerſoriū p̄ruentū eſt: onera
cum depoſuiſſent a nobis/ diſcumbentes cœnant. Noctu deinde cum recedere
vellent quo reliqua in ſiluis condita apportarēt: quid unus inquit/ hunc miſerum
deducamus aſinum inutilem propter unguļę vulnus? hæc quæ ſupſunt partim
nobiſmetpis/ partim equo imponemus deferenda. His dictis abierunt una equū
ducentes/ nox cum luceret lunæ bn̄ficio. Ego mecum locutus: quid amplius in/
quam expectas miſer/ eſca vulturū & eorū pullis futurus? Nunquid non intelle/
xiſti quæ iſti de te ſunt inuicem collocuti? vis ne ex alta crepidine deijci? nox reſplē/
det fures abiere: pete per fugam ab iſtis homicidis ſalutem. Hæc mecū cogitans
cum viderem me ſolutum (laqueus em̄ ſuſpenſus pendebat) ad fugiendū maxi/
me ſum cōmotus. Itaq̄ domū exiens cępi curſu fugere. quod anus ubi conſpexit/ *Intentata*
me per caudam retinebat. Ego rem dignam p̄cipitio & aliquauis morte putans/ *fuga.*
ſi a vetula retinerer: mulierem trahebā. Illa magna voce implorat v̄ginis opem.
Quæ cum prodiſſet/ cōſpecta re facinus eſt auſa nobile/ & memoratu dignum.
Nam ſup me aſcendens fugæ comes facta eſt. Ego tum fugiēdo cupidus/ tum pu/
ellę gratia extento curſu abibam: anicula poſt nos relicta. Virgo orabat pro ſalu/
te deos. Ad me vero inquit. ſi me ad paternā domū pduxeris: primū ab omni ope/
re liberū faciam: tum hordei erit tibi cibus ſingulis diebus. At ego tum interfecto/
res meos fugiēs/ tum pollicitationibus puellę motus/ neglecto vulnere currebā.
Vt vero ad triuiū quoddā p̄uenimus/ hoſtes noſtros redeūtes incidimus: qui a lō/
ge ppter lunam infœlices captiuū cognouere. Currētes cū me cōphendiſſent
in virginē verſi. O ſpecioſa virgo/ qd miſella inquiūt per ignota pergis loca? nūqd
non dęmones extimeſcis? Redi igitur. nam te tuis reſtituemus. Quæ cū ridentes
dixiſſent/ me retrouertūt: & pedis & vulneris memoria cum renouatū eſſet clau/
dicare videntes. Ille nunc tandem captus claudus eſt factus aiunt: cæterū fugiēs
non ſentiebat vulnus: ſed ſanus videbare equo & auibus velocior curſu. Hæc in/
ter verba adeo me lignis percutiebāt/ ut iam ulceribꝫ poſteriora infecta ſint. Do/
mum ingreſſi/ anum laqueo e petra ſuſpenſam inueniūt. vetula em̄ ut æquū erat *Anus laq̄o*
per virginis fugam laqueo vitam finierat. Quod illi admirātes/ ſciſſo fune anum *ſuſpenſa*
p̄cipitem egere. Deinde ligata virgine ſunt ad cœnam profecti: qua multo potu
traducta cum de virgine colloquerent̄: quid ait quiſpiā ex his/ de hac fugitiua agē/
dum? Quid cenſes alter/ niſi ut eodem illam loco quo vetulam noſtrā p̄cipitem
agamus? nam & utilitatē nobis auferre conata eſt: & nos artēq̄ noſtrā prodere.
ſatis em̄ ſi ad ſuos veniſſet in periculo verſaret̄ vita noſtra. nam oēs a pluribus
ex improuiſo circūdati fuiſſemus capti. quare ulciſcamur hanc vitę noſtrę inſidia/
tricem: ſed nō ita ut e ſaxo proiecta morte pereat repentina. mortis genus quo lon/
go dolore afficiat̄ reperiundū eſt a nobis. Cum de illius morte diſceptarēt: adijciā
ait huic/ qd' & vos probabitis/ aſini meritū: quoniā ſemp tardum/ nunc vero ficte
claudicantē oportet perdere. Etem̄ fugę virginis factus eſt ſocius & miniſter. Hūc
interficiamus: primū eius ſcindamus ventrē: atq̄ inteſtinis abiectis intus virginem *Crudele*
inducamus: ita ut ſolum ſupſtet caput: ne eueſtigio ſuffocaret̄. reliquum corpus in/ *mortis ge/*
fra ventrem lateat: quo conſuto ambos vulturibus eijciamus nouo more prepa/ *nus*
ratum cibum. Aduertite quæſo ad hoc tormēti genus. Primū viua mortuo aſino
hęrebit. Deinde ſole vertente urenteq̄ in eius ventre decoqueur. Inſup fame ad
mortem torquebit̄. neq̄ potius ſeipam perimere poterit. Cætera quibus excrucia/
bitur tum ex putrefacti cadaueris fetore/ tum ex vermibus ſcaturientibꝫ præter/

mitto. Vultures deniq; depaſti cadauer/& uiuẽtem quoq; una laniabũt. Ad hoc
monſtro ſimile omnes acclamantes rem comprobauere. Ego meipſm deplorabã
tanq; iam moriturũ: neq; tantũ meo interitu dolebã/ quantũ q receptaculũ eſſem
futurus infœlicis puellę quæ nihil admiſerat mali. Iam diluculũ aderat: cum ſubi
Capiunt la trones. to manus aduenẽat militum ad hos ſceleſtos latrones capiendos. quos omẽs uin
ctos ad eius orę præſidium ducunt. Inter hos milites qui puellam deſponſauerat/
latronũ inueſtigator aderat. hic ṽginem dorſo meo impoſitã ad ſuos reducit. Do
meſtici nos & a longe conſpectos ut agnouere: me illis aduentũ noſtrum uoce ſi
gnificante/ profecti obuiam domũ ducunt. Virgo multũ de me locuta/ & captiui
tatis/ & fugę ſocio/ & una ad mortem deſtinato: cura mei demandata cæteris me
diutinũ hordei prębere iuſſit/ & fenum quantũ ſufficeret Camelo. Ego cõſpectis
canibus/ qui aulam introeuntes multa ut in diuitis hominis nuptijs uorabant: Pa
leſtram ſum execratus: quę me non in canem/ ſed aſinum ſua arte tranſmutaſſet.
Haud multos poſt nuptias dies/ uolens mihi ṽgo promiſſam gr̃am referre ſpõ
ut me liberũ dimitteret hortata eſt. Illi ſub diuũ cum equis & armentis liberum in
uoluptate uiuere/ & equas ſubagitare cum uellem permiſit. Quæ cum mihi opti
mo genere redibitio uiſa eſſet/ ſi mei arbitrij res fuiſſet: aduocato itaq; equorum pa
ſtore me ſibi permiſit lętum: tanq; non amplius ſarcinarũ moleſtiã ſubiturũ. Equi
bus paſtor immiſcuit ducens ſimul ad paſcendũ. Sed ſecus atq; opinabar accidit. nã
qui armento p̃erat incluſum me reliquit uxori. Illa ad piſtrinũ alligatũ & triticum
& hordei molẽ coegit molere. Mediocris hic erat labor/ grato p̃ſertim aſino mo
lere quantũ domino ſat eſſet: ſed mulier ĩ[illegible]enta queſtui/ & in aliorũ quoq; qui plu
rimi in agris erant opera/ ad farinę mercedem miſerũ fatigabat colum. inſup hor
deum mihi debitũ cibum confricans/ ac molere cogens/ placentas ex eo in ſuum
uſum faciebat. dabatur mihi furfur pro hordeo. Si quãdo paſtor inter armẽta me
ad pabulũ equorum ſineret: qui me uelut adulterũ ſuſpicabant̃: calcibus & morſi
bus infeſtabar/ adeo ut nullo pacto zelotypiam ualerem fugere. Macilentus igit̃
paruo tempe factus ſum ac deformis/ neq; domi a piſtrino labore quietus/ neq;
in agris paſcens: cum non eſſem ab equorũ perſecutiõe tutus. Deſtinabar & quã
doq; ad montes lignorũ ſarcinas laturus. Quod malum mihi erat cæteris omĩbus
deterius. nam primũ aſcendẽdus mons ẽrat ſaxoſus/ aſpera ac dura mihi/ ut qui
abſq; ſoleis eẽm uia. ducebar a puero aſinario/ qui me aliqñ nouo proderet more.
pcutiebat eñ & currentẽ: neq; ſolum ligno ſimplici/ ſed eo cui frequẽtes atq; acuti
ſtimuli eſſent infixi. His ſemp poſteriora dorſi pungebat: adeo ut nates ulceribꝰ in
quinatę/ ſemper ab illo eodem loco uapularent. Onus p̃terea imponebat & ele
phanto graue. Deſcenſus montis licet eſſet: attamẽ cõtinuis premebat uerberibꝰ.
ſi quando ſarcina in alteram declinabat partem: nequaq; autẽ demebat ligna/ aut
imponebat leuius ut equaret altera: ſed graues addebat lapides parti leuiori. Ita
redibam miſer/ tum ligna/ tum ſaxa inutilia ferens. Flumẽ erat in itinere abſq; na
ui: ille calceis parcens/ a poſteiori parte poſt ligna ſuper me quoad fluuiũ tranſi
uiſſem inſidebat. Si uero ( ut ſæpe contingit ) labore atq; onere nimio laſſus cecĩ
diſſem: tunc mihi calamitas aderat non ferenda. non eñ me ſubleuabat manibꝰ/
aut camo erigebat/ aut reddebat ſarcinam leuiorẽ: ſed ab capite atq; auribus inci
piens me ligno cõtinue percutiebat quoad plagarũ multitudo me cogeret ad ſur
gẽdum. Aliud quoq; malũ intolerabile ſum ppeſſus. Spinarũ quippe acutarum fa
ſcem quem ferebam a poſteriori parte ſuſpenſum caudę alligauit. ut pendẽs cru
ra mouentem ( ut ambulanti neceſſe erat ) acerrime pungerent. neq; uero huic ma
lo obuiare potis eram/ herentibus ſemp ſpinis: ac per inceſſum incedens deuitare
ſpinarũ ictus ligno ualde uapulabam. ſi aculeum deuitarẽ citius ambulans/ gra
uius poſteriora torquebant̃ a ſpinis. Erat aſinario illi om̃ino me pdendi animus

Itaq; cum illum aliquãdo ꝑcuſſiſſem: nunq̃ eſt id oblitus. Iuſſus ſtuppã de una re-
gione in aliam tranſferre: illam ſup dorſum meum arte alligauit: interitumq; mihi
ex eo machinatur. cum paululũ ꝓceſſiſſem/raptum ex igne torrem exuſtum in-
fra ſtuppam abſcondit: qua ſubito incenſa/ego ignem ſentiens me comburendũ/
in conſpectũ forte de via ſtagnum me conieci: meq; in aqua una cum ſtuppa cõ-
uolui ſæpius/quoad ignis extingueret. itaq; abſq; diſcrimine reliquũ confeci viæ.
Cum non daretur illi facultas ſtuppam amplius incendendi limo atq; aqua ple-
nam: at ſceleſtus ille aſinarius domũ reuerſus oẽm in me culpam cõiecit: aſſerens
mea me ſponte in ignem proſiluiſſe. Alter deinde impurus puer/ingens aduerſũ
me excogitat malũ. nam cum me ad montem deduxiſſet: grandi lignorum onere
impoſito/rediens vicino agricolæ ligna vendidit: meq; vacuũ lignis domum redu
cens apud dominũ veluti inutilem accuſat/inquiens. Quid hunc aſinum amplius
nutrimus fruſtra: difficilem/tardũ/grauem? Inſpice quæ ſit eius cura. ſi mulierem Aſinus a-
aut virginem formoſam cõſpicit: e veſtigio calcibus proſiliens curſu ad eam fer- matorius.
tur: tanq; homines ad mulieres dilectas ſolent: morſu tanq; oſculo appetens nitit
concũbere: ex quo lites tibi & odia omnibus conq̃rẽtibus pauentibuſq; inſurgunt.
Enimuero nũc ligna ferens/cõſpectam in agrum abeuntẽ fœminã/ligna abiecta
diſperſit: mulierem tanq; coiturus inſequit: donec alijs aliunde accurrentibꝫ muli
er ab huius formoſi amatoris impetu liberata eſt. Hęc patronus credens: poſteaq;
inquit neq; pariter ire vult/neq; ſarcinã ferre: ſed mulieres appetẽs amores hoĩm
imitat: occidite eum: & inteſtinis vulturibis datis/carnes operarijs ſeruate. Si qs quõ
ſit mortuus quęret: fingite a lupo interemptum. Atq; abſurdus ille puer gauiſus/
me ſubito parat iugulare. Sed forte accidit: ut vicinus quidam agricola me ab in-
teritu vẽdicaret. quẽ dum conſulens aduerſum me grauiora: nequaq; hunc aſinũ
occidas inquit/piſtrino aptum atq; oneri ferendo. neq; etiam magnũ ſi in amores
mulierũ labitur. Caſtra ipm. ſubmota eñi veneris cupiditate mitis erit & pinguis:
cui non ſit difficile etiam grauiſſimũ onus ferre. Si quomodo caſtret' ignoras: qua-
triduo aut triduo virum adducã huius artis peritiſſimũ. Approbat' ab ſinglis qui
aderant conſiliũ hoc. Ego audiens fundebã lachrymas: tanq; vir eſſem aſino deſi-
turus: neq; eñi viuere amplius cupiebam ſi fierem eunuchus. potius ergo aut ex
monte aliquo me p̃cipitem dare: ut morte miſſa effugerẽ vitam miſeriorẽ. At no-
cte intẽpeſta ꝑuenit in agros de villa nuncius: puellam a latronibꝫ nuper raptã &
eius ſponſum/meridie iuxta litus deambulãtes ab inundante maris aqua raptos
atq; abſorptos fuiſſe. hunc finem & rerũ & vitę ſortitos. Serui nouis dominis va-
cua domo oĩes nequaq; de cætero ſeruitutem pati: raptis quæ in agris erant au-
fugiunt. qui equis pręerant aſſumptis quæ poterant mihi & equis imponũt. Egre-
ferebam non ferre me onus aſino dignũ: lętabar tamẽ euaſiſſe me id periculũ ex-
caſtrationis. Vniuerſa nocte confecimus iter longũ: tertia die in urbem Macedo-
nię ꝑuenimus Berriam/magnã qppe ac populoſam: in qua habitare ſtatuerat qui
me ducebat. ac ſimul iumenta vndere precio medio ſtans in foro nos ꝓſcribebat.
Emptores diligenter inſpiciebãt oĩa aperientes os: atq; ex dentibus ætatem cu-
iuſq; cõiectantes. Emerunt alij iumẽta reliqua: me ultimũ relictum pręco iuſſit re-
duci domũ: inquiens/hunc ſolũ vides non repiſſe emptorẽ. At ſors multa reuoluẽs
ſępius & cõmutans/mihi dñm minime gratũ parauit. Cinędus erat ſenex unus ex
eis qui deam ſyram per villam & agros circũferentes ſtipem deę offerre impellũt:
huic mago vendor precio drachmis triginta. quẽ ligatus ſequor. Vbi domũ (Phile Vendit' aſi-
ni hoc emptori noſtro nomen erat) peruenimus: magna ad oſtiũ voce: O Chora- nus.
ſia inquit ſeruũ nobis emi pulchrũ ac grandem/genere cappadocem. Erant ea co-
ralia cinędorũ turba Phileni coaditorũ: qui oĩes ad illius vocem applaudentes/
exiſtimabant verum ſeruum emptum eſſe. ut vero aſinum videre/Philenũ incre-

pant: ꝙ nõ ſeruũ/ ſed ſponſum ſibi adduxerit ſuis nuptijs dignũ: ex quo certe pul
los eiuſmodi ꝙprimum pararet. Ad hæc cum riſiſſent omes: exercitio ſuo intenti/
paratis domi ſacris/ mihi deam ſupimpoſuerant. Ciuitatem egreſſi cum pꝛiam per
ambularent: in quandã villam puenimus: in qua ego deam ferens conſtiti. Qui
dam qui rei pręerat/ qui cum veluti deo plenus nõnulla protuliſſet verba. Reliq
mitra proiecta caput ſubtus guttur ligantes/ enſibus lacertos feriunt. linguam in
ſup foris dentes ꝯxectam quiſq; incidit: ut breui tempe omia ſanguine manarẽt.
Hic ego valde extimeſcebã/ ne aſini quoq; ſanguine deæ opus eſſet. Eo pacto cũ
ſibi ſanguinem eduxiſſent: drachmas & obolos a circũſtantibus colligunt. alij cari
cas prębent & vinum/ caſeum/ fiſcellas: alij modios tritici atq; hordeum in aſini ci
bum. Ex his autẽ habebant victum & ſacra deę faciebant. Perambulantibus illis
aliquãdo villam/ quodã iuuene grandiore ab ſe conſpecto/ expiatũ domũ in qua
forte diuerterãt deducũt. illi muliebria ut illis nepharijs cinędis mos erat perpeſ
ſi ſunt. Ego dolens me in aſinũ eſſe verſum: cum tantũ ſcelus non poſſem ferre. O
ſceleſti/ cum vellem exclamare pro voce hois magnũ rugitum dedi. Quidam ex
ea villa amiſſum aſinum quærentes: audito rugitu derepente nullo pmonito do
mum ĩgrediunt: cum æſtimarent me ſuum aſinum eſſe: repertis qui infanda pa
trabant cinędis: multo cum riſu locum egreſſi/ ſceleſtam ſacerdotũ nequitiã per to
tam villam diuulgant. Illi ob eorum ſcelera deprenſa/ pudore ꝯterriti/ proxima no
cte abeunt. Cum in locum ſolitariũ pueniſſent: increpabant me admodũ/ ꝙ eorũ
miniſteria pateſeciſſem. Tolerabile hoc erat damnũ verbis mala audire: qđ ſequĩ

Vapulat aſinus.

non ferendũ. Deam quippe humi deponẽtes/ ſublata ſella nudum arbori robu
ſtę alligant: deinde fuſte ex neruis facto me ad necem verberant: iubentes me in
futurum eſſe taciturũ: & ſimul poſt verbera me ſtatuunt iugulare/ qui villicorũ in
ſe iram incitarim: neq; per me licuerit facere conſuetũ queſtum. ſed operę iacentis
humi deę id prohibent/ ne deeſſet qui eam ferret/ cędem effugi. Poſt multas tamen
plagas repoſita ſupra me dea iter ſunt proſecuti. Veſpi in hois opulenti prędium
puenimus: qui libere nos domi excipiens ſacra deę peregit. Hic ego ingens pericu
lum adij. Amicus qdam noſtri hoſpitis partem ſilueſtris aſini dono miſit: quam ca
nes qui intus occulti erant coqui negligentia comederunt. hic pręter modũ ne do
mini iuſſu vapularet/ cum de morte cogitaret/ cõſilio mulieris pepercit vitæ. Si mi
hi credis inquit/ & te ſaluabis & reſarcies hoc damnũ. habent hi cinędi aſinũ: quem
ſi deduxeris in deſertũ locum facile illũ potes occidere: ſumptã q; ex eo partem pa
rare in cibum domino: reliquũ corporis præceps abijce. Exiſtimabũt cinędi aufu
giſſe aſinum/ neq; amplius apphendi poſſe. Hic vero aſinus pinguis eſt & perſi
milis ſilueſtri. Approbato mulieris conſilio/ coquus intelligens eo ſe pacto iram
patroni declinaturũ: mihi propinquat ut conſultũ patraret. At ego quid de me fu
turum eſſet pręuidens: optimũ factum duxi illud periculum ſubterfugere. Igitur
effracto quo ducebar loro/ proſiliens feror intus curſu ubi cinędi cum hoſpite cœ
nabant. ſubito eo aduentu & lumina & menſam ſubuerti: exiſtimans hoc ſcitum
inuentũ ſaluti mihi futurũ: domiq; eueſtigio me ocioſum aliquo tuto in loco de
tenturũ. verũ hæc res in extremum eſt mihi verſa diſcrimen. Iam furioſum me opi
nati: enſibus/ iaculis/ longis baculis velut occiſuri me appetiuerunt. Quo picnlo
proſpecto/ in interiora domus ubi cinędi dormituri erant curro. Illi oſtiũ loci exte
rius occludunt. Diluculo nebulones illi dea mihi ſuppoſita recedentes/ ad aliam
ciuitatem copijs & opibus patentem perducũt: in qua nouũ interuenit prodigiũ.
Nam cum dea priuatę domus abnueret diuerſoriũ/ in templo ſe poni iuſſit eius lo
ci qui a ciuibus maxime coleret. Illi libenti animo deam externã prope ſuum deã
in templo collocant: nobis tradunt paupercule hoſpitium domus. Hic plures cinę
di dies cõmorati/ cum abire vellent: deamq; a ciuibus peterent: templum ingreſſi

deam aſportant. verum facinoroſi homines phialam auream e templo ablatã fur-
to infra deam recõdunt. Qua re palam facta ciues nos inſecuti / ut appropinqua-
runt ex equis deſilientes cinędos capiunt: impios illos ac ſacrilegos appellantes:
cum phialam ereptam repeterẽt. Scrutati ſingula eam reperiunt in ſinu deæ ab-
ſconſam. quãobrem hos muliebres viros colligatos in urbemq; traductos in car-
cerem conijciunt: deam alio in tẽplo ponentes / aurũ ſuo deo reſtituũt. Poſtera die
& res eorum & me inſuper vendunt. Ego a piſtore incola propinquioris villę em- Vendiť de-
ptus ſum: impoſitiſq; decem tritici quę emerat medimnis in villam difficili ac aſpe- nuo
ra via perductus. Erat domi mula conſerua / molęq; plurimę ab illis agitatę: omia
intus farinę plena: me vero veluti ſeruũ nouum ſolent / ac de via propter grande
onus feſſum eo die quieſcere ſinunt. Poſtridie me iugo molę alligatũ / ligatis ocu-
lis molere iubent. Plane noram id ſæpius expertus quo pacto eſſet molendum:
ſed ſimulãs me eius operis rudem / fruſtra quietem ſperaui. Nam plures qui ade-
rant arreptis baculis de improuiſo me id minime expectantem ( nec eẽ poteram
aſpicere ) adeo pcuſſerunt / ut e veſtigio more turbinis circũducerem molam. Ex-
pertus ſane didici: ſeruum ad ea quę fienda ſunt promptũ eſſe debere / nec expecta-
re domini manum. Eo labore admodũ macer euaſi & corpore debilis: quapropť
hortulano me vendidit qui hortum cęperat colendũ. Is olera in forum mea ope- Venditur
ra ferebat ſæpius: agro deinde effodiendo plantandoq; ac rigando intentus. ego quarto
interim ocioſus: ſed vita propter frigus ( erat eẽ hyems ) ſatis moleſta. cum pa-
tronus nedum mihi / ſed nec ſibi lectum poſſet parare. Me tum moles luti / tum
dura terra atq; acuta multum offẽdebat. cibus idem lactucę amaræ ac perduræ
erat ambobus. Cõtigit aliquãdo nobis ad hortum adeuntib9 / ut obuiaremus ge-
neroſo viro veſte induto militari: qui primũ verbis italis hortulanũ allocutus / pe-
tijt ab eo quo aſinum ducat. Ille vocem militis ut opinor non intelligens / nihil re-
ſpondit. Miles id veluti ſe contemptũ ferens moleſtius / hortulanũ fuſte cum per-
cuſſiſſet: ille militem amplexus ad terrã in via proſtrauit iacentem: tum manibus /
tum pedibus / tũ ſaxo ferit. Miles cum ſe tutaretur / minareturq; ſi exurgeret ſe il-
lum enſe interfecturũ: hortulanus quid inde futurũ eſſet p̃monitus / extractum
de vagina enſem additis verberibus longe proijcit. Miles vitæ periculo motus ſe
ob verbera mortuũ ſimulat. quod veritus hortulanus: iacentemq; relinquens / en-
ſe ſupra ſe poſito in ciuitatẽ pergit: datoq; alteri ad colendũ horto ob timorem pe-
nes amicum una me ducens ubi lateret diuertit. Deinde amici conſilio ſe in area in-
cluſit: me pedibus per gradum abſtractum recludunt in ſupiori ædium parte. Mi-
les ubi de via ſurgens / vixq; ambulans ob ſuſcæptas plagas in urbem cum rediſ-
ſet: narrat cõmilitonibus qui obuiam forte facti ſunt iniuriam hortulani. Hi cũ no-
ſcent quo eſſemus in loco: ſumpto magiſtratu venientes domum lictorem intus
deſtituunt: iubentes eos qui intus eſſent educi. Quom lateret hortulanus / excla-
mant milites illum & aſinum intus eſſe. Qui domi erant nullos eſſe alios præter
ſe / nec virum nec aſinum affirmant. Cum tumultus & clamor plurimus in par-
uo loco eſſet excitatus: ego qdnam id eſſet cupidus ſciẽdi / caput e feneſtra exculi.
quo illi viſo / ſtatim exclamant in mendacio cõprehenſos. Scrutantes ſingula hor-
tulanũ inuenerũt in arcula iacentẽ. extractũ iudicibus tradũt errati pœnam datu-
rum. me inferius demiſſum dant militibus. Ridebant in me verſi omes: qui meo
indicio prodiſſem dñm. ex quo id verbũ primũ prodijt in vulgus. Ex aſino cõſpe-
cto quid deinceps patrono acciderit ignoro. Miles me emit viginti nũmis / qui mi- Venditur
niſter erat viri prędiuitis Theſſalonicę Macedonię ciuitatis. eius miniſterium erat quinto
epulas parare diuiti. Cum iſto habitabat piſtor placentas cõficiens melle. cõmu-
nia erant his ſuę artis utenſilia atq; inſtrumenta. hi mihi diuerſoriũ dederunt in eo
loco ubi reliquię cœnę domini ab ipis importabanť pplures; ab altero carnes ac



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

piſces/ab altero placentę. Inter has me incluſum relinquentes abeunt lotum. Ego
omiſſo hordeo humano cibo vētrem referſi. Cum rediſſent tum ex ciborū mul
titudine non aduertunt cibos a me comeſtos: tum quia parce ne quid pciperent
comedi. Vbi illos id non perſpexiſſe ſenſi: eorꝫ fretus ignorātia melioribus fruſtis
corpus repleui. Tandē ut damnū cognouere: alter alterum illas ſurripuiſſe ſuſpi
catus pudorem inuicem reticebant. Diligentius igitur aſſeruantes reliquas porti
ones deinceps & fruſta adunāt. Ego vitam voluptuoſam in delicijs agens factus
ſum corpore pinguior: adeo ut pellis ex pilis nitidis admodū luceret. Illi me pin
guiorem pulchioremqꝫ factum videntes: hordeū vero nequaqꝫ diminui: in ſuſpi
tionem mei ducti/ſimulāt ſe foris ire lauandi gratia: Clauſo oſtio quid agam per
rimulas aſpiciunt. Ego ignorans dolum ad prandiū proficiſcor. Illi primo ridere
incipiūt in cibo aſino deſueto. cum ſeruis deinde ad id ſpectandū vocatis/ridentſi
mul omēs vehementius: adeo ut patronus peteret quidnam accidiſſet ut adeo eſ
ferrent̄ riſu. Vt cauſam percepit ſignificātes a ſympoſio: atqꝫ intro inſpiciens po
ſteaqꝫ me vidit ſiluestris apri fruſtū edentem: ſtatim ridens ſe intus corripuit. Ego
egerrie tuli me in furto & gula fuiſſe deprehenſum. Ille orto riſu me iubet in cōui
uium deduci, deinde mēſam parari adeo multis cibis / ut nullus alter aſinus eos
potuiſſet edere. cocleę crudę erant: piſces partim garo & oleo / partim ſinapi con
diti. Fortunā ego arridētem mihi ſentiens/cogitanſqꝫ his iocis ſalutem mihi affer
ri poſſe: menſę aſtans prandiū ſumpſi. qua ex re uniuerſum cōuiuiū ſe in riſum
effudit. Cum dixiſſet quiſpiam: bibet hic aſinus vinum ſi quis miniſtret, idqꝫ pa
tronus iuſſiſſet afferri: oblatū potaui. Hoc ille poſtmodū admiratus duplex eius
Inſtruit' aſinus. quo venditus erat preciū annumerari emptori iuſſit: meqꝫ dari adoleſcenti curam
liberto ſuo/tum nutriendū/tum inſtruendū quæ illum oblectare poſſent. Facile il
li fuit me docere parentem ſibi/facientēqꝫ ſingula quę monſtraret. Primū flecti me
in genua ſuper lectum uelut hoīem docuit. tum ſibi alludere: ac ſtantē pedibꝫ ere
ctis anterioribus ſalire: ad eiuſqꝫ vocem annuere atqꝫ abnuere, oīa deniqꝫ quæ
poteram imitabar. Vulgatū iam per urbem erat aſinum uinum bibere: ludere: ſal
tare: & qđ mirabilius videret̄/vocibus hominis obtempare. Cum vellem bibere
oculorū nutu admonebam miniſtrum. mirabant̄ hæc omēs ut rem inſuetā viſam/
hominē in aſino eſſe. Lętabar illorum ſtulticia: diſcens ambulare: ferre patronum:
currere abſqꝫ ulla ſeſſoris moleſtia. Eram ſumptuoſus ornatu/ porphirijs / fabris/
freno/auro/atqꝫ argento diſtincto. pendebant inſuper tintinnabula ſuo modo ſo
num præbentia. Menades patronus in Theſſalonicā abijt ob hanc cauſam ut fe
rebat: qꝫ erat pollicitus patrię ſe gladiatorios ludos daturū. Qui cum ad pugnā m
parati eſſent: nos mane ꝓfecti ſumus. Ferebā dominū via dura & vehiculis diffi
cili. Vbi Theſſalonicā venimus: omēs ad me videndū & ſpectaculū conuenerāt.
iam eñ fama diffuſa longius diuulgauerat: me in modū hoīs ſaltantē varios lu
dos addere. Patronus poſt potum ſuis conuiuibus (hi nobiles erant in cœna) me
iocos illos incredibiles iubet edere. Libertus qui mihi pręerat / faciens ex me quæ
ſtum tenebat incluſum: eos qui in eos ludos volebant aſpicere aperta ianua / da
tiſqꝫ nūmis intromittens. Illi alterutrim meum cibum afferebant: & ea prę
ſertim quę ventri aſini minime cōueniebant, Me & dñi & aliorum ciuiū epulę & magnū
& pinguē reddiderūt. Mulier quędā & externa mei videndi cupida/ accedit ut me
aſpiciat prandentē. ut aſpexit/e ueſtigio in cupidinē mei exarſit: tum aſini ſpe addu
cta: tum impulſa ludorū venuſtate. Hæc cum liberto ut unā noctē ſe mecū eſſe ſi
nat magno ꝑcio paciſcit̄. Qui parꝫ curans mei iacturā: ꝑcio accepto/cum aduespe
raſceret poſt dñi cœnā iuſſu abeunte me/ad locū ubi dormiebā perducit. Ibi mulie
rem inuenimus lectū ingreſſam: puluinaria mollia portata erant: veſtes quoqꝫ
ſtragulæ & ſtratū decens humi poſitū. mulieris ſerui alio in loco abeūt iuxta do

mum dormitũ. Illa lumen intulit permagnũ igni ſimile: exutaq; veſte nuda ꝓpe
lumẽ ſtetit. deinde ex alabaſtro ꝓferens unguentũ ſe primũ cum inungit: nateſq;
unguẽto r̃plet. Poſtmodũ exoſculatẽ: ea loquẽs quæ amor in hoĩem dilectũ pro-
ferre cogit. Deinde me fune in ſtratũ trahit. Ego nequaq; tertio egens hortatore/
quo ducor accedens: cum vino veteri eſſem referſus/ quoq; odore unguenti incita
tatus/ pulchritudine inſuꝑ puellę cõmotus/ inclino me: dubius quonã pacto cõcũ
berem cũ muliere. nam ex quo aſinus expers coitus fui: neq; cũ aſinis cõſueuerã/
neq; aſinam cognouerã. Itaq; haud ꝑuus timor inceſſit/ ne ſcinderẽ dilacerarẽq; in
coitu mulierẽ: ac poſtea tanq; homicida meritã ſubirem pęnam. Sed hęc in caſum
a me cogitabanẽ, nã mulier multis amatorijs me oſculis ꝓuocans/ ubi me ad opus Cõcubitus
paratũ ſenſit: ut homini ſupincũbens me complectitẽ: ac paululũ eleuans totum in aſini
guen accæpit. Ego cũ retrocedere adhuc reformidãs: illa meos amplexa clunes/
ad ſeſe trahit cedẽtẽ paulo: quorſum inquiẽs refugis: atq; acrius complexui inhe
rens. Vt vero ſenſi ſuppellectilẽ mihi adeſſe ad explendã fœminę libidinẽ ac volu
ptatem: timore depoſito haud quaq; amplius inſequẽti cedens/ eius obtemꝑaui
libens cupiditati: exiſtimauiq; non eſſe me Paſiphes adultero deteriorẽ. Hoc pa-
cto uniuerſa nox veneri data eſt/ in voluptate coitus frequẽter cõſumpta. Cum
dies adueniſſet/ abiens cuſtodẽ meũ cõuenit: precioq; noctem aliam redemit. Ille
ditior ope meo factus/ cum rem dño ſignificaſſet/ cum fœmina reliq̃t incluſum.
Quæ priori exercitio intenta voluptati opam ſummo cũ deſiderio impendit. Liber-
tus interim veſꝑi me inſcio ad interiorẽ in quo dormiebamus locũ perducto pa-
trono/ me per rimulã oſtendit cum iuuẽcula coeuntẽ. Eo aſpectu oblectatus rem
perhibet efferri: cupiẽs me in theatrũ duci ludorũ tempe/ quo id a me ſpectaculũ
in aliqua quæ ex his ad beſtias dãnatę eſſent fœmina in conſpectu omniũ ederetẽ.
Ad me igitur introductę mihi hęrere & demulcere manibus iubent: ut cum ludo
rum inſtaret dies in theatrũ deduceremur oĩbus ſpectaclo futuri. Lectus erat ma
gnus & indica factus teſtudine/ atq; ornatus auro: in hoc me collocãt: & pone mu
lierem. deinde ſuꝑ machinã lectũ poſitũ in mediũ theatri ferunt magna cũ accla-
matione ppl̃i/ plauſuq; manus aduerſus me extendẽtes. Menſa nobis erat pluri-
bus ꝑparata rebꝫ/ quę in cœna delicatis hoĩbus apponunẽ. Aſtabãt nobis formo-
ſi pueri pincernę/ vinũ nobis poculo aureo miniſtrãtes. Ibi cuſtos aſtans meus iu-
bet me prãdere. verecũdabar in theatro ſitus: & ſimul extimeſcebã ne quis urſus
aut leo ad me dilaniandũ proſiliret. Hic ego inter alios flores recentiũ roſarum fo
lia cõſpicatus/ ſtatim e lecto proſilio. Arbitrabanẽ reliqui me veluti ſaltaturũ ad lu
dum prebendũ ſurrexiſſe. At ego inter hoĩes ad flores uſq; delatus roſas electas
paſcor. Tunc ſingulis admirantibus iumenti ſpeciem depono: omiq; prioris aſini Aſinus in
ſublata forma/ in Luciũ illũ priſcũ ante eos nudus redij. Hoc inſperato veluti mi- hoĩeꝫ redit.
rando monſtro ſtupefactus ppl̃us: magno coorto murmure in diuerſas ſentẽtias
diſtrahebanẽ. Alij/ ut magum inq; varias formas mutari ſolitũ me ſtatim igni com
burendũ. Alij paulo expectandũ: meq; prius audiendũ cenſebãt/ ac poſtea ſñiam
ferẽdam. At ego ad ꝑfectum urbis qui aderat in theatro currens: dixi me a ſerua-
Theſſalię hoſpitis uxoris quę maga erat unguento ꝑfuſum/ in aſinum fuiſſe con
uerſum. Rogo me in cuſtuodiam detineat quoad certior fiat me loqui vera. Dic
inquit præſes tuorum parentum & cognatorũ ſi quos habẽs & ciuitatis nomen.
Pr̃em eſſe mihi Laertiũ reſpondi: frẽm huĩoi eodem quo ego vocari nomine. Me
hiſtoriarũ aliarũq; rerum ſcriptorẽ: fratrem poetã atq; augurem eſſe. pr̃iam urbẽ
Achaię Paterã. Quã ubi præſes audiuit: Hoſpitis inquit filius eſt hominis mihi
amiciſſimi/ qui me domi ſolitus eſt excipere & donis proſequi. Scio nil te mentiri
tali parente natum. deq; ſella deſcendens/ me amplexus exoſculatur ac ducit do
mum. Interim meus aduenit frater/ argentum afferens aliaq; multa. Cum præſes

aſtantibus om̄ibus me miſſum feciſſet/ad mare deſcendimus pręparata iam na
ui:cōmeatuq; impoſito optimū factum ſum ratus/priuſq; abirem fœminam con
uenire quę me aſinum adeo dilexerat: multo enim magis virum aſino pulchrio
rem fore ſibi charum exiſtimaui. Illa admodū lęta me vidit rei miraculo delecta
ta/ac cœnare cubareq; ſecum hortata eſt. Exiſtimabam illam quæ aſinum dilexiſ
ſet multo maiorem in homine voluptatem ſumpturam. Cum cœnaſſemus un
guento ungor:coronaq; ex amatiſſimis roſis/ut quæ mihi formam hominis reſti
tuiſſent/impoſita capiti:cum tempus dormiendi iam nocte intempeſta adeſſet ve
ſtes exuo:aſtans nudus veluti rem gratam fęminę facturus: cum pro aſino viru
haberet. At illa ut me nudum aſpexit & ſingula hominē eſſe: in me expuens. Abi
hinc in rem malam ait:abſcede ocyus alibi dormiturus. Cum peterem quo nam
ob erratum meum id diceret: Quoniā non te ait/ſed aſinum dilexi:quo cum/non
tecum cōcubui. Equidem arbitrabar aſini te ſolam ſpēm depoſuiſſe/inſigne illud
quod dilexeram ſeruaſſe. Tu vero amiſiſti id quod ſolum in aſino pulchrū vide
batur atq; utile/in ſimiam quandā cōuerſus. Statimq; vocatis domeſticis/mādat
extra domū foras me nudum eijci. Ego ante domū nudus/coronatus/unctus in
nudo ſolo iacui. Diluculo mare verſus reſpiciens nudus fratri narraui non abſq;
riſu infortuniū meum. Vento deinde flante nauem aſcendentes paucis diebus in
patriam venimus. ubi dijs meę ſalutis auctoribus ſacra perſolui:ac in templo do
na ſuſpendi:non quidem ex canis podice:ut vulgo aiunt: ſed ex longa aſini pere
grinatione:ac vix tandem in patriam rediens ſalutem conſecutus.

Lucij (al's/ LVCIANI) Aſinus per Poggium e
græco in latinum verſus finit.

# POGGII FLORENTINI ORATORIS CLARIS- SIMI AC SEDIS APOSTOLICAE SECRE TARII INVECTIVARVM LIBER

## Et prima in Fœlicem antipapam.

On poſſum non dolore maximo cõmoueri/ turba-
riq; animo:& dolorem conceptum etiam litteris ex
primere:cum videam alterũ Cerberũ/ quem iam ſo
pitum arbitrabamur/de nouo excitatum ab inferis:
ad pturbandã religionem/& eccl'iam fidelium peni
tus euertendam. Quis em̃ fidelis Chriſti non como — Deteſtatio
ueatur & doleat vehementer:cum videat lupum ra — acerbitatis
paciſſimũ ſanguine olim fidelium depaſtum / nunc — plena.
induere veſtem agni: ut pacem eccleſie quam ſemp
lacerauit/perdidit/afflixit:om̃i opere ſtudioq; euer-
tit:ſub verborũ inuolucro/ſub fictę humilitatis ſpe
cie per alterius dedecus & cõtumeliam funditus de-
lere velle videat̃: Quis non ingemiſcat & mereat:
vitulum aureum in opprobiũ fidei/vilipendiũ Chriſti/contemptũ religionis/ præ
ſentis ſeculi ignominiã/a ſynagoga perniciosiſſimorũ ſuiq; ſimilium hominũ ere-
ctum:conari ſuis oratoribus & litteris peruertere a vera fide ſub pacis titulo/fide
lium principum mentes recta ſentientes: Quis deum ultorem non inuocet tantę
hypocriſis/tantę nequitię/tanti dedecoris: Quis non deteſtet̃ peruerſorẽ fidei/ho
ſtem religionis/auctorem ſciſmatis/antiſtitẽ malignitatis: Hæc eſt illa olim mo-
rum ſimulata ſanctitas:ſæculi abdicatio:ficta religio:ſolitarium domiciliũ: in quo
ſe deo deditum fingebat / ut illum poſtea turpiter abnegaret. In quo religioſum
ſe teſtabatur ſub humili veſtimẽto:ut poſtea tanq; leo rugiens querens quem de-
uoret/omnẽ funditus perderet religionem.ut ſciſma excitaret:ut ſcinderet incon-
ſutilem tunicam ſaluatoris:ut tanq; alter Maumetes nouam atq; infandam hære
ſim fabricaret. Miror Dei patientiam tamdiu hoc exitiabile portentũ orbis / hoc
infandum monſtrum/hoc nepharium oſtentũ inultum ſinere inter homines ver-
ſari. Sed cum dei iudicia ſint occulta:qui hypocritam propter peccata populi rege
re permittit:illud magis admiror:eſſe a deo quoſdam non homĩes/ſed beluas im-
manes ſub humana forma/ſtupidi cordis & inſulſi ingenij: ut credant ab illa ſenti — In Baſilieñſe
na ſcelerum Baſilienſium damnatę ſynagogę/aliquid boni/aliquid honeſti/ aliqd — cõciliablũ
religioſi prodire potuiſſe. Et quiſq; adeo ſtultus inſanit:ut putet illam perditiſſimo
rum hominũ conuenticulã aliquem niſi monſtroſum edidiſſe partum: & nedum
pontificis/ſed viliſſimi quidem ſacerdotuli creandi poteſtatẽ/niſi a diabolo & eius
ſequacib9 permiſſam. An eſt aliquis adeo mentis inops:ut hunc ſathanæ alumnũ
æſtimet rudem/ indoctum/ſubdolum/rapacem / & ſola auaricia inſignem : hanc
dignitatem nedum capere/ſed cogitare animo potuiſſe: Qui cum debuiſſet ſupe
riorum turpitudinem infra proprios parietes contegere & tenere / ſtulticiã ſuam
detegit om̃ibus: ut aliquid ſatis verbis & litteris poſtq; re nil poteſt / ſe facturum
oſtentet. Non intelligit ſe tanquam vilem meretricem verecunda ſua reſerare:om
nibus ſeſe auctorem ſciſmatis profiteri. O labes ſæculi. O dedecus orbis. O ma-
cula humani generis ſempiterna. Quid ſceleratius / quid peruerſius / quid perni-
cioſius Chriſtiano:q; abnegare ſuſcæptam fidem:q; architectum ſciſſuræ eccleſiæ
ſe præbere:q; ſcandalorum ſatorem:q; homines verbis allicere ad perniciem ani-

marum: q̃ ſuadere ut ex fidelibus deteriores infidelibus homines fiant? Quid amplius cuperet Arrius/aut quiuis puerſus hereticus: ſi inter viuos verſaret? Quid ipe ſathanas/ſi corpus mortale ſuſciperet/aliud ſatageret: q̃ qui in ſciſmate continetur interitum animarū? Sed magis demiror inſaniam illius execrandi idoli adeo ſtupore oppſſam/adeo ſtulticia & cupiditatibus excecatā: ut mentē audeat tentare chriſtianorū principum atq; optimorum. Et præſertim regis Francię: cuius animus ſemper firmus atq; inconcuſſus ſtetit pro ſeruanda unitate: ſemper heſit vero vicario Chriſti: ſemper Eugeniū/& nunc Nycholaum virum ſanctiſſimū pontifices ſumma coluit veneratione. Verum quid non audeat mens oppſſa facinore: imbuta erroribus: ſtulticia demerſa? Quid vero non tenet animus in ſciſmate enutritus/dolis & fraudibus aſſuetus? Legi nuper oblatum mihi exemplar cuiuſdam non epiſtolę/ſed ſomnij hominis delyrantis: qui qđ dicat aut ſcribat ignoret. Et certe arbitror illum cuius nomine ſcripta eſt/quid ea epl'a cōtineat inſcium/nō intelligere quæ ſunt ſcripta. Quid em̄ ſciat qui nunq̃ lr̄as didicit: nullam unq̃ neq; prophanā doctrinā percepit: nullum dei pręceptū legerit? Sed tamē tanta iactantia referta eſt: tanta verborū magniloquentia: tanto ambitu ſententiaꝝ: ut qui ab Amedęo dicta neſciat/ab aliquo ex priſcis illis doctiſſimis viris Romanis pontificibus profectā putat. Gregoriū aut Leonē loquentē exiſtimares: non eū qui lr̄as neſcit: qui ſacra ac pphana eodē loco habeat: qui religionē in q̄ſtum verterit: qui ſciſma ad quęrendū aurum in dei eccleſia excitauerit: qui viuatis/hoc eſt ipius dei hoſtis acerrimus tanq̃ naufragus & nudus/oīm ſpe auxilioq; deſtitutus/mendicando ac mētiendo omniū ſpem atq; auxilium imploret. Sed nil tibi proderit ſimulata verborū fucatio: nil ille peruerſa via quem te dicis habere unionis appetitū. Notus es omnibus/nota mens/nota facinora. Itaq; alias fallacias quęras oportet

In Amedęum ſciſmatis auctorē.

cum in his parum proceſſit calliditas tua. Multis ſciſma deteſtatur. O peruerſum ſanctitatis genus: cur potius ſciſma q̃ teipm̄ huius ſciſſurę principem deteſtaris? Cur non abhorres ſcelus tuum qui illud ſciſma conflaſti? Cur non odis pertinaciam ac peruicaciā tuam: qui fabricantibus ſciſſuram eccleſię/fomentū ac robur addidiſti? Nam quis fęcem illam barbaram in ſuum dominiū incitauit? Amedęus. Quis illorū inſaniam contra Eugeniū excitauit? Nempe Amedęus. Quis pecuniam illorū cupiditati porrexit? Hic idem Amedęus. Quis eſt in idolum aduerſus Chr̄m erectus? Amedęus. Et tu ſciſma tibi odio eſſe dicis: unitatem appetere profiteris: qui unitatis hoſtis acerrimus illis gladiatoribus arma porrexiſti: quibꝰ ſcinderēt incōſutilem tunicā Ieſu chr̄i. A te malorū oīm ſatore tanq̃ a pcipuo fonte cauſa exorta eſt omniū eccl'ię calamitatū. Tu ſuaſor/impulſor/adiutor/auctor/architectus huius tam pclari operis extitiſti. Tu in diuiſione eccl'ię falſam hereditatem ſubripuiſti: ut tibi partem poneres cum iniquis. At q̃ humiliter draco loquitur vorax: q̃ ſubmiſſe: q̃ molliter/ut pacem eccleſię videat appetere. Cur non illā prębes poplo chr̄iano quā ab ea ſolus per ſummū ſcelus eripuiſti? Cur non cedis alienę dignitati? Cur nō renūcias faſtigio a te per ſummū dedecus occupato? Ornaſti te veſtibus alienis: tanq̃ olim coruus cæterarū auium plumis. Depone illas potius q̃ inuito eripiant. Abijce fucatam dignitatem: abijce ſupuacuas pompas, proijce alienum nomen, recognoſce te Amedęum eſſe: hoc eſt ſatorem ſciſmatis/diuiſionis artificē/oīs tempeſtatis qua quaſſat eccleſia auctorē. Sed qđ ridiculum eſt/& mihi riſum mouit: plurimū extollit conciliū/ut appellat Baſilieſe: & ſuā prophanationē a Deo dicit proueniſſe. Magno profecto fuit deo cura: excitare alterum ſathanam qui fidem ſuam peruerteret: qui tartari ianuas patefaceret/quo ipe ſuiq; cultores eſſent deſcenſuri. Magna Amedęi merita apud cœleſtes erant: ut omnes eniterent ſciſma fieri: ut ipſe in throno ſathanæ conſtitueret. Nam q̃ in illa ſceleratiſſimorū factione hominū tuas vires/tuam auctoritatē/tuam fidē colla

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſoces:recte facis iniquis cum iniquis animo & ſententia cõuenire. Quis eñ igno-
rat qualis fuerit illa tumultuaria inquinatiſſimorũ hominũ manus? Quis non no-
uit quales viri/ꝗ nepharij/ꝗ reprobi/ꝗ ſceleſti in illa ſentina nequitię fuerũt ver-
ſati? apoſtatę:fornicarij:inceſti:raptores:trãſfugæ:turpi conuicti crimine:blaſphe-
mi deo & ſuis ſuperioribꝫ rebelles. Fex deniq; precio & mercede a te corruptore
conducta/illa colluuies fuit quæ Baſileam profecta eſt te duce/ad explendas va-
rias libidines & impunitatem ſuorũ ſcelerũ conſequendã. Aderãt ſuis decretis co-
quilanij:ſartores:piſcatores:ſtabularij:medici:& oĩs illarum gẽtium barbaries
ſpurciſſima:quæ ſpiritum ſanctum veluti dormientem & ſomnolentum ſuis voci-
bus & clamoribus excitarent:illum ex tabernis & coquinis excitatũ inuocabant/
ad rem profecto piam:ut ſciſma introducerent in populo chriſtiano. Egregium
ſane opus:& Amedeo illius ſatore pręcipue laudandum:non concilium / ſed do-
micilium ſeditioſorum:diuerſorium iniquitatis:habitaculum facinoroſorum:per-
fidię domus:conuentus ac concurſus hominũ perditorum. ut ſi quis illam multi-
plicium ſcelerũ colluuionem diffinire velit: meretricum & lenonum / ſordidorũq;
hominũ conuentum rectiſſime appellet. O bone deus:apud tam ſordidos homi-
nes/tam infimos/tam malos/tam nepharios/ tam ſceleratos ego ullum bonũ ho-
minem/nedum ſpiritum ſanctum potuiſſe eſſe crediderim:apud hanc vilem plæ-
beculam/orbis putridam fęcem ulla ponendi aut creandi Pontificis auctoritas fu-
iſſe putãda eſt:a tam perditis hominibus ullus bonus fructus prodire potuiſſet/
extimandum videtur? At arbor mala nequaq; bonos fructus poteſt facere. Sed
malam fuiſſe qui ex ea deſcendit oĩnibus fructus demonſtrat:hoc eſt diuiſio ec-
cleſie fidelium edita in caput tuum. Abi in malum cruciatum cum iſtac hypocriſi
peruerſa ac fraudulenta:cum iſtac verborũ fallacia. Tu ne dei eccleſias / nulla ut
ais ductus ambitione/per tuos ſatellites gratis/nulla ſpe ꝓpoſita ſcindere procu-
raſti? Tu tantam in oĩ genere tuo labem/tantum fidei noſtrę vulnus/tantum ob-
probriũ chrianæ religioni/nullũ ob pręmiũ infligere voluiſti? At minime cupidũ
dignitatis pontificalis ſcribis te fuiſſe. Quid ergo te impulit:ut homines illos perdi-
tos auro/ſpe/pręmio/precibus: per quoſdam quos nouimus corrũperes: ut tibi
fauerent induceres:ut te eligerent cogeres:niſi mens cęca cupiditate dominandi/
& auri auaricia ęſtuans ac feruens ambitione? Tu ne tot pecunias ut nil tibi pro-
deſſent incaſſum effudiſti? Tu ne gratis/nulla alia ſpe motus/ animã ſathanę de-
ſpondiſti? At credo illorũ auctorũ patrum grauitas/morũ ſanctimonia/ auctori-
tas te mouit:illorũ virtus te decepit:& ad credendũ eorũ decretis te inuitauit. Ho-
mo ſimplex eras/rudis:atq; illorum ꝑuerſitatis ignarus/impulſus/deceptus/ elu-
ſus fuiſti. Profitearis ſaltem ſtulticiam tuam/ut maliciam fugias. Satius eſt eñ ſtul-
tum ꝗ malũ videri. Sed neq; deceptus es:neq; errore prolapſus. diutius excogita-
tum/premeditatũ/prouiſum hoc tuum conſilium fuit. Tu omniũ rerum machina-
tor atq; inſtructor/tu ſciſmatis ſuaſor atq; impulſor extitiſti. Et nunc tibi diſplice-
re eccleſiæ calamitatem ſimulas ſcriptis tuis:& pacem quęrere quam tuis fraudi-
bus abſtuliſti:& eo vulnere afflixiſti eccl'iam/ quo plurimorũ mortaliũ animę pe-
riere. O bone deus/ubi nam gentium ſumus? inter quos viuimus? quibꝫ in mo-
ribus verſamur? ꝗ oĩa ſunt corruptione hominũ peruerſa? Latro ac fur querit iu-
ſticiam non ſeruari:leno pudiciciã probat:ſicarius odit crudelitatẽ:auarus gaudet
liberalitate. Summa & huius hominis peſtiferi pietas / matris ſeruandę. Poſteaq;
fuerit publicus matricida/pręſe fert voluntatẽ eius quam ſubſtulit de eccl'ia uni-
tatis:magnam pacis cupiditatem:cum intulerit fidei nepharium bellum. Nempe
credamus eius verbis:nam factis conueniunt. Multa enim ſigna illius cupidita-
tis oſtendit. Miſſa faciamus omnia. partem enim retuli quæ ante tempora Eu-
genij homo plenus religione patrauit. Quid poſt eius obitum:ut oſtenderet ſe

In cõciliatores

Tẽpoꝝ & morũ peruerſitatis accuſatio

cupidum unionis? Exultauit primũ gaudio/tanq̃ hypocrita ſolus regnaturus. In
de plures cupedenarios pro Cardinalibus effecit:tanq̃ leticia geſtiens: in deriſio-
nem omniũ gentiũ/& illius opprobriũ dignitatis:cũ ab homine indigniſſimo nul
la queat dignitas proficiſci. Auxiſti numerũ egenorũ/leticiam minuiſti. Quid ſibi
vult hæc ampliatio/ vl' potius dignitatũ inquinatio? Num hoc ſpectat ad unionẽ
querendã? Num amplitudo beneficiorꝫ/quæ tuę ſubdunt temeritati? Num ſpes
auctoritatis augendæ? Num cupiditas augmentandæ obedientiæ / te tam libe-
ralem alienę rei reddiderunt? Triumphũ te agere æſtimaſti ex hac tam prędara ri
diculorũ hominũ expectatione. Vt reges & imperatores ſolent in bellorũ victo
rijs/aut urbium expugnatione in ſignum leticiæ aliquos excellentes viros eque-
ſtri dignitate ornare:ita tua ſtulticia deſpondens ſibi victoriam ex interitu Euge-
nij: plures alienis veſtibus perſonatos/rubicũdo pileo tanq̃ mimos ridiculos ex-
ornaſti/in euerſionẽ eccl'ię/tuę ignominiæ memoria ſempiterna. Non fuere hæc
ſatis ampla tuę voluntatis indicia:aliud non inferius opus addere voluiſti. Miſi-
ſti e ueſtigio qui aduolarẽt ad orbis principes :ut te velut alteram deo dedicatam
ſtatuam Moloth adorarent:ut veram abnegarent fidem/hereſim ſequerent. De-
niq; non ad unitatẽ perueſtigandã / ſed ad ferenda ſcãdala verboſos ac loquaces
homines deſtinaſti. Sed quantus omniũ gentiũ non riſus/ſed deriſio tuę vanitatis
& ſtulticiæ habita eſt. Reiecti omnes/abdicati/repulſi a ſermone:a congreſſu ho-
minum ſemoti:& omẽs tuas promiſſiones/quas plurimas & varias obtulerũt:tu
am tuorũq; contagionẽ ut ſerpentis venefici abhorrebant oblata/ quibus ad cor
rumpẽdos ſynceros animos utebaris/ ut rem nephariã ſpernebant & reſpuebãt.
Nõnulli quos noui viri modeſtiſſimi/pecuniã ultro promiſſam/caſtra et dominia
contẽpſere. Omẽs a te artes/omẽs machinę adhibitę ſunt/ad animos recta ſentiẽ-
tes expugnãdos. O mirum ſanctitatis genus/& cunctis ſæculis inauditũ. Quod
boni & ſancti viri virtutibus efficere ſolent/tu huius ſæculi dedecus pecunia ten-

Antichriſto
fœlix com-
paratur

tas. Antichr̃us dicitur cum veniet auro atq; argento hoĩes corrupturos. Hic alter
antichriſtus exortus eſt ante tempus:qui mentes hominũ pecunijs/ promiſſiſq; a
vera fide peruertit:qui prędicet contra Chriſtũ.qui fidem in gehẽnam ignis impel
lat. Sed plus valuit eorũ quos corrũpere conatus es virtus/ q̃ tua nequitia. Perſti-
terunt ſinguli in fide recta:& tuis exploratoribus vel corruptoribus potius repul
ſis/tuam pecuniã deriſerunt. Et tu ſcribere audes & litteris tradere tam impudẽs
mendaciũ:te querere & optare eccleſiæ unionẽ:te velle ſequi conciliorũ auctorita

Baſilienſis
cõcilij dete-
ſtatio.

tem. Non pudet tantę vanitatis:tot mendaciorũ ut aiunt inuentarij. Scio te cupere
ut illud tantũ Baſilienſe non conciliũ/ſed diſcidium/haberet aliquã in qua funda-
mentũ tui erroris eſt apud hoĩes auctoritatẽ. Sed quę auctoritas eſſe potuit in ſce
leratorũ/perditorũ/phariſeorũ ſynagogula? quę dignitas in tam abiectis hoĩbus:
quos ego qui ſum puſillus/nollem domi meę eſſent coci/ac ſartoris loco? Deſine
iactare amplius inane ac nullius momenti tui cõciliabuli cõtemnendi nomen. De
ſine proferre ea ad te tuendũ arma quibus periclitaris. Deſine aliquãdo deſipere:
& redi ad ſanam mentẽ. Quid enĩ te mouet amplius/ut in tua cõtumacia reprobã
da pſiſtas? Vides omẽs orbis reges a te diſſentire/& ſentire nobiſcum. Vides oẽs
principes chr̃ianos nobis credere:nobis fauere:deteſtantes ſciſſuram tua opera in
Dei eccleſia introductã. Vides Germaniã totam aliquãdiu tuis ſuaſionibus ſedu
ctam:iam te abiecto defeciſſe:& nos Nycholaum verum pontificẽ recognoſcere.
Vides Galliam/Angliam/Iſpanias omẽs/Boemiam/Poloniam/Hungariam no
ſtrum Nycholaum verum Ieſu chriſti vicarium profiteri. Omnes deteſtantes ſa-
crificant vero deo:ſolus tu derelictus/cõtemptus/abiectus/proſtratus/omni ſpe
auxilioq; deſtitutus iaces infamis/abditus:in dominio tuo recluſus. Non miror te
pacem ducere velle:cum amplius bello uti nequeas. Nõ miror ſi deponere hone-

ſte cupis quod turpiter uſitatũ amplius retinere non vales. Nulli iam tibi nedum
animã ſuam/ſed ne nũmos quidem credunt. Quid igitur tibi reliqui eſt/præter
ſpem meram? Quid eſt amplius in quo confidas? Quid moleſtus es regibus &
principibus reliquis? Quid eorũ aures ſæpius obtundis? Quid ipoꝝ animũ ma-
lis artibus tentas? Quid oẽs filios vocas: cum te nullus in patrem recognoſcat?
Expgiſcere aliquãdo a diuturno ſomno: & te Chriſtianum aliqñ fuiſſe cogita. Re
di ad ſaluatorẽ quem abnegaſti. Petrus apoſtolorũ princeps Chr̃m ſaluatorẽ no-
ſtrum magiſtrũ ſuum negauit: et veniam poſtea errati meruit confeſſione peccati.
Imiteris fletum illius: & te erraſſe aduerſus Dominũ aliquãdo fatere. Nam ſi perſe
ueraueris amplius in hoc errore/cõſequeris p̄ter damnationẽ cœleſtiũ/infamiã
omniũ ſempiternã. Quam eñi tui memoriã ad poſteros demandabis? Quod no-
men relinques? Narrabunt futura ſæcula ad notam tui generis perpetuã: fuiſſe Fœlicis ſta-
olim quendã peruerſo nomine Amedeum: qui non amator/ſed hoſtis dei fuerit: tus & vita.
virum ſæculi ignarũ litterarũ/indoctum/imperitũ: in quo nulla ſingularis virtus il
luxerit: cuius nullũ laudabile opus extiterit: qui ſemp̄ ad expilandos nũmos inten
tus fuerit: chr̃ianos exinaniuerit: eccleſiarum bona abſtulerit: ad coaceruandũ the
ſaurum hoĩem auarum/aſtutũ/callidũ/ſubdolũ: ſingulari cupiditate: cuius omnis
vita queſtui intenta/nullam turpem lucri conditionẽ omiſerit: cum diutius homi-
nes lacerauerit/tandem ad diſſipandã eccl'iam deueniſſe. Hunc dicent ſemp̄ fuiſſe
habitu militari laicum/procul ab oĩ religione conſtitutũ procreaſſe filios. Dein-
de defuncta uxore/indicto concilio Baſileam veniſſe (aliquando eñi conciliũ fuit
in ſpecie a quibuſdã inductũ) põtificatus eccleſię per diſſenſionẽ adipiſcẽdi. Sum
pto hypocritarũ habitu/veſte vili ſecedentẽ a turba: aliquamdiu inter hypocritas
falſos ad religionis oſtentatõem verſatũ. Hunc eundẽ poſtea inter pontificẽ Con
ciliũq; diſſenſione orta/partes tutandi Concilij cępiſſe: ea ſpe cuius effectum vi
dimus conſecutũ. Eundem deinceps nephariã illam ſceleſtiſſimorũ hominũ con-
uenticulã ſuis aluiſſe ſumptibus: ſuis opibus ſuſtentaſſe: incendiſſe illoꝝ animos:
faces ac ligna ad excitandũ incendiũ ſubminiſtraſſe: ſuaſorem/impulſorem/aucto
rem ſciſmatis extitiſſe. ut veluti alter Diocletianus perſequeret̃ fidẽ Chriſti. Nũc Diocletianꝰ.
deſtitutũ oĩ fauore/fraude/& dolo cognito derelictũ: quęrere litteris & nuncijs
corrumpe cæteros: & adducere in errorem ſuum. Hæc ergo qui audiet̃ futuri ho-
mines/nõne id monſtri imanis loco ducent? Nonne hunc deteſtabunt̃? Nõne aſ
ſerent aut natũ non oportuiſſe: aut ꝙ primũ natus fuit/ad externas orbis inſulas
deportandũ? Multa quondam in terris monſtra fuiſſe perhibent̃ humano generi
pernicioſa. Gereonem & Buſiridem crudeles fuiſſe tradunt. At hi oẽs in corpo
ribus hominũ craſſabant̃. Huius noſtri/ad quod perdomandũ alterius Herculis
vires eſſent nobis implorandę/rabies veſana etiam in animas debacchat̃. Quo er
go grauior eſt animę ꝙ corporis iactura: eo nephariũ huius noſtri ſcelus eſt dete
ſtabilius iudicandũ. Illi eñi in rem caducam ac mortalem ſęuiebant: hic in rem im-
mortalitati donatam exercet ſuam crudelitatẽ. Imp̃atores nõnulli aliquãdo chriſti
anos perſequebant̃/corpora tñ tormentis varijs ſubijcientes: ex quibus animaꝝ
gloria donabat̃. At iſte corpori blandit̃: ut perdat animas/& mortales reddat. O
perdite laniſta. O carnifex defunctorũ: num te actorũ pœnitet/quæ tu ſemp̄ men-
te effera in contemptũ fidei/in p̄niciem fideliũ collocaſti? Non horruiſti nomẽ ſciſ
matis/quod eſt in tuo fanatico capite fabricatũ? Nonne expauiſti uſurpare Ponti
ficis nomẽ: cuius noſti te indignũ ac immeritũ ſemp̄ extitiſſe? Non perhorruiſti ha
bitum/veſtes/cultum/religionis ornatum: quæ tu oĩa ex ſalutaribus ad pernici
em contuliſti? At eñi cum ſingula ridenda ſint vel potius deploranda: hoc præci- Inuehit in
puam ſtulticiam redolet & magno riſu dignũ. Hic omniũ qui unq; fuerunt/ſunt/ nomen.
aut futuri exiſtunt infœliciſſimus: qui fidem/religionem/unionem/pacem/cõcor-

diã ſubſtulit:noĩat ſe fœlicem. Si nepharia ſcelera/ſi deo & eccleſię bellũ indicere/
ſi impium/ſi malum/ſi ſciſmatis auctorem eſſe / fœlicitatem poteſt afferre: non ſo
L.Sylla lum fœlicem/ſed fœliciſſimũ eſſe contendã. Sin vero ut olim Lucius Sylla infœli
ci victoria: cum Vrbem incendijs/rapinis/cędibus/ciuium ꝓſcriptionibus repleſ
ſet: in urbis tanta calamitate ſe fœlicem noĩauit. Tu item in ſciſmate populi chriſtia
ni euerſione ſanctę matris eccleſię/in animarũ naufragio/ te fœlicem tot malorũ
cauſa audes appellare. Quid abeſt/quin ſis oĩm mortaliũ execratiõe/ omniũ viuẽ
tium odio dignus? Quæ eñ fœlicitas poteſt eſſe/ ſceleri & impietati coniuncta?
Si legiſſes apud excellentes doctrina viros/quæ res pariat fœlicitatẽ: cum ſis ab il
lis admodũ remotus : nunq̃ illius nominis dignitatẽ tua impudentia maculaſſes,
Conſidera aliquando quid illud nomen requirat: & tu qualis exiſtas tuis operibꝫ
perpende. Excute animũ: reſera cogitationes: & an in illis aliqua lateat umbra fœ
licitatis ſcrutare. Pigebit mihi crede hoc nomen tibi indidiſſe nimiũ a vero alienũ,
niſi in ſubuerſione eccleſię a te edita/fœlicitatem tuam repoſitam arbitraris. Et ve
luti qui caſtra & militiam ſequunť cum quempiam ſpoliarunt / rapinas & ſpolia
lucri nomine appellantes: ita & tu ſcelus/ perfidiam/ dedecus/ inſaniam fœlicitatẽ
appellas, Sed oro: ut quod eſt difficillimũ/teipm ſaltem meis verbis admonitus re
cognoſcas. Reuoca paululũ mentem ad tuę fœlicitatis tam pręclara principia: &
qualia illius exordia fuerit meditare. Aduerte quæſo animũ ad illam tuũ in ſatha
nę thronum deflendã aſſumptionem/& cunctis gentibꝰ deteſtandã. Inſpiciamus
a quibus hominibus tua pręſumptio facta eſt/q̃ bonis: q̃ ſanctis: q̃ religioſis, Qui
ergo tui ſolij artifices extiterũt: ut ex eo Fœlicis nomine fueris expiſcatus? Homi
nes certe ſummę auctoritatis/ſummę prudentię/ſummę virtutis: apoſtatę perfi
di homines: fraudulenti: corde improbi: animo facinoroſi: deteſtandi. ſacrilegi: infa
mes: ex turpitudine omniũ gentiũ a te collecti. qui ne infimam quidem ullam di
gnitatem nedum ſummã/aut oculis aſpicere/aut mente cõcipere potuiſſent: per
diti ſathanę alumni: viri ſceleſti: omniũ ignominia noti: nati ad paſtum : ad fartien
dum ventrem creati. Sed referamus hanc veluti pretoriam cohortem pręclariſſi
morum militum/ad crucifigendũ verum Chriſtũ in Pilati atrio congregatã. Itali
In cõciliatores. ut aiunt quattuor. At ex qua Italia? explica illam paululũ . Ex Gallia ciſalpina ex
his gentibus quibus Italia nouerca eſt/ oẽs tibi ſerui aſcripticij/tibi ſubditi/ qui
bus impare poſſes: de induſtria a te in perfida acie collocati : homines qui corpus
& animã pro te perdere eſſent parati. O Italiam mendicam: ne dicam inopem ex
cellentibus viris. Siquidẽ ex oĩ ornamento Italię non reperiunť niſi ciſalpini ho
mines/ruſtici/ignobiles/contẽpti/abiecti prę cæteris: qui ad electionem ut volunť
Pontificis deputenť, Sed ſummo conſilio atq; adeo egregia conſciẽtia a te factum
fuit. voluiſti eñ reliquam Italiam eſſe tanti ſceleris participem: tanta nota turpi
tudinis infamem, Gallicos item quattuor dicunt fuiſſe : non ex vera Gallia / quæ
floret excellentiſſimis/probatiſſimis/atq; honeſtiſſimis viris: ſed & ex illa interclu
ſa ſiluis ac mõtibus/patria ſordida ac ruſticana: quam Sabaudiã vocant/certe ſub
ditam imperio tuo: quos tuę libidini ſubditos atq; addictos tuę ſeruituti voras: qui
qđ cuperes non negarent. Totidem Germani ad officinam illius idoli conuene
runt. Atqui homines alij boni/ſomnolenti/ſtupidi/ſtertentes: nunq̃ ſobrij: homini
bus odibiles & deo: qui viui an mortui eſſent/ vino atq; epulis obruti non diſcer
neres. Sunt in ea natione plurimi viri egregij: prudentes: docti: ſobrij: oĩ virtute
cumulati. At ex his nullus aſſumptus eſt: ſed qdam animo & corpore peruerſi: in
quibus nulla virtus eſſet: nulla conſciẽtia: nulla doctrina. Totidem attulit Iſpania
portenta quædam naturę/non homines. Referta eſt eñ ea prouincia hoĩbus do
ctiſſimis/ornatiſſimis: nulli eoꝝ eſt hoc munus nepharium demandatũ. Ex infima
eorum fęce quidã delecti ſunt/qui illi optimę nationi inurerent infamiam ſempi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ternam. His om̄ibus luminibus orbis tam pręclara data eſt poteſtas vituli aurei fabricandi. Ad horum preces / vel potius ad horum coquinę fumum/ciborū〈q〉ꝫ ac potus nitorē ſpiritusſanctus illectus acceſſit. Hi auro/ſpe/pręmio / promiſſis corrupti: partim iudeis/partim infidelibus deteriores: quidam & Maumeti lege profecti: quibus fidei iactura ſummū lucrum erat futurum: hunc egregium paſtorem ouium lupum excitauerunt. O rem dignam memoria poſterorū. O fœlicitatem cunctis ſæculis prædicādam. Tu ne fœlix talium virorum opibus eſſe potes? Tu talium portentorū horrendum actum fœlicitatem appellas? Abijce quæſo deinceps hoc tibi funeſtum nomē: quod maius eſt q̄ tua ignauia & conditio requirat. Noli amplius teipſm fallere. Noli ulterius decipere populū Chriſtianū. Fatere aliquādo te eſſe quod es. Redi ad priſcos mores: priorem vitam aſſume: ſuſcipe boni hominis cogitationes: redi in gratiam cum deo: amplectere hominū beniuolentiam: abijce onus conſcientię / quod te dies nocteſq̄ꝫ torquet ac vexat necesse eſt. Nullum eſt em̄ tormentū grauius maleficorū conſcientia. Redi ad meiorem vitā & incipe tandem ſapere in extrema ętate. Depone aliena ornamenta & quod turpiter occupaſti/cum aliqua dignitate depone. Veſtes non tuas relinque: ſibi tua aſſume. Abijce inanem pompam: emēdicatam dignitatem ſperne. Abijce curam illius non concilij/ſed latrocinij Baſilienſis. Reſpice cogitationes barbaricę fęcis/illius nepharię colluitionis ſpurciſſimam factionem: in qua nulla ineſt fides / nulla auctoritas/nulla religio: lenociniū/nō conciliū appellandū. Reijce decreta ebriorū/ac ſomniatorū ſomnia extimanda. Quid em̄ auctoritatis habere poſſunt per tumultū ſtultę plebeculę/precio & pactione corruptę: ad euertendā fidem ſceleratę cōſtitutiones? Nepharia hoīm turpiſſimorū factio dicenda eſt: qua a Chriſti vicario deſciuere. Ita nequaq̄ꝫ in ea vires tuas colloces. Nequaq̄ꝫ in ea ullum robur/ullum præſidiū ſperes. Res enim leuis eſt atq̄ꝫ inanis / quam totus orbis odio habet: omnes homines deteſtanṫ. Amoue a tuis actis illorum arma quæ nepharia fuere ad matricidium comparata. Amoue illorum ſtatuta/quæ auctore ſpiritu nequitię ſunt conſcripta. Mala ſemper eorum fuit mens: peior animus: peſſima opera: omnia ad eccleſię calamitatem ſpectantia. Conſule iam famę tuę: conſule honori: conſule ætati. Et quid de te homines loquanṫ & exiſtiment paululum conſidera. Viuis in totius orbis deſpectu: omnes execrantur ſciſma: te ſatorem/inſtigatorem/impulſorem/auctorem illius affirmant. Remoue hanc a tuo genere labem. Hanc maculā a te aliquando amoue. Non relinquas hanc maledicendi poſteris occaſionem. ut te cauſam ſciſmatis huius ſinguli iudicent: & nomen tuum veluti blaſphemi hominis horreant. Qui ſi iudicium hominis contemnis: ſi deſpicis infamiam: ſi hominū opinionem ſpernis: ſaltem mouearis timore Dei / qui nullum facinus ſinit eſſe impunitum. Moueat te damnatio animę/niſi reſipiſcas: alia leuiora ſunt/& ad tempus duratura. Animæ iactura eſt immortalis: quæ ( niſi te corrigas ) cum reliquis hereſiarchis æterno igni erit perpetuo crucianda.

Exhortatio ad eundem inuidioſa.

# POGGII FLORENTINI IN PHILEL phum Inuectiua prima pro Nycho lao pulchra & elegans.

IMpuriſſimam atq; obſcœniſſimã fęculenti oris tui
non ſatyram/ſed vomicam: in virum puriſſimũ &
continentiſſimũ Nycholaũ noſtrum nuper a te ver-
ſibus naturam tuam repreſentantibus editam/legi
non ſine ſũmo mentis dolore: oblatam mihi a quo-
dam qui ægre ferebat vitam caſtiſſimi viri/a mon-
ſtro omniũ teterrimo impugnari. Dolui q̃dem pri-
mum verborũ obſcœnitatem: ut quibus verſaris a
te cõflictam ex arcula putrida labefactę cõſcientiæ
tuę/in eum qui ſemp̃ eſt habitus vir tui diſſimilis vi-
ta & moribꝫ integerrimus. Dolui quoq; tanta men-
tis vertigine te oppreſſum: ut auderes tuę vitę de-
prauatę labem alteri obijcere: & ea refricare auribꝫ
legentiũ; quæ ne inquinatiſſimus quidem nebulo ſine ſummo dedecore poſſet ex-
primere: quæ tu nouus morum cenſor/in maledicendi cõſuetudinem introducis.
Illud etiam ægre tuli: eum quem doctum hoĩem putaram (ñam de peruerſitate
animi nunq; dubitaui) adeo efferri ſtudio eloquendi/ſuę facultatis immemorem:
ut neq; de quo ſcribat/neq; quæ ſcribat ob mentis imbecillitatem cogitarit. Non-
ne erubuiſti ac pudiciciæ hoſtis nepharius? Nõne inquã licet ſis pallidus vel pau-
lulum rubore perfuſus es: cum ea litteris mandabas/quę ne cogitare quidem ſine
pudore homĩes poſſunt? At ea a te prolata plena dedecoris & obſcœnitatis ſunt
tuæ turpiſſime vitę: tuę exulceratę a vitijs mentis teſtimonia certiſſima. Tu niſi eſ-
ſes ſpurciſſimus omniũ quos noſtra ætas tulit: nunq; profecto te in ſcœno viliſſi-
morum verborũ tanq; ĩmunda ſus libens volutaſſes: vuluam/ tentiginem/pria-
pum/& his ſimilia verſibus tuis admiſcens: in dedecus ut exiſtimas alterius. at id
omne recidet in illam faciem tuam impudicam. Lenonũ & meretricũ/quibus nul-
lus ineſt pudor: qui apertam impudiciciæ artem exercent/eſt iſta loquendi ſcurri-
lis procacitas ac petulantia: ut ea tractent/ea loquant̃ quorum iam artificium pro-
fitentur: qui tamẽ honeſtatis imperterriti/& latibula ſibi quęrunt: & in vulgus ve-
rentur proferre & ea quæ ſunt actu ſecretiora. Hos cum videam te imitari: & ea
mandare litteris/quæ etiam proſtituti & meretricarij verent̃ verbis proferre: vel-
lem ut eos in ſcribendo de rebus cõmunibus aduocaſſes. Docuiſſent te non quidẽ
pudice ac caſte loqui: nam id fruſtra niterent̃: ſed ſaltem hanc tam aptam ac effre-
natam ſcribendi temeritatem paulo repreſſiſſent: admonuiſſentq; etiam ſibi ver-
ba obſcœna in cœtu hominũ diſplicęre. Sed ut ſordidior q̃ lenones/inquinatior
q̃ meretrices/impudentiſſimus omniũ videreris/hanc nouam abhominandãq;
maledicendi licentiã/tibi nouus ſatyrus atq; olidus aſſumpſiſti. Verum nequaq̃
mirum videri debet: cum cuius mater Arimini dudum in purgãdis ventribus &
inteſtinis ſorde diluendis quæſtum fecerit/maternę artis fœtorem redolere: hęſit
naribus filij ſagacis materni exercitij attrectata putredo/& continui ſtercoris fœ-
tens halitus. Ita faucibus famelicis inhiãtis filij impreſſus eſt: ut nihil queãt/niſi oli-
dum ac putridum exhalare. Vellem nunc mater viueret: quæ ſi pudica fuit/dole-
ret vicem filij impudici. Quid tu tibi inſane voluiſti hac tua meretricana oſcitatio-
ne: quam tu excogitaſti mente peruerſa: manu nepharia cõſcripſiſti? exiſtimaſti
opinor huius ętatis peſtis nepharia/tibi laudi fore: ſi virũ optimũ cuius integerri-
mi mores ſummis laudibus per totam Italiam efferunt̃: probro ac ſpurciſſimo ſti-

In carmis ſpurciciam

Ex matre carpit

lo inſectareris. At vero nullum maius tuorum flagitiorum teſtimoniũ in lucem
edere potuiſti: q̃ ut turpiloqo conareris lædere: qui eſſet omniũ quos noſtra ætas
tulit modeſtia & continentia ornatiſſimus. Et ſane cõmune vitium improborum
ut bonos odio habeant: ut eos carpant malignis verbis/ quos ſe viderint virtute
& fama ſuperiores. Virtus & gloria Nycholai pupugit mentem inuidia exulce-
ratam: nominis ſui ſplendor perſtrinxit lippientes oculos tuos. Et quoniã ille iam-
dudum indigne ferebat maculari ciuitatem tuę immundiſſime vitę contagione:
id egit/ut ex ea eijcereris: urbs labe tui nominis purgaretur. Nunc tandem euo-
muiſti concæptum virus: & in eum inuectus es/quem neminem defenſurũ puta-
ſti. Sed tota aberras via: hęret altius Nycholai virtus/q̃ ut tuo flabello putrido la-
befactari queat. Neq; ei quoq; deerit qui eius cauſam ſuſcipiat. Nam raro deſuit
defenſor virtuti: ſi ipa ſe tueri patiatur. Itaq; erunt inquã unus & item alter/ qui &
ſordes tuas in auctorẽ ipm refricent: & illũ a ſcęnoſa ac fetida ſentina tui pectoris
tueant̃. Tu ne facie illa interciſa & inuſta ad perpetuam infamiam cicatrice/ adeo
verſibus illis ruſticanis ac fęculentis terreri homines putaſti: ut hoc tuæ ſterquili-
nium ſatyrę (id eñ videri cupis) magnopere extimeſceremus? Referet̃ tibi par
gratia ut opinor: & forſan paulo uberior: ne nos oĩno ingratos putes. Scio ſati-
us atq; honeſtius futurum fuiſſe/ contemnere illam tuam græculam leuitatem.
Sed ne meritis laudibus te fraudatum putes: reddendus eſt aliquis fructus inſulſę
dicacitati: ut iam plane intelligas in eo dicendi genere quo te principem exiſtimas/
ne calonis quidem vliſſimi locum obtinere. Neq; tamen niſi paucis reſpondebit̃:
& ad res ſolum quas malefica manus exarauit. ſpectantibus alia maiora & graui
ora/tum publica/tum domeſtica facinora alio in loco recenſebunt̃. Exprimetur vi
ta oĩs: interiores turpitudines detegent̃. Ita locis & tempibus deſignabunt̃: ita
confirmabunt̃ teſtibus: ut nulla dubitatio legentiũ mentibus poſſit hærere. Sed
ut iam tecum non milite/ ſed lixa ſordido ac mercẽnario congrediamur. Quid eſt
vir bone quod primũ obijcis Nycholao? Amorẽ mulierculę? O facinus indignũ:
aliquando (ſi id verum fuit) mulerculã attrectaſſe: tibi vero indigniſſimũ qui ab
eo genere mẽtem animũq; penitus auertiſti. Adeo ne hoc inſuetũ eſt: adeo a pau-
cis factitatũ/ ut pro maximo criminę obijcias? At confingis verba quædam de-
prompta ex artificio ſcelerum tuorũ: in quibus voluiſti fingendo ac mẽtiendo fa-
cetum poetam te nobis oſtendere. Verum callide & conſulto rem alteri opponis/
quæ nequeat in te reflecti. Puerorũ eñ atq; adoleſcentũ amores nephandiſſimos
ſectaris/nõ mulierũ. Neq; tu unq; mulierem cognoſti: niſi eam quam male primo
ſumptam/poſtmodũ peius receptam peſſime tractaſti. Sed qui venit in mentem
homo fanatice/mulieris culpam referre. cum mulieris ſtuprum tibi inuſſerit ma-
culam ſceleris ſempiternã? An oblitus eam quã habes uxorem quibus artibus/
qua perfidia fueris potitus? Ne nos ſolos ignaros putes rei oĩbus notiſſimæ: re
cognoſce flagitia manifeſta: in quibus nulla erit tergiuerſandi aut diſſimulandi fa
cultas. Pulſus olim Patauio turpiter: ubi Gaſparinũ audiebas: propter adoleſcen
tis quo deperibas inſanum amorem/Conſtantinopolim tanq; in aſylum/egenus
atq; inops confugiſti. Callide id quidem & aſtute: ut ad ea loca adires ad quæ ci-
tius auctor q̃ fama ſcelerum perueniret. Ibi in Ioãnis Chryſolorę doctiſſimi atq;
inſignis equitis familiaritatẽ diſcendi cupiditatem prę te ferens inſinuaſti. Qui tua
verboſitate motus: ſimul mendacitate cõmotus (nihil eñ eo præter linguam ina
nem & cutem aridam deportaras) te domi ſuę recepit/ ignarus futuri. hoſpitem
eñ pudicum/non Paridem adulterũ ſe recepturũ putabat. At tu cum regiones/
non mores imutaſſes: ne quis locus eſſet vacuus ſceleribꝰ tuis/eius virginẽ filiam
ſtupraſti: tuis pollicitationibꝰ & blanditijs deceptã. Cum te ille miſer qui ſerpentẽ
domi nutrierat/mœchum filię dephendiſſet: de te interficiẽdo conſiliũ cępit: cum

Proſcriptũ notat.

Ad primũ obiectũ.

Cinędum notat.

Stupratorẽ notat

tu auſugiſſes ſupplicij metu. Sed quid ageret vir licet prudens? Inops cōſilij erat:
ſcelus detectum: virgo compreſſa: dos amiſſa virginitatis. Intercedunt Italici mer
catores: conſulunt ut eam deſpondeas: hoc maxime pacto obūbrari putantes tur
pitudinē ſuſceptam. Itaq; Chryſoloras mœrore confectus/cōpulſus precib9/ ma
lo coactus/filiam tibi nuptui dedit a te corruptā. quę ſi extitiſſet integra/ne pilum
quidē tibi abraſum ab illius natibus oſtēdiſſet. An tu illam unq; duxiſſes uxorem
ſi virginitatē per ſe ſeruari potuiſſet? Tibi pater illam dediſſet profuge/ignobili/
impuro? Primarijs ſuę ciuitatis viris ſeruabatur virgo: non tibi inſulſę pecudi &
aſello bipedali: quem ille domi alebat tanq; canem aliquē ſolē ſenio & ętate con
fectum. Ille nobilis/tu ruſticanus: ille diues/tu mendicus: ille ciuis/tu peregrinus:
ille doctus/tu rerum omniū pręterq; libidinis ignarus. Deniq; ille domū ſuam co
lebat: tu per alienas ędes profugus ambulabas/vel aberrabas. Quid ſcribis ſcele
ſtiſſimū portentū? Obijcis Nycholao quæ neq; vera ſunt/& minie viſa: te religioſi
ſſimo teſte probari poſſunt. At tu fronti tuæ impſſam pfidię & ſtupri cicatricē cir
cumfers per Italiæ ciuitates. O ſcelus. o nōis Italici labes & infamia. Tu aduerſus
Nycholaū de mulieribus ſcribere auſus. tu muliebrem amorem alteri opponis:
qui nihil aliud e Græcia niſi amoris turpiſſimi notam in Italiam reportaſti. Tu fi
dei datę maculator: tu violator hoſpitij. Tu pudiciciæ expugnator. tu raptor vir
ginis extitiſti. tu clariſſimi equitis nomen in ignominiā conuertiſti: & pro hoſpite fi
deli hoſtis perfidus fuiſti. Hic eſt triumphus tuus ille nobilis voluptate/ſcelere &
libidine partus: quem tuo generi pręparaſti: in quo Veneris ſpolia egregia an
te triūphantis currum deferebant. milites mœchum: nō caluum/ſed barbatū ad
ducimus canebāt. Tu alter Pluto: non lallus/ſed gallus/tanq; rapta Proſerpina ſe
debas in curru ridenti ac blandienti ſimilis: manuq; tenens eam quam tanq; deui
ctis hoſtibus pręmiū reportabas. Credo aliquādo oſculum dabas: ut ſignificares
te pacem atq; ocium in patriam deferre: ne extimeſcerent Itali te alterū Paridem
**Furti notat** nouam Helenam ad eos aduexiſſe. Omitto & librorū & rerum plurimarū furta
ex domo ſoceri: quæ in aliud tempus afferunt. Tm̄ volui falſum mulieribus obie
ctum crimen retundere vero crimine ac manifeſto. Confingis etiam ineptiſſime
verba quædā amatoria: quæ in teipm̄ rectiſſime cadūt. Cum eīm illi miſerę ſtuprū
intuliſti: credo (& id eſt veriſimile) te verbis ſanctis atq; honeſtis cum illa cōcer
taſſe: nihil de amoris illecebris/nihil de libidine collocutum: monuiſſe ut auerteret
oculos atq; manus ab ſcelere nephario: nihil pollicitationib9/nihil blanditijs pel
lexiſſe. Scio cohortatū te eſſe illam auſteritate quadam cenſoria ad cōtinentiā: ad
honeſtatem: a tuo cōplexu ſæueris verbis deterruiſſe: perſuaſiſſe/ne tibi aſſenti
**Ad aliud obiectum.** ret: atq; animū corpuſq; a tuis blanditijs amoueret. Sed quid tu homo ad mentien
dum natus/alitus/edoctus non fingas: qui etiam Nycholaum inſimilas turpi fla
gitio puerorū? Tu tu non Philelphus/ſed Pedarpus. Tu inquam diſcipulorū tuo
rum maritus/eandem artem calles quam ab ineunte ætate exercuiſti. Tu inquā
adoleſcentes non ad ſcholam doctrinę/ſed ad libidinū diuerſoriū/ſtudiorū oſten
tatione attrahere conſueuiſti: quos non ſolum tuæ libidini effrenatę ſubdis: ſed eti
am alijs proſtituere ſolitus es/ad ampliorem mercedem ſalarij cōſequendā. Hāc
cauſam ferunt/cur te contuleris in publicum legendi ludum: ut voluptatis cauſa
eligas ex adoleſcentū grege quos poſſis adijcere tuę impuritati. Fœlix ille quidē
dies Florentinæ illuxit urbi: cum te veluti morbidam pecudem expulit e mœnib9
ſuis. O beatos Senenſes/qui te cuſtodem (ut aiunt) ouium lupum ſuis filijs pre
fecerunt. Sed haud erit hoc diuturnū: detegent tui mores abſcōditi. Et q̄uis ſis cal
lidus ad ſimulandū ac diſſimulandū. tam̄ cum illi ſint prudentiſſimi atq; honeſtatis
amantiſſimi/plus mouebunt obſcœnis operibus/q̄ verbis fallacib9 credant. Sed
vide quantū poſſit confidentia ſpurciſſimi ganeonis: Obijcit Philelphus adoleſcē

tulorum mœchus:Philelphus inquã/exoletorũ officina continuo verſatus. Obiici-
cit Nycholao crimen cuius fuerat ſemper acerrimus oppugnator. Exhorruit eñi
ſemper huius viri prudentia hoc nephandũ crimen. Sed nimis multa de re mini-
me obſcura. Illud vero qua fronte/quo ore/qua manu ſcribere auſus es ſpurciſſi-
mum ſcœnum? Quid autem tua inuerecunda facies nõ audeat? Sed quomodo
auſus es cõminiſci vitreum priapum relictum mulieri:quo leniret abſentis amici
deſideriũ? Male qdem libenter/& animo verecundo recenſeo impudiciſſima ver
ba:quæ tu non ex ſchola doctorum/ſed ex grege lenonum ac gãneorũ ſpurcicia
protuliſti. Verum neceſſe eſt:ad teipm priapeum ſacerdotẽ redire cogantur eiuſ-
modi cultus & cerimoniæ:& in eam domum referantur/in qua ſacra illi deo ſepiſ
ſime perſoluunt. Scribis/ut iterum recognoſcas ĩmundiciem verborũ tuorũ: ſcri-
bis inquam pudicicię patronus/& ſacer virginum veſtalium cuſtos:relictum pri
apum vitreum muliercula/ quo pro vero uteretur. Riſum tenere non potui /
etiam in dolore:cum legi hanc inauditam ſententiam a peneo patrono tam facile
adinuentam. Hoc quidẽ tibi/& tuo me Hercule beneficio obiici nõ poteſt. Nam
hic una in re cautior q̃ ceteri uxoris tuę bonę quidẽ fœminę/ſi per te licuiſſet/ege
ſtati rectius conſuluiſti. Non eñi vitreum ( ut de alio fabularis ) ſed carneum pri
apum/& quidem legitimũ atq; a te dimenſum præparaſti:cum puſionẽ quẽ ama
bas hac in urbe/inter te & uxorem in eodem lecto ſæpius collocaſti. Nam cũ muli
er viduitatẽ viuentis mariti non poſſet ferre:adoleſcenti vero tua barbula diſcipli
ceret:uxoris voluptati/& adoleſcentis libidini ſatiſfacere voluiſti:ut & illius miſe-
rę dolorem lenires:& adoleſcentẽ meretricio amore pellectũ detineres. Quã qui-
dem in re laudo primũ pietatem tuam:deinde prudentiã:qui & mulieris lachry-
mas/& tuam effrenatam libidinem alternis vicibus:non illo conficto et duro/ſed
teneriori pene quodã cõpreſſiſti. quem cum homo elegans oſculareris/ut idem re
tulit/te celebrare florales ludos aſſeuerabas. O dedecus præſentis ſæculi. Reco-
gnoſce domeſtica flagitia:ſcrutare penitus domum tuã:perluſtra interiores tur-
pitudines:quarum tu es idem auctor atq; architectus. Num mentior? Num fin-
go aliquid? Num addo? Viuit adoleſcens qui profitetur. Adſunt teſtes qui audi
erunt:quorum nomina etiam ſi id nolint proferent ad tuam ignominiã ſempiter-
nam. Vxoris mœchus/adoleſcentiæ corruptor/impudicicię profeſſor hiſcere au-
det:cum tot nepharijs ſceleribus teneatur reus manifeſtus. Vincet/ mihi crede/te-
meritatem tuam conſilium/ audaciam modeſtia/ſtulticiam prudentia: & cõficta
mendacia veritas ipa confringet. Elucebit probitas ipa Nycholai:tua vitia detegẽ
tur. Speraſti monſtrũ infandũ hos tuos inſulſiſſimos verſus / in quibus etiam ma-
le latine loqueris/allaturos tibi laureolam:qua fanaticũ caput redimeres. At ſterco
rea corona ornabunt: fetẽtes crines priapei vatis & ſacris ſuis inicitati:ut cum ho-
mines te viderint/inſuſurrent oẽs:Hic ne ille eſt priapeus Apollo:qui non He
liconũ/ ſed merdiconũ laticem deguſtauit:cuius ex ore iam fœda oratio prodierit:
tam ſpurcidus ſermo emanarit? Dignus hic quippe capiti ſuo ornatus: ex quo cũ
nihil prodeat niſi obſcœnum/mercede ſibi data muneret. Sed iam ſatis ad tua ma
ledicta reſpondi paucis:expectans ut reſcribas. Tum quidẽ ingrediar latum cam
pum:deſcendam in certamen:pugnabo cominus: & pedem pede conferam. Ha-
beo iam cõmentariũ geſtorũ tuorũ ab ipa pene infantia editum: unde ſumetur
abunde ad dicendũ ampla materia. Atq; ego hoc agam libentius / quo habet ho-
neſtius amicum q̃ ſeipm tueri. Q; ſi mecum congredi volueris:hoc quidem bene
ficium erit:in quo reddam tibi gratiã/niſi me animus fallat/ſatis accumulatã.

Obſcœna inuectiua.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## POGGII Florentini inuectiua ſecũda in eundẽ Philelphum.



Tatuerã mihi unica tm̃ orõne finem refellẽdi Franciſci Philelphi hoĩs nequiſſimi/ crimina quedã qbus eſt aduerſus Nycholaũ inuectus. Extimabã enim quemadmodũ veriſimile videbatˀ: nequaq̃ illum adeo amentẽ fore/ q̃uis ſit impudentiſſimus: ut amplius in alterũ falſo impingeret/ quę in ſeipm veriſſime facillimeq̃ poſſent reflecti. Sed quemadmodũ meretrices poſtq̃ ſemel pudorẽ cum pudicicia depoſuerunt/ non erubeſcũt palam vulgare ac proſtituere corpus ſuũ. Sic Philelphus ad mentiẽdũ atq̃ ad lacerandũ paratus/ poſtq̃ uxorem proſtituit: ipſe quoq̃ petulantiæ ac maledicẽtiæ artem pfeſſus/ nihil ſibi neq̃ hũanitatis/ neq̃ honeſtatis/ neq̃ pudoris ullius reliqui fecit: ſeipm tanq̃ viliſſimũ ſeruum proſtituẽs ad obloquendũ. Itaq̃ cum altera abiecti animalis ſatyrula fuerit ad me delata: parũ cedens amentia priori/ ſimili ſtulticia edita carmine leuiori: nõ inuitus poſtq̃ ſemel ſuſcæpi Nycholai cauſam defendendã: pſertim contra Philelphũ rabulam circũforaneũ ac turpiſſimũ nebulonẽ: qui uſq̃ adeo licentia dicacitatis eſt eleuatus: ut obloqui/ obtrectare/ crimina cõfingere/ mentiri eſſe boni viri officiũ

Scelerũ obcęcatio

putet. Nimirũ id eſt veriſſimũ quod viri ſapiẽtiſſimi tradunt: obcæcare ſcelera mẽtes impiorũ: & tanta verſare inſania animũ flagitijs inquinatũ/ ut nihil recte ſentiant: nihil pcipiant honeſti: nullaʒ probitatẽ cognoſcãt: vitia pro virtutibꝰ ducant: ferãtq̃ effrẽnato quodã impetu: ac libidine ceca ducãtˀ pcipites: veluti ferũ quoddã aĩal/ atq̃ omĩ carens rõne. Non fuit ſatis Philelpho mõſtro ſemel erraſſe: ſemel ſua ſcelera in alterius noĩe deſcripſiſſe: inſtat adhuc ſcurra leuiſſimus: & alios v̄ſus extulit fanaticæ mentis teſtes. Verũ qd non affert maledicus cõuiciatorˀ: Nycholaũ

Ad obiectũ primũ.

eſſe rephenſorem/ maledicũ/ mordacẽ: ob eamq̃ cãm multorꝝ odiũ in ſe cõcitaſſe. Permagna hæc qdem crimina haberi debent: pſertim ab eo obiecta qui eiuſmodi vitia penitus exhorreſcat. Nullũ Philelphi maledicũ verbum/ nulla turpis dicacitas/ nulla ſcurrilis locutio/ nulla obſcœna detrectatio/ nulla mordax conuiciatio os pietatis plenũ atq̃ honeſtatis inquinare poteſt. O execrabile gentiũ oĩm portentum. O monſtrũ exitiabile & ad terras ultimas deportandũ. Tu ne adeo morum tuorũ tuiq̃ ingenij inſcius: tu adeo tuæ naturę oblitus es/ & tuę cõſuetudinis ignarus: ut tui oris pũerſitatem obijcias Nycholaoˀ. Tu ne alteri tribuis obloquẽdi crimen: in quo abſq̃ ulla intermiſſione v̄ſaris: cuius exercitio teneris: qd' tibi doctorum virorꝝ oĩm maliuolentiã cõparauit. Te ne adeo ſtupor mentis oppſſit: ut te/ ut linguã tuã non recognoſcas/ loquacẽ: maledicã: impurãˀ. Sed ne exiſtimer more tuo delicta cõfingere: cõſidera q̃ſo an vera loquar: teq̃ ipm expende: & ſi te demorſum & obrutũ eo crimine cõperies quod alteri obieciſti: deſine tandem culpare Nycholaũ eius artificij/ in quo cõuinceris eſſe p̃cipuus architectus. Nycholaus

Ingratitudinis eũ arguit.

(ut ab eo incipiam) q̃ tem maxime odiſti: te olim/ malo quidẽ omine Florentiã ad legendũ dicendi facultatem/ ſua opa atq̃ interceſſione traduxit/ ignarus nequitiæ tuæ. Is ſolus ut tibi publice legendi exercitiũ tribueretˀ: etiam repugnantes & tui nitoris neſcio quem fumũ iam olfacientes/ ſuo ſtudio & ſedulitate induxit. Is mercedis tibi cõſtituendæ laborẽ atq̃ officiũ ſumpſit. Is ſua pecunia tuæ mendicitati ſubuenit: cũ tu leuiſſimus gręculus iopia rerꝝ oĩm/ p̃terq̃ impudẽtia exęſtuãs/ pudore ſimul atq̃ oſtentatione obruereris. Alterũ te exurire: alterũ cõfictas diuitias mentiri cogebat. Vicit tamẽ fames oſtentationẽ: et te ſupplicem cõpulit petere a

Nycholao ſubſidium vitæ. Num em̄ illi quos Bononiæ cuidam fratri ex ordine Furti nota
Minorum per fraudem ſubripueras (quod alio loco recenſebit̄ diligentius) iam
deſierant ventrem famelicum ſuſtentare? Nycholaus qui te nondū noſſet: cui tua
malignitas eſſet incognita/domum tibi ſua pecunia cōduxit: rebus ad victum ne-
ceſſarijs repleuit: eſurientem ac macilentam familiam & penè fame enecatā / ſua
copia ſuſtentauit. Is tibi affuit: ſemper fauit; indulſit oīa indulgentiſſimi hoſpi-
tis obſequia: diligentis amici officia præſtitit, non græca barba quam ſitu ſqualidā
videbat: non frontis elatione quæ leuitatem cerebri redolebat: ſed ſtudiorū & do-
ctrinæ quam in te eſſe putabat oſtentatione decæptus. Quid hunc virum adeo ti-
bi obſequentem & deditum/a te poſtmodum abalienauit: & odio habere tuos fa-
ſtus compulit? Nempe turpitudo loquēdi/verba ſeditioſa/mores improbi/et bo-
nis oībus infenſi: cum tu beneficiorū immemor/ ſola ingratitudine liberalis in
eum linguam acueres ad detrahendum. Quod quidem merito accidit: ut eum in
primis carperes loquendo/qui primus tibi ut Florentiam venires operā atq; au-
xilium præbuiſſet. Sequebaris veluti puer aliquis pædagogum ſolet virum do-
ctiſſimū & vitæ integritate præſtantem Ambroſium eremitam/ ut te linguam la- Ambroſius
tinam doceret: ut tuas neſcio quas tranſlatiunculas/in quibus male latine ſæpiſſi- eremita.
me loquendo aberrabas corrigeret/limaret: ſæpius domum frequentabas ad er-
rorum tuorum emendationē/quos plurimos docēdo ac ſcribendo patefaciebas.
Te ille monebat atq; erudiebat amice/pro ſua in oēs beniuolentia atq; humani-
tate: neq; q̄uis oēs quandoq; non importunus tm̄/ſed moleſtus reijciebat inſul-
ſitatem tuam. Quid viri ſanctiſſimi atq; humaniſſimi animū a te reddidit abhor-
rentem? Linguæ procacitas: ſermo in peiorem ſemper partem procliuis: & tur-
pis vita: cum tu eum deterrimis moribus/mente improba/ quibuſdam libris frau-
daſſes: prorumpens in verborum contumeliam: & cæteros oēs/& ipm̄ Ambro-
ſium nihil præ te neq; græcis litteris/neq; latinis ſapere publice decātares: quas ipſe
voces Hellonis impudentiſſimi aſelli cuiuſdā crepitus exiſtimabat. Erat tibi Ca- Carolus A-
rolus Aretinus vir præſtans doctrina atq; ingenio excellens/ſumma familiarita- retinus.
te coniunctus: quo cum tu viuebas unice: ut doctorum virorum conſortium / be-
niuolentiam populi tibi conciliares. Quid effecit / ut is poſtmodum a te diſſenti-
ens/ſummo odio te effugeret atq; alieniſſimus in te eſſet? Profecto ſermo dolo-
ſus/lingua maledica/ dicacitas ſcurrulis qua omnes pariter laceſſebas. Confugiſti
tandem tanquā in aſylum (cum reliqui te ſumme odiſſent) in doctiſſimi atq; elo-
quentiſſimi omniū viri Leonardi Aretini familiaritatem: cui te tanq; ſeruulum ad-
dixiſti: domum accedens frequēter/atq; officioſiſſimi hominis ſtudia præ te ferens. Leonardus
Quid illius animum a tua cōſuetudine auertit: atq; in te plurimum incitauit? Lin- Aretinus.
gua mordax/mens ſubdola/fraudulenta verba/ ſermo ſemper ad cæterorꝫ con-
tumeliam promptus: cum tu eum falſis ac conquiſitis mendacijs in aliorum ma-
liuolentiam concitares: hoc ille contra te inquit: hoc alter aduerſus te ſentit: hic ſcri-
pſit aduerſus extimationem tuam. Quod tempore palam proſpexit vir grauiſſi-
mus ac prudentiſſimus: qui iam mores tuos noſſet: procul autem a tua ventoſa le-
uitate abeſſet: nihil crederet: nihil videret: audiret oīa quo tenderēt inanes & re-
probæ tuæ cogitationes. Et ita improbiſſimi lenonis verba deſpexit ac contēpſit:
ut tu poſtmodū non pudore/ſed timore pterritus a ſuo cōgreſſu abſtineres. Sed
quid ego ſingulos qui te oderunt cōmemoro: quaſi aliqs exiſtat ex his qui ſapere
vident̄: cui non ſit Philelphi portenti ſceleratiſſimi nomē inuiſum? Hoc rectiſſime
poſſum profiteri: neminē eſſe Florentinū: qui qdem doctus & eloquēs habeat̄: qui
Philelphi mores oderit: quin perditū iri cupiat: preter quoſdam moris ſi͞litudine
ſibi deuinctos: quos neceſſe eſt ſuorum ſcelerum eſſe participes. Sunt alij aut ſuæ
quondam uxoris libidini addicti: qui veluti canes ac macellarij latrant in latibulis

nec prodeūt in lucem. Verū omiſſis noſtris quorū unus atq; idem eſt in te animus/
Leonardus iuſtinianus
ꝑquiramus externos:& qua ſint in te beniuolentia ꝑſcrutemur. Leonardus Iuſti
nianus vir conſilio/grauitate/& dicendi copia ſingularis:quē tu olim creditis pecu
nijs fraudaſti:atq; ob ęam rem Florentię in carcerē es coniectus:nihil aliud Philel
Franciſcus barbarus.
phum exiſtimat niſi detractorem quendā fallacem/& ſpurciſſimū ganeonē. Fran
ciſcus barbarus vir noſtrę ætatis doctiſſimus/ſumma prudentia/ſumma humani
tate ꝑditus/horret ad nomē Philelphi tanq; ſceleſti furunculi & perditiſſimi nebu
lonis:quem tu quia dudū tibi mendico pecunias credere noluit/ abſentē lacerare
Guarinus veronēſis.
cępiſti. Vir doctiſſimus atq; humaniſſimus Guarinus Veronēſis : cuius ſtudia &
prętans doctrina plurimū Italis profuerūt:credo eſt tibi amiciſſimus : quē tu qm
non ſolū ſcientia & dicendi laude/ſed vitę quoq; integritate te ſentiebas ab eo ſu
perari:illū coli a plurimis/te cōtemni : iurgio & detractione inſectari cæpiſti. Qd
Nycholauſ luſcus.
indigne ferens egregius adoleſcens Nycholaus luſcus/Antonij filius / diſcipulus
eius:ut paulū reprimeret petulantiā oris tui/in te ſatyram cōſcripſit:ludens in bar
bulam & cicatrices tuas. Quā ſi nō legiſti:age gratias parenti optimo/ qui illā pro
hibuit efferri. Omis deniq; tractus ille Venetiaꝝ/ne diutius circa ſinglos verſer:
in quo ſunt permulti viri egregij dediti ſtudijs litterarū: deteſtaṫ tuam impunita
tem:execraṫ vitam ꝑditam:& ſceleſtos mores exhorret/ſcelera/fraudes/furta:que
tanq; veterū fabulæ in triuijs decantanṫ. Opinor tamen Patauinis eſſe acceptiſſi
mum:quem illi quondā cum in turpi filiorū ſuorū flagitio deꝑrendiſſet ( Gualpa
rinū em̄ tum audiebas ) ex urbe ſua fuſtibus eiecerūt ad infamiā tui nominis ſem
piternam. Quid dicam de Florentinis: qui cum tua flagitia diutius q̄ eorū virtus
requirebat tuliſſent:tandem legendi exercitio priuarūt:expulerunt urbe:exilio af
fecerunt:ad reprimendā ſtulticiam oris maledici ac mendacis. Quid em̄ tibi aſello
aduentiuo negocij erat in hac urbe:ut ciuibus obtrectandi/ſeditiones domeſticas
ſerēdi tibi effrenatā licentiā aſſumeres/ad oſtendendā proteruiā mentis tuę: Non
loquimur cōficta quædā/ vel dicendo excogitata/ſed manifeſta referimus:ac tuę
fronti/tuo pectori impreſſa veſtigia corruptionū:mentis infidę:linguę fallacis:vo
cis fraudulentę. Illi qdem ipſi qui tibi Florentię fauebant: qui tibi animos tanq; la
tinitori ciuidam cōprętabant/nequaq; tua impudentia letabanṫ:ſed ducebantur
partim cōmercio illorum tuorum commaculorū quos corruperas/ partim uxo
ris tuę libidine/partim gula/partim quorūdam aliorum odio & maliuolentia ad
ducti. Cæteri oderant:execrabantur : malis omnibus proſequebanṫ: diem illum
quo te viderant/ultimum tibi vitæ eſſe optabant. Nemo te luce / nemo conſpe
ctu / nemo oculis / nemo congreſſu dignum putabat:ut ſatius eſſet ſæpius in die
mortem appetere/q̄ agere ſpiritum tam maliuolum dijs atq; hominibus infen
ſum. Age nunc/Nycholaū quis odit aut non diligit potius pręter Philelphū ſpur
ciſſimū atq; abiectum cadauer: Om̄es docti/om̄es quibus ineſt aliquod ſpecimē
virtutis obſeruant:reuerentur:colunt tanq; parentem omniū bonorū arbitrantur:
domum celebrant & frequentant. Te vero quis non deſpicit ac cōtemnit: quis di
ligit qui ſectantur/qui domum veniant: niſi pedicę quidam & exoleti:qui a te ac
Execratio turpis ī Philelphum.
ceptam iniuriā in uxorem reijciunt:ac barbulę tuę fetorem ſuauitate uxoris con
ſolanṫ. O hirce fęculente. O fetide corniger. O infœlix portentū. Tu tu inquā male
dicus:tu oblocutor:tu deceptor fallax : corruptor ſubdolus : ſeditione plenus &
fraude. Tu ſemper fabricandis mendacijs/tu ſerendis odijs & diſcordijs intentus:
dij te malis om̄ibus & exemplis perdant/bonorum virorum hoſtem nequiſſimū
parricidam:qui maledicis labijs/nequiſſimis faucibus/mendoſa lingua / inquina
to ore/ſtilo impuro viros probos ac doctos conaris euertere. Exerce hanc tuam
verborum contumeliam. Scribe has tuas ſatyrulas dicaces aduerſus eos qui de
re uxoria tecum certant/ aduerſus corriuales tuos : qui tibi cornuti grauati no

men inurunt. Illos laceſce: illos obiurga: in eos euome/ ſi quid putridum in ſtomacho concepiſti: qui te ex pecude abiecta barbatum hircum reddiderunt: qui tuis tēporibus corneam lauream impreſſerunt. Habes ad ſatyram tuam nunc a me tertiam: in qua diligenter infantia tua & ſtupra materna referunt/ orationem quę eſt in manibus expecta. Vale Florentię. vi. Kal. Ianuarij.

## POGGII FLORENTINI INVEctiua tertia in Philelphum.

FAnaticam verborū dementiā/ ac veſanas hallucinationes tuas ex ſpurciſſima ſentina tuorū ſcelerū depromptas/ ut hominis & vita & moribus inquinatiſſimi ſenex contempſi. Quid eſt enī: ꝙ quencꝫ vel inſulſum etiam mouere debent iurgia oris impuriſſimi aut ſpurciſſimi helluonis/ ſcripta ſomnijs ebriorꝫ ſimilia? Itacꝫ ſemp te tuacꝫ maledicta ſpreui: & pro nihilo habui. Vt ad ea redeam/ mihicꝫ ſummę laudi ducam: a Franciſco Philelpho ſcurruli homīe rabulacꝫ turpiſſimo oīm qui viuāt/ illa obijci alteri ac deſcribi: quorū homines norunt ipm optimū artificem extitiſſe. Nota illa verba ſunt quæ ſuum auctorem redolent: tuę vitę/ tuę mentis/ tuorū ſcelerū/ tuę turpitudinis: quæ cū occultare omī ſtudio debuiſſes/ in publicū ut tua nequitia notior fieret extuliſti. Non me illa lędunt: non famā/ non laudem minuūt: non honorē/ non dignitatem polluunt: ſed augent & illuſtrant. Non corrumpit erugine aurum: necꝫ veneficorꝫ vocibus virtus inquinat. Quo plura in me dixeris: eo magis detegis tuam inſaniā ac ſcelera: & famam augebis meam. Turpe enī ęque eſt laudari a turpibus/ & eſſe turpem. Hoc enī eſt antiquū artificiū/ quo mali & tui ſimiles delectant: ut carpant bonos: quorū in ſummā vergunt laudem nephariorū hominū detrectiones. Itacꝫ licebit ut appelles adulterū/ raptorem/ ſacrilegū/ furem/ ſicariū/ ebriū: & quicqd aliud nomen linguę procaci & impurę menti ſuggere licebit: dum id tn̄ memineris: earꝫ rerꝫ talem te operariū eſſe: ut expertus illa facillime deſcribere/ & quæ tua eſt ars in aliū referre qas. De me tn̄ dicā: meis me vitijs cōſecutū: ut apud ſeptimū iam pontificem in honore & dignitate (ut de utilitate iam taceā) cum grā & benignitate vixerim. te virtutibꝫ tuis cumulatum ornatūcꝫ: tancꝫ Scythā vagū/ extorrē/ profugū/ inopē/ trāſfugā/ mendicū ſemp alienę opis egentē: nullā certam ſedē/ nullā domū diutius tenere potuiſſe. ſed veluti nouā harpyiā adeo loca oīa quæ acceſſeris cōtagione fędaſſe: ut oēs ad quos diuerteris te euomuerūt tancꝫ cadauer foetidū in externas ſedes. Et tandē veluti e diutino naufragio eiectū/ cōfectumcꝫ mendicitate: cum nulla certa nec ꝓpria tibi eſſet domus: nullę copię: nullę facultates: omniū vero rerum præter ſcelerū inopia premereris: & tancꝫ coruus/ quicqd poſſides tecū ferēs/ citerior Gallia exceperit: in qua niſi tibi Principis illius liberalitas aſtitiſſet: aut fame periſſes/ aut barbarorꝫ ipe barbarus barbatus ſuffragia iplorraſſes. Ego quidē licet turpe ducam aliquod te dignum ad te ſcribere garrulatorē/ detractorem nephariū & ſcurram pniciosum: tamē ne conſcientia vel timore me tacere putes: volui in caſtris tuis paulum militare: ubi optima ex hoſte ſpolia & Ioui feretrio dedicanda reperiunt: ꝗꝗ quid illud permoleſte admodū feram: & talem vitam egiſſe te/ tam ſpurcis moribus vixiſſe. ut pudor meus me cogat ea tacere/ quæ tu nuncꝫ inhoneſta duxiſti: ut ego pudētior in dicendo/ ꝗꝗ tu in ꝑpetrando videar extitiſſe. Et certe miror te adeo veſana cæcitate mentis oppreſſum: adeo dementem: adeo oblitum tuæ conditionis: qui pedem in tuo ubi ponas non habes:

Purgatio ſuipius.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

qui linguæ fallaciam pro quæſtu ducas:ut ſemp̱ in bonorꝫ detractiõe verſaris, cũ
ea ſit tua vita/ea natura/hi mores/ea diſciplina:ut vel mutũ ad ea deſcribenda red
das eloquentem. Sed non iurgando/non detrahendo bonis/ non linguæ procaci
tatem in viros optimos acuendo/non patrando ſcelera laus acquirit̃: ſed recte fa
ctis/probitate vitæ/modeſtia & v̾tute:cuius cum ſis prorſus ignarus nõ miror de
mentem preciptemq̃ʒ efferri ad om̃e genus maledicti:& lenonum more honorẽ
abiicere:pudorem̃ modeſtiamqʒ proſternere:& famam proſtituere meretricis lo
co. Tu ſi ulla in te eſſet virtus/ſi ullus pudor/ſi ulla continentia/ulla probitas/ulla
modeſtia:ſi non om̃ia ad vitia profligata/ad om̃e probrũ prompta/ad dedecus ex
poſita:tam obſcęnus eſſes/tam diſſolutus / tam fœdus/tam impudens/tam men
te atqʒ animo captus:tanta verborꝫ turpi colluuione/tam maledica & procaci lin
gua/tanti oris ſpurcicia uteris:ut vulgatę meretricis/publiciqʒ ſcorti ac meritorij
artem profeſſus eſſe videaris. Miror prudentiã principis qui te ſuſtentat/non hæc
audiſſe:non hæc aduertiſſe:peſtem ſe quandam ciuitatis ac morum corruptelam
nutrire:cui ex ea impenſa non parum infamię redundat:te vero ita inſaniũ:ut non
Acerba & existimes hæc aliquãdo ad illius aures ꝑuentura. Sed dant ibi ſpiritus/atqʒ animũ
turpis in eũ extollũt opes/diuitiæ/& genus ab Ioue ſummo. hoc eſt profecto quo filius tam
dẽ inuectio es impotens animo ac cõtumelioſus. deorũ tm̃ cognatio te elatum facit & religio
ſus pater. Ortus eñ ex preſbytero ruſticano oppido Tollentiñ & matre adeo re
ligioſa/ut ſe corpuſqʒ deuouerit ſacerdoti/deorũ genere ſupbis. Romulus quon
dam ex Rhea v̾gine veſtali/Martiſqʒ ſacerdote natus : cum a diis genus traheret/
urbem condidit Romanã caput orbis futuram. Tu non ex Martis/ ſed ex Vene
ris miniſtra & matre:non veſtali/ſed florali:ad tui nominis/parentũqʒ memoriam:
non urbem in Latio/ſed in oris ſpurcicia ſterquiliniũ cõdidiſti. In quo ſepultus ta
beſcis cum ſceleribus tuis. Non ſoleo carpere mulieres præſertim liberales. Itaqʒ
nil profero in mr̃em tuam:quin potius laudo prudentiã & pietatem : quæ egeno
ſacerdotulo ex ea re ſubuenit/cuius nihil per uſum deperibat. Quid eñ illa face
ret confecta inopia/mendicitate coacta/cui nil ad quæſtum pręter femur ſupelle
Cyecho viro patri (id enim ei nomẽ fuit) vel cęco potius: q uxoris tamdiu vitia
ignorans/ex diurno labore ac ſudore in diem viueret:om̃ia pręter egeſtatem deeſ
ſent:qui nedum uxori/ſed ne ſibi quidem vitam prębere poſſet. Itaqʒ miſeria con
fecta mater/ſacerdoti herens:non hiſpido ut vir:neqʒ eruginoſo illius opibus vi
tam ducebat. Qua conſuetudine deorũ numine ac benignitate/ut aliquod fatale
Irriſio inui prodigium naſceret̃/Philelphus noſter ortus:nõ abſqʒ ſignis cœleſtibus : cum in
dioſa in eũ gentem virum/ ſummũ oratorem/barbatũ philoſophũ / ſtigmaticũ furem predi
dem. cerent fata. Credo te hæc non negaturum/neqʒ laturũ moleſte:ſed pro ſummo be
neficio ducturũ:mihiqʒ habiturũ gratias:qui genus tuum quod ſordidũ/vile/abie
ctum putaras/utpote ex patre Cyecho viro ſtolido ac ſtupido:qui manibus pro
pter opus ruſticanum ad fricandos equos tergẽdoſqʒ equos pro ſtrigili uti potu
iſſet/in lucem extuli:& ab Ioue progeniem tuam traducens/magno te honore ac
beneficio affeci. Neqʒ eſt ꝙ generis pudeat ullo modo : habes eiuſdem ſanguinis
Herculem ab Ioue factum. habes Tintaridas. habes Palladem ſororem:quam ſę
pe colloqueris. Sed neſcio quã ob cauſam tibi paulum ſubirata/& tecum ut vide
tur admodũ ſurda ac muta. In deorũ conſiliũ ſunt aſcitij. Nos tibi quas ſedes poſt
obitum cõſtituemus: Qꝫ parem in cœlo eſſe pręclarum duceres:ſed via ardua ni
mis eſt Philelpho pręſertim grauiſſimo:cui aſcenſus ad cœlos nimiũ difficilis vide
tur. Niſi forſan ut alter Dędalus pennas tibi ad volandũ atqʒ alas fabricares. Sed
caſum Icari & vires Phœbi fortaſſis expaueſcis. Conſulo ut amicus/& qui facul
tates tuas & ſupellectilem animi noui:ut ad inferos ad Plutonem patrui pergas.
Facilis via eſt:decliuis/apta Philelpho:& in quã abſqʒ labore ſis deſceſurus. Opor

ſtis. O furia. O ſcelus ad extremas inſulas deportandū. Tu ne ſi ſanę mentis eſſes/
auderes hoīem proſpicere: auderes in publicum prodire: inter viros loqui/ ſacerdo
tis filius/ ex matre ꝓſtituta genitus: paternæ īmemor ſortis/ materne oblitus? Tu
non lucem abhorres: non furias ſcelerū ultores expaueſcis: cum ſis conſcius te eſſe
Philelphum: hoc eſt hominē omniū qui ſunt/ fuerint/ futuriue ſint ſceleſtiſſimum
atq; inquinatiſſimū. cuius vita ab ipo ortu uſq; ad ſenectam extiterit magra tur-
pitudinis/ oībus vitijs referta. Sed nequaq̃ mirum eſt ſpurium ſpurciſſimū eſſe.
valuit plus malum ingeniū/ mala natura. Nam q̃uis ab dijs progeniem ducens/
magiſq; cum virtutibus q̃ cum vitijs cōmerciū habere debuiſſes: præſertim qui
Iouis nectare eſſes enutritus: tamen veteratoris officia per omnē ætatem/ q̃ boni
viri ſequi maluiſti: & potius maternā ignominiā ſequi/ q̃ paternū genus. At inqui
es puto: unde tu parentes ſ̄cos/ cum non ſis Tollentin. noſti? Quo teſte uteris/
quo ſigno/ qua coniectura? ut ſi quis mihi hunc generis honorē detrahere cupiat:
certe illum teſtimonio cōuincam. Non eñ parua res eſt veteribus heroibus pro-
genie parem fieri. Honeſta me Hercule/ interrogatio hæc eſt: non græcula leuita
te/ quia nōnulli Philelphum inſimulant: ſed viro graui ac barbato digna. At ego
nihil diſſimilabo: & tibi morem geram: ut aliquādo qua ſis progenie/ q̃ egregia/
q̃ excelſa/ q̃ eminenti (ſi ea excidiſſet memoria) a me condiſcas. Non Gallicus/
non Iſpanus quiſpiam: ſed Italici duo hæc enarrarunt/ ambo Picentes: alter contri
bulus tuus/ alter Camerinenſis: utriq; probati viri/ antiqua fide & religione: qui ſi-
bi in cauſa præſertim honeſta mentiri turpe putarent. Hi mihi inter aliquos hone
ſtos viros enarrarunt: cum in virtutibus tuis oēs obſtupeſcerent/ ut admirari de
ſineremus: licet quidam malefici ſecus loquant̃: te illos exhauſiſſe a progenie præ
clara/ nobili/ & a cœleſtiū fonte manante. Quę eñ nobilior eſſe poteſt/ q̃ eius cu
ius parens matutino tempore/ veſtes ut plurimū ſericeas gerebat? Iſti met addide
runt etiam aliqua circa tuam luculentam educationē. quæ ſi forte a memoria abie-
runt: meo ut licet bñficio recorderis. Educauit te ſacerdos pro ſuo (nam Cyecho
parua ad id cura ob inopiam erat) uſq; ad annum decimū ſcitulum ſpecioſumq;
puerum. Dehinc facis te ad litteras: in quibus tantū emineres/ ut oēs ſuperiores
ſtulticia excelleres: nomenq; ingens ad inferos inauditurus eſſes vocantibus. Te
erudiendū Iacobo cuidam in urbe Salſā ludimagiſtro dedit. Is cum te pluribꝰ an-
nis familiarius q̃ magiſtrū decet enutriſſet: exiſtimabant qui rem ignorabant te il
lius filium eſſe. Nam de matris viro homine inculto & abiecto/ oīs (ut erat) ne
quaq̃ te genitum exiſtimabant. At poſtea neſcio quo turpiori cōmercio inter vos
reperto/ inter vos opinio illa refrixit: & ad veram deorū redijt cognationē. Tu ca-
thamitus citius vitia q̃ doctrinam arripuiſti. Ita cum poſtmodū grandior factus/
urbem Fanum te contuliſſes: memor ſcelerū/ oblitus doctrinæ: quod diutius paſ-
ſus fueras (loquor eñ honeſtius q̃ tua flagitia poſtulent) in alios expertus: ſcis
ne in foro pugnis te ac calcibus cæſum cōfugiſſe in cauponulam: atq; ibi ſubtus le
ctum eo die more ſoricis delituiſſe? Scribe hoc hortor in tuis hiſtorijs prolixius. a
me eñ tm̄ cōmentarioli loco proferunt̃ breuius: ut a te narrent̃ uberius ad gl̃iam
tuam & laudem nominis ſempiternā. Digna eñ ſunt Philelphi vita: ut cæpta opti
me ita ſanctiſſime exacta. Cum Fani amplius turpius eſſe non poſſes/ clam naui-
cula Venetias aufugiſti. Paduāq; paulo poſt ad exhauriendā Heliconis fontem:
cuius eras admodū ſitibundus: profectus es. Ibi tantū aquæ illius ingurgitaſti: ut
poſtea oīs ferme litteras capitis dolore euomueris. Verum maris tranatio/ aeris
mutatio/ peragratio nouę urbis/ potus aquæ nimiū ut viſum eſt frigidę/ ita ut den
tes obſtupeſcerent parum profuere. Vitia tecum cum non ſolum tuliſſes/ ſed au-
xiſſes: quo maior erat ciuitas/ eo uberiorem peccandi licentiam ac materiā aſſum-
pſiſti. Aliquādiu loquacitas et ſimulatio ſcelera occultauit. Sed bonus artifex cum

Exprobra-
tio ſtirpis et
educatiōis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quotidie nouis vetera illuſtrares:ſcis ne portentum infœlix/non pugnis ut antea
ſed fuſtibus publice vapulatū? excq; urbe pulſum a parente eius cui vim nephan
dam intuleras/Venetias reuertiſſe? Et cum infamia ac digitis hominū deſignare
ris:ſtatim in Græciā ad veſtiganda muſarum domicilia quæ diutius latuerant na
uigaſti. Non quidem tuo ſumptu:cum nihil niſi famelicos dentes natura dediſſet
turpitudo quæſtum abſtuliſſet:ſed nauis patroni:cui pro litteris quas te eum do
cturus pollicitus fueras/vitę mercedem accępiſti. Sed quid in naui feceris:quid fur
ti manibus rapaciſſimis cōmiſeris ( is eñ quæſtus tuus erat uberrimus ) nō igno
ras. certe in ſentinam fœtidam quoad furtum redderes/& id vile quid erat conie
ctum/tandem turpiter reſtituere quod modo quæ ſubripueras cōpulerunt. Quę
mihi alterius quem ſatis noſti verbis innotuerunt. Veniſti in Conſtantinopolim:
Ioannes Chryſolo. tuæ impudiciciæ/ſtupri/perditionis/ſcelerū/triumphū. Nam cum Ioannes Chry
ſoloras te veluti nebulonem quendam ſqualidum ac pannis orbum conſpexiſſet:
tum pietate/tum cuiuſdam Ianuenſis ſuaſu permotus/hoſpitio te excępit:famē/
frigus depulit:pro quibus bñficijs homo gratiſſimus ſummū beneficium reddidi
ſti. Omiſſo enim muſarum conſortio quas caſtas eſſe ſciebas; ſtuprataq; virgine
unica filia/quam poſtea deſponſaſti:morte debita pœnam ſcelerum ſubijſſes:niſi
ope alterius viri egregij periculum euaſiſſes. O ſceleratiſſimū omniū portentum.
O dedecus urbis ſempiternum:tu ne iura hoſpitij/tu deos penates illos/tu datam
fidem/tu ſocietatis fędera/ tu hoſpitalem dexteram fallere:tu virginem violare ha
bem tantam in domū illam caſtam inferre:tātum dedecus infligere auſus es: Tu
poſtea hominē intueri:tu hoſpitem conſpicere : tu in publica adire loca potuiſti?
Sed quid non audeat:qui ſemper ita vixit ut honorem in poſtremis rebus habe
ret:ignominiā in ſupremis: dedecus pro honore duceret ; veram laudē ut labem
peſtemq; contemneret? Sed al's a me paucis pro rei indignitate dicta. Cum ſoce
ro ingratus eſſes:nihil enim tecum pręter ventrem nudum/eſurientem detuleras:
cum vorago quædā impuri helluonis illum torqueret ;cū domo electus eſſes/qd
ageres impure ac petulans aſelle? Detuleras tecum ut arbitror homo diuinus/
imbrem illum aureum in gremio Danaes infuſum:paternam Iouis hęreditatem
ſuppetebant diuitię ut vitam ſplendidam duceres:aderant paterni ſerui procura
toreſq; qui tibi victum ſubminiſtrarent. Confectus fame:macie debilitatus: bar
ba ex ſqualore promiſſa/tanq; alter Diogenes in publicum prodis : multos ver
bis/plures ſpe decipiens/grāmaticam te nōnullos Italos docturum inſimulaſti:
in quibus abraſa pecunia/nauem cum uxore egregia clanculum conſcendiſti:na
tes pro pecunia oſtentas creditoribus tuis. Aduexiſti ut Iupiter parens ad Italos
Europam prędam inſignem/perpetuam notam Philelpheę impuritatis. Barbam
inſuper oblongam:ut aliquid ex græcis præter infamiam attuliſſe videreris. Pedi
culos quoq; multos:qui loco miniſtrorum comites itineris extiterunt. Nam leui
tatem/impudentiam/fallacem animū/mendacem linguam/ improbam mentem/
ſi forſan inuidia ductus te detuliſſe negarem:turpe me falſo ſcribere ac ſentire tuis
operibus comprobaſti. Appuliſti tandem Venetias:cui dux cum omī turba pro
cerum ac ſenatoribꝰ præſto in foribus fuit:cum fama eſſet te a græcis gente quon
dam præclara triumphantem redire. Et cum urbem Conſtantinopolim a te adul
tero bello ſubactam/in triumphum non poſſes ducere:illius imaginem nobilem
adoleſcentulam adduxiſti. Imitatus credo Octauianū Auguſtum:qui Cleopatrā
cum viuā non poſſet/mortuā in triumpho imaginem pro ſe tulit. Qua in re Au
guſto potitus/illius cōſpectu triumphi inſignia decoraſti. Itaq; feſtum diem in ad
uentu tanti ducis/tam caſti/tam ſancti/tam egregij tota ciuitas egit. Aſcribe hunc
Pulchra irriſio. Philelphe in faſtis tuis vel nephaſtis/et e memoria abolendū potius diem. O Ver
gili:cur te non dij ad hoc tempus produxerunt:ut tam longos errores/ tam longā

peregrinationem/tam formoſam & Helenæ pręferendam prædam raptam/abie
ctamq; deſcriberes? Aeneę quidem ficta eſſe dicuntur permulta: hic vero oĩa
& rem dignam tuo carmine reperiſſes. Vera hic Dido: verus ab Ioue ſanguis: ve
ra progenies deorum/& pietas parentis. Aeneas patrem humeris/ hic ſcortũ de-
portauit. Ille deos penates ab ignibus eripuit: hic in domum hoſpitalem perfidiæ
ac libidinis faces proiecit. Ille parenti ludos celebrauit: hic flore dedicauit natalici
os dies. Sed redeamus Venetias. Quid ibi a te gentiũ omniũ ſceleratiſſimo actũ?
Quid ibi inquam præter furta/fallacias/dolos/& leuitatem græculam reperiri po
teſt? Fraudaſti virum inſignem (quem honoris cauſa nomino) Leonardum Iu- Furtũ obiji
ſtinianũ/precio neſcio quo librorum: pro quibus cum pecuniam accępiſſes: & nũ cit & alia.
mos rapuiſti/& non dediſti libros. A viro præſtantiſſimo & oĩi laude digniſſimo
Franciſco Barbaro mutuos quos nunq; redderes nummos accępiſti. Guarinum
iterum Veronenſem virũ doctiſſimũ/& quoſdã alios ut tibi nũmos crederent: li-
brorum pollicitatione/quos furto ex græcis (unde enim illos vir mendicus emiſ
ſet?) ſubripueras induxiſti: cum diutius tuas pollicitationes ore mendaci/animo
ad fallendum parato/lingua ſubdola contexiſſes. Furtim tandẽ cum in ius te vo-
caſſet Leonardus (nam cæteri tui miſericordiores erant) abiſti: veniſti naucula
Bononiam. Et ne qua urbs/ne quis locus/ne qua regio tuorum flagitiorum veſti
gijs vacaret: fratrem quendam nomine Iacobum ex ordine Minorum/itineris co
mitem/quinq; argenteis taceis (ut aiunt) quas ſecum ferebat/ſuſpitione quadã
vectigalium a te iniecta/tibi deferẽdas cuſtodiẽdaſq; dare perſuaſiſti. Sed cuſtos
fuit ouium lupus. Cum Bononiam ventum eſſet/cum ille argentea vaſa peteret:
dixiſti ſtatim homo fraudulentus ac furax/ad mentiendum promptiſſimus: te illa
cum cæteris rebus tuis Florentiam/quo frater iturus erat præmiſiſſe. Ille qui te
non norat: non fraudes cognorat: non dolos percæperat: non egeſtatem ſenſerat:
verbis tuis credidit. Moratus es pauculos dies Bononiæ: qua cauſa pręclare ſcele
rum artifex/e ueſtigio ex gręco barbato latinus factus es imberbis. Nã turpi amo
re adoleſcentis captus: cum illi piloſitas/vel fœtoſitas potius vultus diſpliceret: ro
gatu ſuo barbam abraſiſti. Cauſatus id te antea non egiſſe/ne uxori diſpliceres.
Ex quo factum eſt poſtea: ut frat ille iniuria & fraude tua cõmotus/neſcio quos
in te ediderit ridiculos verſus. Magnã atq; exquiſita ac digna Philelphio generi
laus. Nolo in hoc cõmorari diutius: ne tua facta dicendo imiter. Veniſti tandem
Florentiam: ubi palmarię tuę virtutes plurimũ eluxerunt. Primum opera Veneti
oratoris/qui Leonardo ſatiſfacere cupiebat/prætoris iuſſu in carcerẽ es cõiectus.
Non enim mentiendi/aut negandi/aut tergiuerſandi: qui mos ſemper tuus fuit:
ulla facultas fuit. Pluribus diebus cũ tabe maceratus eſſes: tandẽ pecunia a non-
nullis per uſuram ſumpta/debitum ſoluiſti. Fratrem vero nequiter eluſiſti: cum
te ille apud pretorem ſæpius poſtulaſſet. Sed quid ageret vir tuorũ morum igna-
rus/perfidię inſcius? Nullos ſumpſit teſtes: nullum chirographũ. erat mentiendi/
negandiq; occaſio & locus. Deniq; cum diutius verbis litigaſſet: qui pręter iuſiu-
randum nil poſſet interponere: fatigatus atq; inanis receſſit: deorũ vindictam im-
plorans/ac te publice latronem furemq; appellans. Hæc tuę primum ſigna probi-
tatis Florentię innotuerunt: nomen laudemq; Philelphi egregiam fecerunt pau-
lo notiorẽ. Hoc vero inſignius: & grati hominis officioſiſſimiq; atq; omni virtute
ornatiſſimi Nycholai Nicoli: quo probiorẽ nullum Florentia urbs iudicio omniũ
conſpexit: opera atq; auxilio legendi poetas/artemq; oratoriam dediſcendi exerci
tium ſumpſiſti. Ille te pecunia/ille te præſidio/ille te patrocinio ſubleuauit/doctri
nam tuam & vitę conſuetudinẽ. Non multum norat Philelphi animum ſubdolũ:
mores immanes: naturam peruicacem non cognorat. Eſt enim Ciceronis veriſſi- Cicero
ma ſententia: q̃ quiſq; vir optimus ſit: ita alios minime improbos ſuſpicari. At tu

peſtis nephária/qui totus ex nequitia & fraude conſtares:ſtatim inimicicias illi in-
dicens/verſus quoſdam tuorum ſcelerum teſtes/in eum ſæpius eructaſti.ignarusq;
ut ſolis radij non inquinãtur luto:ita virtutis ſplendorem tui oris turpitudine ac fe-
tore minime corrumpi ac contaminari poſſe. Contempſit vir prudens nequitiam
tuam:laudi ſibi ducẽs illas calumnias Philelphias.Contraxiſti ſimulatam cum vi-
ro clariſſimo Leonardo Aretino ſocietatem:& cum tua improbitas illi eſſet igno-
ta/te domum ſæpius euocabat.At veterator nepharie/cum ſemel eius bibliothe-
Furtũ aliud obijcit. cam legendi cauſa ſimul cum eo intraſſes:Leonardus vero ab amico euocatus/te
ſolum in bibliotheca parui aliquid temporis reliquiſſet: quoſdam uxoris anulos
cum pixide in qua abditi erant/nepharie furcifer abſtuliſti. Quod ille paucos poſt
dies cum aduertiſſet:quod verum erat ſuſpicatus ( nullus eñ alter locum illum
intrarat ) te conuenit:rem expoſuit:anulos popoſcit : ne illud palam fieret in tuũ
dedecus admonuit.At tu ſceleſta belua/ea qua fratrẽm ſpreueras impudẽtia/ne-
gaſti abs te factum : licet vultus qui teſtis animi ſolet eſſe fateretur furtum. Et tu
Leonardũ aretinum compellere/tu nomen eius uſurpare audes teſtem latrocinij
tui:vindicem furti:ad cuius mẽtionem niſi facie eſſes meretricia/horrere te atq; ex-
paueſcere oporteret. Sed hæc clanculum & abſq; teſtimonio acta. Quod ſequitur
ita palam ut nequeas inficias ire.Ille excellentiſſimus Imolenſis Hieronymus/cũ
diutius illum tua impudica lingua multa in eum fingẽs vexaſſes:faciem illam tu-
Signatum vulnere dicit. am inuerecundam cicatrice nobili poſtmodum inſigniuit.ad quam tegendã bar-
bulę beneficio uſus es.Quis cętera omia neges ſerue vitiorum ſtigmatice:aude
hoc negare ſi potes.Circumfers tecum inſignem cõtumeliam nominis Philelphi.
niſi forſan apud ignotos dicas te in bello id accepiſſe/et pro reipublicę defenſione.
Multa turpiter feciſti:plura libidinoſe:plurima nequiter:omia impudenter. In vi-
ros probos nõnulla euomuiſti:partium cauſa homo ruſticus ac peregrinus te de-
dicaras : ſed earum prẽmia te digna aſſecutus. Primo magiſtratus ſupremi iuſſu
in carcerem truſus : tum urbe pulſus ac proſcriptus fuiſti. Hæc tua in Florentina
urbe per te admiſſa ac ſuſcæpta dedecora:quę niſi fanatica ferreris mente/ cõpri-
mere inſanam petulantiam debuiſſent. Sed ferme ſum rem palmariam / & haud
paruifaciendã oblitus.Quum eſſes Florentię:venit eo mater tua illa egregia/cõ-
Alia in eũ obiectio. mota vulgi fama ad ſpectaculum triumphi quod egeras de ſubactis græcis. Vi-
dit ſingularem pompam.conſpexit lanceam illam domi repoſitam:& ad aſſandã
lucanicas conſeruatã.quæ ita auctoris ſui gloria lętabatur : ut ſemper noua viro-
ret fronde:ne laus tanto labore/tantis vigilijs dijs auſpicibus / & Venere genitri-
ce parta amitteret virginitatem ſuam.Quo quidem in triumpho:niſi homines in-
uidi tuis geſtis detrahere velint:omniũ ſuperiorum Imperatorũ qui de Gręcis ha-
ctenus triumpharunt/virtutem & gloriam ſuperaſti.Quod enim illi magno ex-
ercitu plurimis pręlijs/multo militum ſanguine/infinitis pene laboribus ſunt aſſe-
cuti:tu homo callidior/& qui artes imperatorias ( nocturnas pſertim) optime noſ-
ſes:aſtu/calliditate/dolo es adeptus:ut iam Aureliano Imperatori qui Zenobiã
in triumphum produxit/ſis longa virtutum gloria anteferendus. Nam ille quod
magna impenſa/maxima claſſe/pluribus legionibus perfecit:tu pacato:neq; dan-
do/ſed auferendo prędaram ex Conſtantinopoli prędam : hoc eſt urbis imaginẽ:
in qua Philelphij ſplendoris radij relucebant/ad Italos attuliſti:docens longo licet
poſt interuallo:oriri quotidie magña ingenia pace / bello pręclara : ſi in certamen
glorię deducerent.Feſtinans igitur mater ad tantũ filij nomen/tandem exoptatiſſi-
mum natum vidit.Quam Philelphus grauitate ſua illa cenſoria ac verenda maie-
ſtate barbę:quam ſolito longius demiſerat:oculo grauiori ut aſpexit:Aphricanũ
ſuperiorem/aut Camillum diceres/manu ad terram deflexam prehendit atq; alle-
uauit. Contrita enim ſtupidaq; matercula/tanti viri/tam barbati auctoritate/tam

ſtipati cohorte illa egregia præfectorum ac legatorum/qui triumphum comitati
erant dignitate veneranda. Et cum domus imperatoria referta eſſet varijs gen-
tibus ac nationibus: matri ingens pallatium in propinqua vicinia ad quod diuer
teret parauit. O ſtigmatice prædo. O ſæculi infamia. O nequiſſime rabula: noſti
ne quemadmodū matrem tractaris cum Florentiam venit? Neſcis a te domum Acerba ex
per ſummam contumeliam precibus uxoris/ne ſui dedecora & filij ſcelera conſpi clamatio.
ceret expulſam/in domum Franciſci de bardis vicini tui aufugiſſe? Vbi menſib9
duobus tua ſumma cum infamia/vitam inopem cum ſuſtentaſſet: demū ope ne-
ſcio cuius domum te inſalutato reuerſa eſt. Ingēs fuit Philelphi materna pietas:
cuius ſibi ſenectus adeo fuit veneranda: ut non in obſcura atq; ignobili domo in
qua vitam inopem agebat/ſed in egregij ciuis eſſe voluerit: ut potius nobilis pa-
rentis/q̃ ignobilis filij memoria ſeruaretur. Et tu furuncule impudens/latrare nō
deſinis: & tuis maledictis doctorum ac ſapientiſſimorū virorum auribus perſtre-
pere. Sed quid conſilij aut ſanę mentis a viro ſceleſtiſſimo impio in matrem/in pa-
trem nephario poteſt prodire? Sit hoc leuamen tuorum malorum: ut latres tanq̃
rabidus & fame contortus canis. Manda memorię oro/has Florentinas peſte par
tas laudes. Ne ſinas abſoleſcere memoriam geſtorum tuorum: quæ ita præclara
ſunt: ut cum Themiſtoclis actis ſint comparanda. Sed ut ad alia veniamus: pul-
ſus Florentia/veniſti Senas vir grauis & ſæuerus: & cum ad corrigendos urbis il- quō Senas
lius adoleſcentes tanq̃ nouus Pythagoras/ludum litterarū pueris aperuiſſes: ſta- venerit
tim ciuitatis mores verendus philoſophus correxiſti: ſeniores prudentiam/iuue-
nes modeſtiam/adoleſcentes continentiam docens. Te auctore om̄is laſciuia ab
lata eſt: nec niſi ſanctum/niſi ſæuerum in te conſpiciebatur. doctrina vero admira
bilis: quæ adeo grauis erat/ut eam diſcipuli ferre nō poſſent. ex quo doctior q̃ ve
neras abiſti. cum nihil ibi tuę diſciplinę litterarię reliquiſſes: non quidem tua cul-
pa ut maliuoli obijciunt: ſed eorum quorum ingenia erant ad percipiendū tardio
ra. Tandem cum chariſſimus eſſes om̄ibus: neſcio cuius proterui aut procacis ut
opinor opera/qui in foro prope fontem tibi manus iniecit: faciemq; illam veneran
dam: quia paulum immunda erat/multis alapis abſterſit. Te admodum mouit: ni
hil tamen ultus es petulantem. illum Socratem imitatus: qui aliquando ab impu-
dente in faciem percuſſus/fronti aſcripſit: hoc opus talis fecit. Attamen poſtea & Socratis pa
animus nobilis/patiens iniuriarū/contumeliā tantam/tam publicam/tam inſignē tientia.
in populi conſpectu acceptam ferre nequiuit. Abiſti igitur vir deſideratus: neq; te
reluctantem diutius tenere tui diſcipuli deſiderantes/tuam veluti Platonis nouel
li doctrinam potuere. Mœſta om̄is ciuitas tuo diſceſſu fuit: ſinguli iniuriam que-
rebant/ad ultionem parati: mœſta erat patria: ciues veſtem mutarunt: adoleſcen Ironia fa
tes comam (nam barbam non poterant) nutrierunt: om̄ia luctu & mœſticia ſui ceta
conſeruatoris & doctoris deſiderio mœrebant. Certe agri & campi diſceſſu tam
præclari poetę gemere videbant: ſperantes ab Ioue illum & pluuiam & ſiccitatē
impetrare cum opus eſſet poſſe. Ipſe Iupiter deniq; diſceſſum tuum ægre videtur
tuliſſe. cum a ſummo procelloſus imber effuſus eſt. Neq; id mirum: generis enim
ſui cura dijs erat. Quod eo maximū beniuolentiæ ſignum extitit: q̄ quidam bar-
bulam tuam imitati ſunt: ut aliquis Philelpho ſaltem barba ſimilis reſtitiſſe in ea
urbe videretur. Egredientem vero porta/ſinguli ordines comitati ſunt magiſtrū
pudiciciæ/cenſorem morum/patriæ ſalutem. Vt autem paulum lenirent deſideri
um tui/ſtatuam tibi laureatā in foro in veſtibulo (nam is locus inſignior eſt) lu-
panaris decreuerunt/cum inſcriptione honorifica: Philelpho morum adoleſcentū
corruptori. O nequiſſime rabula. O ſcelus nephādum. O peſſime decoctor: num
tu om̄ino verecūdiam pudoremq; omnem proſtituiſti? Num faciem tm̄ homo/mo

ribus belua ſemper eris infamis? Nunqꝫ ne partem aliquã vãni hominis ſumeres?
Nunqꝫ ne tecum Philelphum eſſe cogitabis? hoc eſt nequiſſimum furem / impu-
rum helluonem / contagioſum rabulam om̃i dignum cruciatu. Veniat in mentẽ
quę Senis ſcelera edidiſti: occurrant allatę manus / turpis expulſio / ſolitarius ac fur-
tiuus receſſus: cum tu ſolus relicta familia / neſcio quæ diuerticula quęrens abdi-
tus aufugeris: ne incideres in eorum manus qui te vel inuitum ad ſupplicium ra-
pere volebant. At tu poſtea auxiſti furcifer: quia laurea inſigni caput muſarum
plenum ornare volens: cuius te immeritum ex humilitate dicebas / inſcijs omni-
bus receſſiſti. Eſſe enim rem grauem tibi præſertim qui eſſes leuior animo & opi-
bus q̃ credebant onus laureę: quã niſi receſſu clandeſtino euitare nequiſſes. Nam
conſtat illos qui ida te timore creditorũ factum dicebant mentiri: cum filios / uxo-
rem / ancillas / libros / veſtes / egregiam ſuppellectilem / bona om̃ia Senis reliquiſ-
ſes. Qua in re aperte mentiebaris: cum nihil tibi pręter famem / ſitim / nuditatem /
inopiam / ac miſella uxoris / liberorũqꝫ corpora ſupereſſet. Scribe hæc in cõmenta-
rijs tuis: tradas præclara geſta memorię poſterorum: ut extent aliqua tuę ſingula-
Bononiam ris virtutis poſt mortem. Ex hac tua tam honorifica fuga Bononiam cõceſſiſti. Et
quomodo quidẽ mutato ciuitatis ſtatu: cum neqꝫ leges / neqꝫ iudicia in ea valerent. At quan-
aduenerit. ta omniũ gentium alacritate effuſa eſt ciuitas illi obuiam: quem columen patrię /
ſpecimen ſtudiorum / legum interpretem / ac iuris oratorem eximium arbitrabaꝫ.
Cum lauro ac tripudijs ad portam obuiam prodijt om̃is turba. Ita inter adoleſcẽ-
tum & iuuencularum choros Bononiam ingreſſus es: atqꝫ ad palacium triumphi
ſpecie inter plaudentiũ manus ac declamationes ductus. Dona multa inſuper ob-
lata: quæ tamen vir continens ac liberalis auferre noluit: neqꝫ ad palacium voluit
diuertere: ſed more philoſophi incultus / ſolus horridus / ſolum barbula ſplẽdidus
ad cauponulam diuertit: vili abiectoqꝫ cibo ne grauis eſſet hoſpitibus contentus.
Ibi pauculos dies moratus: ſeditioſorũ quorundam opera / quibus lumẽ tantę vir-
tutis odio erat: homo non verboſus / non factioſus / non maledicus / non mendax
Mediolanũ Philelphus / ciuitate pulſus: Mediolanum profectus eſt: paulum accuſans ingratã
profectus. urbem: q̃ virtuti / probitatiqꝫ tanti viri / tam eruditi / tam apud Florentiñ. ac Senẽ.
chari ac probati adeo inuidiſſet: ut ſe immẽritũ ciuitate eieciſſet. O fax nepharia O
monſtrum horridum: nonne ſtatim cum Bononiam intraſti / partium ac ſeditio-
num auctor: cum diſcordiam inter primores cæpiſſes ſerere / timore iniecto adeo
præceps & ſubito effugiſti / ut equo alatis pedibus more Mercurij uti videreris?
Mutinam Neqꝫ prius abſtiteris fuga / q̃ Mutinam perueniſſes cum om̃i qui te viderant ex-
peruenit. ecratione. Mediolanum tandem appuliſti: ubi Principis liberalitas erexit ſquali-
dam mendicitatẽ cum ſua beneficentia. Tum quia audierat te aliquando ſuis par-
tibus Senis affuiſſe. Nihil dico in illum principem ad omnia egregium ac ſingula-
rem: niſi quod aliquando cognoſcet / tandem ſe in te portento nephario nutriendi
impenſam atqꝫ operam perdidiſſe. Satius fuiſſe canem aut porcellum alere / q̃ per-
nicoſiſſimum virum. Opus in ea urbe in primis egregium / dignum laude / mandã-
dum profecto memorię / tanq̃ trophęum tuę laudis expectaſti: virum ingenio &
doctrina pręſtãtem / om̃iqꝫ virtute accumulatum: cui valde diſſimilem candidum
noſtrum ſtatum tuis maledictis nepharijs ad inimiciciam prouocaſti / ſceleratiſſi-
me prędo & bonorum hoſtis. Cauſaſti virum illum egregium te cõtemnere / &
ferre mores tuos non poſſe. Sed quis te oro vir doctus aut bonus tua vitia ferre
poteſt? Tui ſimiles tecum verſantur: te amplectunẽ: tuæ fauent immanitati. Neqꝫ
enim niſi qui eiſdem vitijs delectanẽ poſſunt te dilgere. Fruere hoc bono tuo ma-
ledicendi: & tanqꝫ bubo cauea incluſus / ferale carmen decanta: quod tibi tuiſqꝫ ſi-
milibus om̃ibus perpetuę mœſticie ſit futurum. Pręterij pene inſcius memorię cul

pa nobile tropheum/ob geſtorum tuorum memoriam:ab neſcio quo tuę virtu-
tis æmulo in Papia conſtitutum. Scis eñ/& alij quoq; ſciunt:cum ſit vulgata/licet
non recens hiſtoria:ſed ſcis quendã/cuius nomen e memoria effluxit: propter ne-
ſcio quam honeſtã ut puto cauſam/tibi in publico deambulanti/humani ſtercoris
urineq; plenum vas in heliconiũ ac muſis ſacrum caput effudiſſe. Digna unguen-
ta Philelphi vultu. Ipm aũt vas capiti inſertum reliquiſſe/galeę militaris loco, quo
facto es impurus:corpuſq; impurius factum/te coegit Ticinũ ſtatim petere: ve-
ſteſq; abluere ac corpus. O lauream meritã conſpicuãq;:dignam certe quæ Phi-
lelphi caput ac comas ornaret. O ſpectaculũ egregiũ virtutiſq; teſtimoniũ ingens.
O ſpectanda eloquentiæ præmia: quæ noſtri oratoris os/ faciemq; tam egregijs
unguentis ornarent vel honeſtarent. O fimbrias aureas quæ adeo exornarẽt cul-
toris muſarum veſtes. Hi ſunt veri virtutũ & eloquentiæ uberes fructus:hæc do-
ctrinæ præmia:hi tituli poſteris demandandi. hæc verę gloriæ parta monumenta.
Quæ ut extarent diutius:ut quæ geſtę rei laudem dijs potius q̃ tuis meritis accę-
ptam referres in urbe nobili/ in ſtudiorũ gymnaſio/ in ipa eloquentiæ academia:
ad perpetuam poſterorũ memoriam deo Sterquilino tanq; beneficij accępti me-
mor templũ condidiſti:in quo deo illi ſacra ſępius poſſes more tuo facere. Id vero
tuo ſumptu curandũ feciſti ac dedicaſti cum inſcriptione magnifica: ob lauream
triũphalem huius dei ope Philelphi capiti inſertam. Multum profecto debes mi-
hi Philelphe:qui nomen tuum inter ſtercora & fętorem deliteſcens/ ut fiat notius
in publicum profero: & ut doctis viris innoteſcat laborem ſuſcipio. Obieciſti mi-
hi neſcio quas perdices/tibi pauones comatuli miniſtrãt. Qui ut domum auden-
tius frequẽtarent uxorem accępiſti. Verũ pudiciciæ mulieris parcam in te:ne imi-
ter artem mentiendi aut ſcribendi quæ honeſte a prudenti viro non poſſunt refer-
ri. Verũtamẽ tuę ꝓbitatis ſignũ referet: quod ab alijs qui cum viro p̃ſtantiſſimo
omniq; laude cumulato cardinali ſancti Angeli familiarius viuebãt/ dictũ audiui.
Ad illũ cum ſæpius Baſileam ſcripſiſſes/nunq; illũ prudentiſſimũ virũ qui tua fla-
gita nouit legere tuas lr̃as/tanq; ſeditioſiſſimi portenti voluiſſe:ſed ſtatim cũ allatę
erant/cũ ex inſcriptione tuas noſſet in ignẽ abieciſſe. Eſtimabat eñ vir ille ſanctiſſi-
mus/ab homine profligato ac perdito nil ſyncerum/nil honeſtum/ nil caſtum poſ-
ſe prodire. Maximũ de tua vita egregij ad oĩa viri iudicium:qui te indignũ iudi-
caret cuius ſcripta legeret. Fuit olim græcus ignobilis:qui cum nulla virtute/ nulla
doctrina prẹditus famam cuperet apud vulgus:quod virtute nequibat/ſcelere cõ-
parauit. Incendit eñ nobile illud templum Dianæ epheſię: quo facto ſempiterna
flagrauit infamia. Id idem tu flamma urbis peſtifera / laudem ex nepharijs ſceleri-
bus/ex linguæ improbitate/ ex bonorum obtrectatione / ex turpitudine vitæ/ ex
flagitioſis moribus/ex perditis ac profligatis cogitationibus tibi parare voluiſti:
ut te deterrimũ eſſe omniũ qui viuant / qui tua ſcripta vel hallucinationes potius
audiunt/cognoſcant. Quid enim eſt in te præter ridendam verborũ iactantiã:pue-
rilem doctrinã:inanem diſcendi ſtrepitũ: quæ dediſcere multo eſt ſatius q̃ tenere.
Multos habuiſti diſcipulos multis in locis: dediſcendi artem oſtentaſti: quis ex il-
lis eſt quẽ non multo ut acciperes reddideris ſtultiorem: Nõnullos mentiendi fal-
lendiq; artem docuiſti. Inter quos quidam Iacobus fauentinus tui ſimilis admodum
doctus euaſit:quem tu exploratorẽ domum meam miſiſti ſæpius: & ille ne tibi in
turpitudine vitę cedere videretur:de me ad te Senas ſcripſit:docens mentiri. quas
litteras ad me poſtmodum quidam amicus attulit. at ſi unq; perfidus ille in caſtra
mea inciderit: non verbis/ſed fuſtibus præmium feret. Hic Philelphi fructus fu-
it apud Italos:ut diſcipulos partim ſtultos redderet: partim efficeret mendaciorũ
ac perfidiæ officinam. Hæc tanta populorum impenſa tradita eruditio: hæc præ-

Papię quid contigerit.

Inuiſus cardinali ſancti Angeli.

Heroſtratus

De diſcipulis ſuis obiectio

Epilogus inuidioſus in eundem.

clara laborum merces: ut pro virtutibus vitia oſtentes: ſtulticiam pro doctrina. Hæc ſunt amentiſſime rabula verba/crimina modo / tuo maledico ore confiſcta. Hæc ſunt ſcurra nequiſſime expreſſa/& a te perpetrata flagitia: non maledici verba cōuiciatoris. Hæc laſciuiens aſelle ſcelera manibus fere ipſis deprehenſa: perq; ora populi diuulgata: non furioſi hominis ridiculi verſus atq; inſulſi. Hæc tuorū facinorum demens furcifer inuſta ſtigmata fronti tuæ: quæ ita elata impudenſq; in publicum prodeunt/ut infamiam ac turpitudinem ducat pro laurea imperatoria. Hęc deniq; flagitioſiſſimorū morū/nephandę vitę/cōſuetudinis reprobę opera teſtanda. Quæ cum vera eſſe cognoſcas: demiror non te abditurum poſt lucem conſpectuſq; hominū fugientem abijſſe in ſolitudines longinquas: ubi nequitiæ philelphiæ obliuio obſcuret. Sed improba mens ſuoq; malo gaudens/cæcus animus/mores obſcœni/vita perdita/vitia per cicatricem obducta te pręcipitē agitant: furiarum ſtimulis agitant: neq; ullo recto conſilio uti ſinunt: omni & honeſti & turpis diſcrimine ſublato: Neſcis inſane? quid enim flagitijs perditus ſcire poteſt? Sed neſcis amentiſſima belua/quanti apud doctos viros fiant tui verſus: tua ſcripturę detractiones. Satis eſt tibi ea probari a diſcipulis tuis: quos inter velut Ariſtarchus verba iactas/aſelle impudens. Ego Hercule malo me vituperari a te fœtido cadauere ac turpiſſimo ſcurra/q̄ laudari: cum a turpi viro/omniq; ſcelere inquinato nulla laus vera prodire putetur: nullam habeat vituperatio fidem. Verum quoniam alter tanq; laboribus ſuis Hercules/ita tu ſceleribus orbem terrarum luſtraſti. Quo nunc te conferes nequiſſime nebulo/ſi Ducis ſumptus atq; impenſa tibi negetur? Ad quam gentem/ ad quæ loca confugiet mendicitas tua? Totam iam Italiam vagus/extorris/Parthorū more aliena ſtipe egens mendicanſq; peragraſti. Quid ages ſi tibi Mediolanen̄. pecunia deſit? quorū auxilium implorabis? in quorum fidem te trades? Scio quid ages. militiam ſequeris: ut te Imperatorem exercitus magni videamus. At vero lixa mercennarię crux tibi debita te expectat. Is enim erit finis ſpurciſſimi ganeonis. Nam cū ſenſerit Princeps ille non laudem/ ſed ignominiam potius ex tuis ineptiſſimis ſcriptis conſequi: mutabit animū: & te in tuis ſordibus deliteſcentem eruet aliquādo tanq; alterum ex ſpelunca Cacum: & debito tuis flagitijs pręmio mulctabit. Q. ſi homines deerunt: Deus ipſe ſcelerū ultor & vitam ſceleſtam conſcientia flagitiorum afficiet: & mortem debito cruciatu ac pœna torquebit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INVECTIVA EXCVSATORIA POGGII & Reconciliatoria cum Franciſco Philelpho.



SCRIBIS AD ME CERTIOREM TE factum eſſe/ineptias & delyramēta quædā aduerſus Philelphū diuulgari per homines ſtultiſſimos: & me eorum dici auctorem. Ego quid ſtulti diuulgent aut loquantur/neq; curę mihi fuit unq̃ / neq; erit: neq; etiam ſcio quid hi de me dicant. Vnū ſcio. Quicquid id ſit quod delyramenta aut ineptię appellari poſſit: non eſſe meum: qui vel delyrare/ vel ineptus eſſe non conſueui. Nec ita ut opinor ſum rudis atq; rerum inops: ut quęram adiumenta ſtultorum ad vulganda ſcripta mea: quę edere & ſatis tueri ipſe noui. Q. me nō exiſtimes temere ad maledicendi arma cucurriſſe: vere & recte arbitraris. Nam & iam ſenex non ſatis cōmode poſſū currere: & temeritatis culpam ſemper effugi. Cum ita ad hanc diem vixerim: ut nihil egerim ( de rebus loquor grauioribus ) cuius non probabilem rationem poſſim reddere. Si contumeliā ferre non ſueſti: cogites quoq; & alijs ſuum eſſe ingenium, qui non minus q̃ Philelphus contumeliam abhorrent. Non autem ita imperioſus ſis ut tibi conuiciandi/maledicendi/obtrectandi licentiam conceſſam velis: cæteris vero ſe tuendi/aut maledicta tua reijciendi facultatem ademptam. Q. vero vis ut me purgem vel accuſem: neutrum ( neq; em̄ eſt opus ) libet facere. Nam & ſatis ſum mundus & valitudine proſpera: ut purgatione aliqua non egeam. Et accuſare me tanq̃ alicuius erroris aut criminis reus/a quibus longe abſum/ſtultiſſimum videretur. Q. ad te vis deferri ſi quid aduerſum te ſit ſcriptum: id eorū cura ſit ad quos hoc ſpectat. Nam mea id minime refert. Q. poſtremo nō cupis me as inimicicias: neq; ego itidem tuas. Daboq; operam ut nullus mihi iure poſſit eſſe inimicus. Nam ego ita didici: non homines/ſed vitia eſſe odio habenda. Tu qualiſcūq; ſis/& animo & corpore recte valeas opto. Florentiæ die. xiiij. Martij.

Faceta reſponſio.



I quibus in rebus honeſtũ eſt conſenſuq; oim per
miſſum/iniuriam propulſare: in his maxime pru
dentis officium hominis eſſe debet:ut contumeliã
depellat:in quibus honoris & exiſtimationis laus
aut ingenij fama a maliuolis in diſcrimen adduci
videat. Conſcium eñ eorum quę obijciunt ſe face
re exiſtimat/qui taciturnitate utitur pro defenſio
ne:quoniã cenſet quaſi conſcientia ductus nõ eſſe
auſus improborũ maledicentieæ rſpondere. Q ſi
CICE. diſſoluti eſſe hominis Cicero inquit:ſpernere quid
de ſe quiſq; ſentiat & loquat :mľto diſſolutioris vi
deri poteſt:ea cõtemnere/quæ in ſuam ignominiã
& contumeliã ſint deſcripta. Dicet forte aliquis ho
neſtioris officij fuiſſe futurũ/pro nihilo ducere ſtul
ti palamq; inſani hominis verba:qui dementis ac furioſi more in omes doctos vi
ros/baculo neſcio quo ſtulticię proteruaq; iactantia temere incurſat. Non me eſſe
maioris doctrinę / non auctoritatis q̃ fuerit Ariſtoteles / Varro / Marcus Cicero/
Saluſtius/ Lactantius/Boetius : cæteriq; pſtantiſſimi doctrina & eloquẽtia viri:
quos amens ille dente ſuo canino & in rabiẽ verſo petulanti nimiũ lacerat ac repre
hendit:præterũdos eſſe æquo vultu publice inſanos & eorũ incurſus leuiť pferen
dos. Fateret ſatius eſſe qnq; tacere aduerſus aio & mente captos: niſi ſcđm Salu
Saluſtius ſtij ſententiã:malus fieret improbior ubi negligas. Et ſatis cõpertũ eſt ſæpius ex re
ticẽtia aios illis adijci ad contumeliã inferendã. Itaq; exiſtimans perſæpe neceſſariũ
eſſe caſtigare inſanos/quo cæteri ſint ad iniuriã tardiores:ſequar vulgi opinionẽ
qui iuſtũ putant laceſſitũ iniuria parem grãm referre. Eſt pterea in ſermone quoti
Fortitudis deſuetę ſpecies tres diano vulgata ridendi grã ſentẽtia:tres eſſe ſpẽs fortitudinis deſuetas. Vnã/ſi mu
lierẽ maledicã ac cõtumelioſam: Alterã/ſi ſenem detractorẽ cõuiciatorẽq;: Tertiã/
ſi dementẽ atq; inſanũ caſtiges. Hi eñ omes partim ſexus/ptim ætatis/ ptim ſtulti
cię licentia cõfiſi/ multa dicũt agũtq; non ferẽda : quos fuſte reprimere aliqñ inſue
ta virtus exiſtimať. Hac ego fretus opinione/negſſimi detractoris inſaniã ( qui li
uore & inuidia cõmotus ſolita dementia in me pſiliuit ) ſaltẽ verbis neceſſario mi
hi cenſui refrenandã. Scripſi olim poſtq; redij ex Britannis/ plures varijs de rebus
epľas:quas poſt modũ multorũ ſuaſione eas legere cupientiũ/in quoddã volumẽ
redegi. qđ cũ in manũ leuiſſimi atq; petulãtiſſimi hoĩs Laurentij Vallę ( quẽ igno
minię cauſa nomino ) incidiſſet:multis in locis illas carpens / pro earũ vitijs ſuam
ignorantiã expſſit:quę q̃lia ſint paulo poſt diſcutiemus. Non miror hallucinatorẽ
quendã fanaticũ ac dementẽ in me inſaniã ſuã euomuiſſe:qui pter innatã mẽtis
imbecillitatẽ/ppť infixã cordis veſaniã/ppť inſitã animi puerſitatẽ oẽs priſcos illos
doctiſſimos viros/quorũ mẽoria oĩbus ſæculis ſumã laudis celebrarõe venerata
eſt:fera q̃dã imani pteruitate cõtẽnit:rephendit:culpat:aſpnať:tanq; fortunæ rotã
in manu tenẽs ſurſũ deorſuꝫ voluit & v̾ſat oĩa/& ad ſuũ arbitriũ trahit. Vt vero a
grãmaticis incipiã:Priſcianũ ĩ primis/Donatũ/Seruiũ/Põpeiũ/Feſtũ/ Noniũ Mar
cellũ. ipm deniq; Marcũ Varronẽ in grãmaticis arguit. In dialecticis ac phĩa Ariſto
telem ac Boetiũ multis in locis erraſſe affirmat. Ciceronẽ ut eloquẽtię & pceptorũ
artis dicẽdi inſciũ pdicat. Titũ liuiũ/Saluſtiũ/Lactantiũ:cæteroſq; egregios latinæ
linguę auctores neq; elegãtes fuiſſe/& plimis in locis ſenſa v̾borũ nõ recte poſuiſ
ſe teſtať. Priſcos iuriſcõſultos plurimũ v̾borũ ſignificatõꝫ ignoraſſe affirmat. Oẽs
damnat præter unũ Quintilianũ:quẽ doctiſſimũ oĩm qui unq; fuerunt/& ipi Cice
roni in eloquendi arte præfert/homo fanaticus aſſeuerat. Non legit opinor Quin
tilianũ ſcribentẽ diuino quodã nomine Ciceronẽ natum:ut eſſet in quo vires ſuas

omni ex parte eloquentia experiretur. Non legit: non Quintilianū/ ſed Cicero-
nem a btō Hieronymo aureū flumen eloquentię appellari. Quanq; & Hierony-
mum improbat: aſſerens multa ab eo perperā in ſacra ſcriptura eſſe in latinū tradu-
cta. Et btm̄ Auguſtinū (tanta eſt hominis vel beluę potius ſtulticia) de fato / de
trinitate & diuina prouidentia non recte ſenſiſſe fatetur. Omneſq; tam gentiles / q̄
chrĩanos viros in om̄i doctrinarū genere præſtantes ſub una eademq; inſciciæ ne-
bula comp̄hendit. Eorum autē qui noſtra ætate fuere / p̄clariſſimos viros eſſe dice-
bat Leonardū Aretinū: Guarinū Veronenſem: ſe tertiū Italiæ lumen: cum tamen — Iactantia
primū locū mereret / niſi illis paulum humanitatis gr̄a cedere vellet. Sed quid mirꝝ — Vallæ.
ſi duobus illis ſe preferat? Cum ſeip̄m maioris eſſe doctrinæ q̄ M. Varro fuerit
palam predicet: ſeq; nulla in facultate illi cedere / quē Cicero & btūs Auguſtinus
omnibus latinis p̄ferunt ſapientia & doctrina. Venit mihi in mentem Cardinalis
olim turdertini v̄bum / natiene Romani. Qui cū poſt obitū Innocentij papę quin-
ti coram eo quereret / a nōnullis quis eſſet pontifex futurus: neq; ad Florentinū /
neq; ad Venetū / neq; ad Neapolitanū eam dignitatem cum p̄tim ſuperbi / partim
faſtidioſi eſſent peruenturā. reſpondit. Reſtabant Romani ſolū Cardinales: quorꝫ
duo de Colūna ſcꝫ / & de Vrſinis / quoniā capita eſſent factionū / nequaq; in pontifi-
cem eligi poſſent. Tertium ſancti angeli Cardinalē cum iunior eſſet / minime aptū
videri ad tantū pontificij gradum. Ipſe ſolus ex ſua enumeratione reſtabat ad quē
illa eſſet dignitas deferenda. Tum unus ex aſtantibus cognita hoīs ſtulticia: domi-
ne inquit / ergo neceſſario tu pontifex eris? Ad quod v̄bum homo groſſioris in-
genij ſubridens / tanq; in re quę abeſſe non poſſet: o btūm te inquit: nam benefaciā
tibi. Pari ſtulticia vl̄ potius amentia arbitrat̄ noſter Valla: ex ceterorꝫ omnium ex-
ploſione / ad ſe unum om̄is doctrinæ / om̄is eloquentiæ / omniū liberaliū artium fa-
cultatis famam & gl̄iam peruenturā: ſolūq; ſe futurū cui pro viro doctiſſimo aſ-
ſurgatur: cui dicendi artis palma deferatur: qui ſalutetur in foro: celebret̄ in thea-
tris tanq; unicus Mineruę filius in muſarum gremio educatus. Sed neſcit homo
inſulſus quanta eum doctorū virorū deriſio & ſubſannatio ob eius tam apertam
iactantiam ſubſequat̄. Nimis magna profecto vis demētiæ eſt quæ mentem au-
fert: diſcrimen rerum tollit: rōnem abducit: animū debilitat: furorem ingerit: deniq;
reddit hoīes beluis perſimiles: quæ ſenſu tm̄ & appetitu mouent̄ / om̄is rōnis ex-
pertes. Proh dij immortales: hoc ne tam infandū monſtrum / tam im̄anis fera / tam — exclamatio
deteſtandū portentū: tamdiu impunita ſtulticia gaudebit? Nōne om̄s quibus pri- — inuidioſa.
ſcorum memoria chara eſt: qui rerum naturam indagant̄: qui artibus liberalibus
inſudant: qui iuris ciuilis ſtudio indulgent: quibus deniq; noſtra fides eſt cordi / in-
ſurgere deberent ad hunc doctorū omniū hoſtem / ad hanc peſtem adoleſcentū /
labem ſæculi / ignominiā nominis Itali lapidibus obruendā? Sed ut ſapientes vo-
lunt: nulla maior pena / nullum grauius tormentū dementia reperit̄. Itaq; inſanis
& mente captis vita morte deterior eſt habenda. Infernæ furię illos p̄cipites agūt:
mentem exagitant: nunq; ſinunt conſiſtere: ingeruntq; ſemper ut ea ſentiant & lo-
quantur quæ ſunt in eorum nouum dedecus & infamiam allatura. Verum hæc
poſtea latius explicabuntur. Nunc ad meam rem reuertar: atq; ita / ut primum illi-
us furioſi in me impetus cōtundā. deinde ut paulū in ſuæ ſtulticie caſtris v̄ſemur.
Verum quæ laus eſſe poterit aſininę ſtulticiam ceruicis repreſſiſſe: quæ non ver-
bis / ſed ſaxo eſſet potius confringenda. A multis admonitus / a multis reprehen-
ſus / a quibuſdam etiam ſcriptis caſtigatus: tamen in ſua ſcurrili dicacitate perſe-
uerat. Facillime patiar hunc noſtrum fanaticum oratorem in mortuos inuehe-
re / qui reſpondere non poſſunt: cum non illorum / ſed ſuam inſcitiam & igno-
rantiam teſtetur: in eum vero qui viuat: qui par pari queat referre / maledicen-
di licentiam ſumere nequaquam æquo animo eſt ferendum. Verum quoniam

neſcio quid ridiculū in meis ſcriptis culpat/noſter Ariſtarchus:diſcutiamus paulū
ſuorū verborū pondus & grauitatem. Ait in prima ep̄la mei voluminis male a

*Grās referr̄*
*Grāz dicer̄.*

me ſcriptū. Aliqua ex ꝑte grās referam: qm̄ grām dicere debeamus. Falſa quidem
ac digna correctoris/vel corruptoris potius ſententia. Quid id vitio dat quod in
uſu eſt omniū qui latine ſcripſere? Agere grās dicimus:cur non & referre optime
dicetur? Quanq; Ciceronis auctoritas illius beluæ inſulſam dementiā cōpeſcit.

*CICE.*

Ait em̄ in ep̄la quadā ad Vatiniū. Non em̄ tu mihi habuiſti modo grās: ſed etiam
accumulatiſſime retuliſti. Ecce hic Cicero noſter/homo credo præ Laurentio in
doctus/grās referri dicit. Sed effrenata innataq; redarguendi libido eo hoiem inſa
num deducit:ut neq; quid ſcribat/neq; quid dicat recte an ſecus intelligat. Nolo in
ſiſtere in pluriū teſtiū productione: qui multi ſunt: ſed unus pro oībus eſt Cice
ro. quoniā ad alia feſtinat orō. Id ſane cōſtat & agere & referre grās rectiſſime dici
poſſe. Arguit inſuper cum ſcripſiſſem me ex Britānis rediſſe: ex Britannia opor
tuiſſe dici. Attritū eſt ab Indis/ Iſpanis/ Aphris / Germanis dici nos eſſe reuerſos.

*ex britānis*
*Affectiōis nomen.*

Affectionis nomen a me ſcriptū culpat: & ait id verbum in Tullio minime repe
riri. Quid ageret hic ſtultiſſimus aſellus ad paſtum & ignominiā natus / ſi Tullij
opera non extarent? Hic apte ſtuporem cordis oſtendit / & parum ſe habere cō
mercij cū ſcriptis Ciceronis: cum verbum ab eo totiens uſitatū ignoret. Nam cum
in manibus eſſent libri ad Herenniū/ inter legendū in quarto aīaduerti libro poſi

*CICE.*

ta eſſe verba hæc. Ad demonſtrandū quę vis ſit eius affectiōis qua impulſus ali
quid reus cōmiſiſſe dicitur. Pauloq; poſt. Ipſa diligenter natura eius affectionis q̄
leuiſſime. &c. Et deinde. Nam affectiōis quidem ratio. & reliqua. Sed multis quoq;

*Coram & apud*

in locis eo verbo Cicero utitur: quæ ſatietatis cauſa omiſi. Coram pontifice/ cum
ſcripſiſſem ſolœciſmū eſſe ait: & apud ſcribi debuiſſe. Hæc belua profecto agrum
ſtulticiæ depaſta/nihil intelligit in latinis quid differant coram & apud. Legat Li

*LIVI.*
*VERGI.*

uium qui ait. magis apud quos q̄ coram quibus loqueret̄. Etſi mentis imbecilli
tas patitur: conſideret quid hæc diſtent inter ſe verba. Coram quē queritis adſum
Vergilius ait. Sed hęc belua fanatico ſpiritu ducta/cui ſola detrahēdi facultas eſt
nota: impetu quodā veſano fertur in præceps: & præ libidine detrahendi labitur/

*Deſtinare*

ubi etiam pueri conſiſtere ſolent. Qui ad te deſtinatum legerent/ ſcripſi. Id culpat
cenſor noſter Valla/in ſtulticia ac cęcitate Vallę verſatus. & non inueniri deſtina
tum ait ꝓmiſſum. Neq; vero ego miſſum intelligi volui: ſed queadmodū Virgil.

*VER.*
*Alter*

deſtinat arę, inquit: a quo & deſtinatū deſcendit: ut decretū/addictū/adiudicatū vo
lui ſignificari. Grauis ſane correctio & vallea callumniatione digna. Alter alte
rum trudit ſcripſi ac noſter Phębi ſacerdos/alium pro altero ſcribendū dicit. Exqui
ſita profecto indagatio & ingenio valleo digna. culpet hic aſellus inſolens Cicero

*CICE.*

nem: qui in ſecūdo ad Herenniū. Alteri non erant inquit: alteros non habebat. Itē
in ep̄la ad Rufum. Alterum timori aſcribam: alterū negare te mihi non potuiſſe
arbitrabor. Itē ad Torquatū. Alteri dimicant: alteri victorem timent. Cæteros præ
terea culpet nobiles ſcriptores qui eiſdem utunt̄ verbis. Nam ſcripturā ſacrā apert
te cōtemnit: & eius traductores ſępiſſime culpat: tanq; male & nō latine locutos.
Alter alterius onera portate/inquit veritas: quę ſi verba contemnit/maximo ſcele
re ſe aſtringit. Nimirū hoc eſt ꝙ in ſuis elegantijs tanto inſudauit tempe: ut omniū

*Recolo.*
*OVIDI.*
*CICE.*

qui eſſent ſtultiſſimū ſe eſſe profiteret̄. Cum ſcripſiſſem: non recolo. id verbum nō
inueniri nouellus ſphinx protulit. At Ouidius ( neſcio an Valla doctior ) hęc tua
iam recolo quondā germana canebat. Item Cicero in ꝓemio oratoris. Intermiſſaſq;
recolendas artes ſcribit. quod verbū a recolo proficiſci neceſſe eſt. In officijs quoq;
diuinis recolimus ſcriptū legimus, ut illud eſt: ut dum eorum merita recolimus.
Multis preterea in locis reperit̄: quæ breuitatis cauſa omiſi. Sed non mirum homi
nem hereticum/oīs hoſtem religionis/pro fanū/ non reminiſci eius verbi quod

vel non audit/vel non libenter intelligit. Inſtar eorū dixi qui neq; virtutem eſſe. & De inſtar.
reliqua. Hic hallucinator ſolœciſmū dicit eſſe: & ſimilitudinē loco inſtar ſubdidit.
O impudentē ceruicem garrulatoris inſani. Inſtar mōtis equum in Vergilio legi- VERG.
mus. quod ſimilitudinē ſignificare & Seruius & Donatus/& cæteri grāmatici te-
ſtantur. Apuleius præterea eo verbo ſepius pro ſiſitudine utitur: & cæteri qui lati
ne ſcripſerūt. Sed maxime noſtrę elquētiæ parens Cicero in ſecūdo ad Herenium
ait. Saxi inſtar globoſi. Quid aliud/niſi ſimilitudinē id verbum poteſt ſignificare? CICE.
At iſte proterua ac furibunda petulantia/ hos oēs non recte intellexiſſe id ver-
bum in ſuis elegātijs affirmat. Volumen ut male a me poſitū culpat: & volumina Volumen.
aſſerit dici debuiſſe. Quid huic eiecto cadaueri facias: qui in tantę ignorantię ne-
bula verſatur? Legat tertiam accuſationem in Verrem: ubi hæc ſunt. Volumen CICE.
eius rerum geſtarū maximū ſibi oſtendit. non volumīa/ut vult inſulſus detractor:
ſed maximū volumen dixit. Qua in re haud dubito Ciceronis grauitatē plus habi
turam eſſe ponderis/ ꝙ Laurentij Vallę inſulſi hoīs leuitatem. Scripſi nouncꝙ; ve venit in mē
nit in mentem receſſus tui. At Valla ſolœciſmum dicit: aſinarius ſtulticię plenus. tem.
Quo eñ more/qua temeritate redarguit id qđ ſæpiſſime a Tullio uſurpatᷣ? Qui
in epla ad Marcum ait. Solet venire in mētem illius tempis quo proxime fuimus CICE.
una. Vbi ego potiſſime ſcripſi: ille potiſſimū poſuit. Vbi ego pmaxime/ ille ꝙ ma- Potiſſimū.
xime aſſerens per nunꝙ; ſuplatiuo cōiungi. Non legit fanatica beſtia ſecundā Ci Permaxie
ceronis orōnem de lege agraria: in qua ſcribit. ad animi mei fructū atq; lęticiam di CICE.
co eſſe permaximū. Vbi æſtimaui: ille exiſtimaui. Multaq; pręterea inepta garru- Aeſtimaui
litate grauis ignorantię pręceptor culpat. & tanꝙ grāmatici moleſti/inſulſi/ & con
tentioſi ſolent in verborū interpͣtationibus hęret. Illud vero abſurdū. cum viſitaſ-
ſem pridie abbatem/cuiuſdā epiſtolę principiū feciſſem: ille latrator ridiculus po- Pridie
ſtridie fuiſſe dicendū ſcripſit. qua in re magnam inſcitiam pręſe fert omni pudore
vacuam. Etem̄ pridie/cum tempus pͥteritum ſignificet: hoc eſt qui proxime pͥceſ-
ſit diem: poſtridie vero futurū: quomodo conueniſſe aliquem poteram die qui eſ-
ſet futurus? Perinde ac ſi dicas: cum te cras cōueniſſem. Inſana profecto huius ra-
bulæ impudentia eſt: qui libidine detrahendi tanꝙ; ventris crepitus inconſulto ni-
mium verba effert. Scripſi: urbis omniū celeberrimæ. At ille circulator diſſemina-
re verba inter pueros ſolitus/ciuitatis aſcripſit: tanꝙ; male a me eſſet poſitū urbis
nomen. Sed ꝙ; lata euagatur peruicacis hominis ſtulticia. Quis crederet hanc inſo
lentem beſtiam in tanta rerum ignorātia verſari? Non legit. Vrbs antiqua fuit. &: VERGI.
Vrbem quam dicunt Romam. Et item: Vrbem Romā ſicut ego accepi. multaq; Ciuitas.
pręterea: ubi repeitᷣ urbis/ nō ciuitatis nomen. Neq; eñ urbs & ciuitas idem ſunt: Vrbs.
cum ciuitas ſit cōuentus hominū in re & lege viuentiū. quę in ſiluis & ſine męnibꝰ
eſſe poteſt. Vrbs vero ab orbe dicta muros/portas/turres & munimenta habet.
Dicimus præterea urbem deſertam ciuibus: nō autem ciuitatē. Itaq; urbis omniū
celeberrimę/ propter ædificiorū magnificentiā ac pulchritudinē recte aſſero a me
ſcriptum: ab illo autem fanatico aſinario male me eſſe repͥhenſum. Dixi aliquādo
qͣtocius. Ille id culpat: aſſerens ꝙ;/nunꝙ; niſi cum ſuplatiuo coniungi. qua in re Quātocius
ſumma eius ignorantia depͥhenditᷣ. At id verbum ex qͣnto/& ocius eſt compoſi-
tum. Itaq; non ex ꝙ;/& tocius: quod nil ſignificat: ſed ex quātō & ocius iungitᷣ. Sed
fac ꝙ;/iunctum eſſe: nūquid non & Cicero: ꝙ; primū ad nos recurras ad arbitriū CICE.
ſcribit. & quantope/& ꝙ; prudentis/ꝙ; multi officij/ꝙ; ſingulari officio: non iungens
ꝙ; ſuplatiuo ut ſomniat Valla. Et Terentius: flens ait/reiecit ſe in eum ꝙ; familiari- TER.
ter. Et ꝙ; pulchre aduenięs principium dedit. Sed hic demens etiam Terentiū ma-
le ſcripſiſſe arguit: ut ego non moleſte debeam ferre/me talem poetam ſociū ha-
bere culpę. Hæc & ſexcentas alias ineptias in me confert ridiculas ille barbarus
imberbis: quibus nunc barbariſmi crimine/nunc malę coniunctionis/ nunc malę

ſonoritatis arguit homo inconditus/abſonus/abſurdus/incōcinnus: qui nullā ni
ſi campanarū nouerit aut tympanorū ſonitum. Et certe effrenate nimium ac pe
tulanter effertur delphicus noſter vates: tanq̄ illa ſua ſenſa omni ſenſu vacua/ ex
Apollinis Pythij ſacrario/non ex armamētario volitantis cerebelli / ac ex fanatici
dementiſq; veſano capite promere videatur. Cuius inſaniæ reſpondere ad ſingu
la quæ ſint incōcinniora prioribus ſtultiſſimū videretur. Verum ſtultus ego qui
quicq̄ penſi faciam garrulitatem/ſcurrilitatemq; eius/qui cōtinua mentis vertigi
ne agitur debacchātis ritu. Neq; eni̅ ęgre ferendū eſt: me in eorum numero aſcri
bi/quos ille egregius diſciplinarū cenſor male ſenſiſſe & ſcripſiſſe teſtat̃. quarum re
proprię dementiæ teſtis eſt copioſiſſimus. Nam ut a leuioribus ordiar: Priſcianum/
Donatū/Seruiū/Pompeiū feſtum/Nonium marcellū/ Aulum gellium/ipſum Mar
cum Varronem latinę linguæ principem in grām**a**ticis probro inſectatum: & infi
nitis fere in rebus ſua furibunda præſumptiōe innixus redarguit. Ariſtotelis/Bo
etij/ Auguſtini/Hieronymi/Lactantij inſcitiam faſtidit. Ciceroni ſe præſertim ele
gantia. Saluſtij verba ut non latine poſita īmutat. Deniq; nullus eſt aut fuit un
q̄ tumuis doctus & eloquēs/in quem inuehere inſana hæc belua non p̄ſumat:
ut qui non nouerint hunc ſatyrum fæculentū/obſtupeſcere cogantur ad tantam
verborū iactantiam atq; oſtentationē: et aliquem Apollineū fœtum ex Minerue
partu in ſibyllarū gremio ac muſarū lacte educatū/veluti nouum orbis prodigiū
puterent. Nunc quoniā ignorantis beluæ exhalantem fœtorem paulum compeſſi
mus: ſua ſi libet paulum cōſideremus: diſcutientes eos potiſſime libros/in quibus
abſq; ulla aut verborū/aut ſententiarū elegantia huius abiectiſſimę pecudis ſtul
ticia eſt vagata. Opus edidit Valla noſter / vel potius caſtrorū dementiæ vallum:

In opus elegantiarum Vallæ.

quod de elegantia/vel ignorantia potius latinæ linguæ appellauit: quod ſibi tanq̄
p̄pugnaculū & arcē conſtituit. In quam oēs ſuas copias / oīa ſua præſidia in
cluſit: quo eius ſtulticia firmior ac tutior redderet̃. Multa illud verboſitate & ſtul
ta loquacitate tanq̄ boatu quodā ingenti repleuit: ut qui librum non legerint/ex
ſtiment in eo aliquid tanta expectatione dignū contineri. Ipſe certe ita tumet: ut
terram parturire credas: ita ſe iactat/ac ſi maxima febri ęſtuaret: ita exultat/quaſi ex
Arabia nouum aduexerit fœnicem. At illud infantiſſimū opus: nō ſolū nulla ele
gantia/ſed ſumma abſurditate/ſumma impudentia/ ſumma barbarie eſt refertū.
Totus eſt ſermo de vi verborū: & diſputatiunculæ cuiuſdā pędagoguli ſtulti/aut
grāmaticuli in triuijs de queſtiunculis puerilibus atq; inanibus diſputantis: ut qui
ſtultiſſimus fieri/& linguæ latinæ omnino ignarus cupiat/libros eos memoriæ cō
mendet. At fatuus ille loquax/ut verba ſua aliquo precio ęſtiment̃/oēs priſcos
rerum ſcriptores ſibi vexandos ac lacerandos deſumpſit. Duram certe ſumpſit p
uinciam: ex qua triumphū ſtulticiæ atq; dementię reportabit. Legi nuper ridendi
cauſa/illius vacuas oīi elegantia libros: q̄ abſurdæ ſentētię/q̄ inania verba/q̄ ri
diculę opiniōes/ q̄ inſulſæ fabulæ in eis libris reperiunt̃: q̄ late illius portenti eua
gatur inſania. Sunt quædam quæ probari poſſunt: quæ expilauit ab his quos rep
hendit. Animaduerti furta: cognoui expilationē ex aliorū ſupellectili nō obſcure
factā: ut qui repetūdarū rerū hunc furem velit accuſare/manifeſtis teſtibꝫ uti poſ
ſit. Sed ut dixi: quæ ſunt toleranda ab alijs ſumpſit. ubi ſuam ſn̄iam poſuit: nō ele
gantiæ/ſed dementiæ doctrinam videt̃ effundere. Sed ut pedem propius confe
ram: ſuas facultates & copias conſideremus. Rep̄hendit q̄ recolo/ & affectionem
ſcripſerim: quorū alterū non reperiret̃: altero non eſſet Cicero noſter uſus. Vtrūq;
falſum eſſe oſtendi: & ſuę inſcitię expreſſa veſtigia monſtraui. Quid autem in illo
ſuo perlongo/inſulſo/ridiculo & tali patrono digno/primi libri non proemio/ſed
verborum & ſomniorum congerie cōtinetur: Infinitum eſſet errores oēs proſe
qui: verum paucula ſumā de multis. Leguleiū dixit. & architectandi. Nūquid

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

habet M. Tullium horum egregiorum verborum auctorem. Dixit Romanũ ibi eſ Errata Valle.
ſcubi romana lingua dominat̃. Quis hoc unq̃/modo inſolentiſſima beſtia/ locu-
tus eſt: Vbi nam legit Romanã linguam dici pro latina: ubi nam audiuit linguã
Romanã dominari: Dominant̃ homines/non lingua. Præterea lingua Romana
eſt & ea vulgaris qua ſola utunt̃ Romani: ut ſi quibus dominet̃ Romanis ubi eſt
in uſu/non alijs dominet̃. At linguã latinam dicere voluit ſtultiſſimus barbarus/
quæ nemini dominat̃/ſed in uſu eſt & in precio apud multos. Dicit inſuper ſe imi- Iactantia
taturum eſſe Camillum; ut ſicut ille urbem a Gallis captam reſtituit: ita ipſe litteras eiuſdem.
latinas exules/profugas/atq; aberrantes urbi reſtituat. O caput inſulſum. O cym
balum reſonans ſine ſenſu. Comprimat os inſanum: & iſtam ſuam fanaticam ia-
ctantiam conterat. Perſimilis eſt Valla noſter homini ridiculo: qui cum aliquãdo
ſe ex quadam turri volaturũ certo die profiteret̃/ac populus ad id ſpectaculũ cõ-
ueniſſet: homines ſuſpenſos varijs alarum oſtentationibus uſq; ad noctem deti-
nuit. Deinde om̃ibus volatum cupide expectantibus: populo culum oſtendit. Ita
Laurentius noſter/poſt multas atq; ingentes verborum pollicitationes/ poſt tan
tam expectationẽ promiſſorũ: tandem non quidem culum ut ille/ſed volantis cere
bri inſaniam/vertiginem & pergrandẽ ignorantiæ ſuppellectilem oſtendit. Sunt
multæ ſibyllę his pares/ quæ tanq̃ errabundę per deuios ſaltus ubi conſiſtent/re-
perire nequeunt: ſed opus eſt ut ad Valleam ſibyllam conferant̃/ quæ ſuis ſen-
tentijs folia & nomina mandet. Sed ne videar velle hũc hoiem falſo in inuidiam
trahere: ponam aliquos locos in quibus ſua veſania caſtrametata eſt aduerſus eos
viros quos antea nominaui. In verbo ſenior: qd' Seruius/ Varro / Plinius (ut ipſe Senior.
ait) aſſerunt comparatiuũ eſſe per diminutionẽ: Valla latini eloquij alumnus con
traſentit: ac illos aſſerit non recte eius verbi vim intellexiſſe. Priſcianum vero/Do
natum/reliquoſq; linguæ latinæ magiſtros ita corrigit: ut videatur dedita opera
ſuum opus in omniũ ſcriptorum detractionem & contumeliã cõpoſuiſſe. Macro
bium de ſaturnalibus aſſerit ſe improbare pluribus in verbis: quæ longitudinis
vitandæ cauſa omiſi. O duram ſortem temporũ/quibus ignorãtia in precio habe-
tur. O infœlices (ut ita dicam) tot viros doctiſſimos: quorũ memoria cum mille
amplius annis ſumma in veneratione omniũ gentium fuerit: cum nobis ad omne
doctrinæ genus aditũ fecerint: poſt tot ſæcula in rabulã quendã detractorẽ teme
rarium inciderint: qui nunc tandem aſſerat ſe illorum errores pateteciſſe. q̃q̃ nõ
illorum errores qui nulli ſunt: ſed ſui dementiam quæ eſt maxima/palam fecit. Se
quitur veſaniam ſuam Valla/in Saluſtium atq; Lactantiũ incurſans. Alterum cor
rigit: qui ait placidiora queq; animalia. om̃ia placidiora animalia/ſcribendum aſſe Aĩalia q̃q;.
rens. Alterum qui ſcripſit. Strẽnuus quiſq; ipſe. ut nõ recte dictum / ſtrẽnuiſſimus Strẽnuus
quiſq; emendat. His ſtatim addidit & Terentiũ: quem ut puerũ caſtigat. Nam cũ quiſq;.
ille dixiſſet ut unuquiſq; miſer eſt. hic noſter: ut quiſq; maxime miſer / rectius ait Vnuſq́ſq;
poni potuiſſe. Præterea qd' ſtulticiam ſummã redolet: non verebor inquit rephen miſer.
dere Boetiũ/Priſcianũ/& Lactantiũ. Horum Boetius cum ſcripſiſſet: noſti q̃ facili-
me. mallem dixiſſe q̃ facile ait. Priſcianus/ut docerem q̃ frequẽtiſſime: Lactantius
vero q̃ multa alia: latinius erat dicendũ Laurentius ait/q̃ frequenter & permulta.
Grãmatici auctores ait/uno ore uniuerſi / verba in ſco/ut caleſco ſignificare incho-
ationem: ideoq; inchoatiua. in ſo/ut viſo deſideratiua. in rio/ut eſurio meditatiua
appellari. In quibus omnibus ait/ab om̃ibus diſſentio. O vocem piſtrino & erga-
ſtulo dignam. Quis hanc petulantiam/temeritatem/audaciam mordaciſſimi pe-
diculi ęquo animo ferre queat: Quis non dedignetur ſapiẽtes a ſtulto/doctos ab
indocto/peritiſſimos ab ignauiſſimo/elegantes ab abſurdo/latinos a barbaro re-
prehendi: Hic ne vir inſulſiſſimus/ nulla facultate/nulla auctoritate/ nulla doctri
na præditus/omniũ qui viuant amentiſſimus: ſcribere audet ſe ab omibus grãma

ticis p̄ſertim talibus diſſentire? Quæ maiora ſigna dementię expectant? Quę ma
iores inferorũ faces/qui audientiores furiarũ ſtimuli qui mentem furibundã agi
tent/deſiderant? Hic ſi mentis eſſet cõpos: ſi non arrogans atq; improbus/ſi non
ab omĩ ratione alienus/ non adeo ſe proteruũ furentem oſtenderet: nullius preij
vecors belua: ut ſe omniũ doctorum virorum rep̄hendendorũ munus aſſumere
prę ſe ferat. Abi in malam crucem proteruum animal/cum iſta c inſulſa inaniq; ma
Nuprimũ gniloquentia. Sed Priſciano inquit eruditorũ nuprimo potiſſimũ reſpondebo. Cũ
q de latinę linguæ elegantia ſe ſcripturũ profiteat: tam inelegans eſt/tã barbarus/
tã ignarus omĩ eruditione carens & elegantia? Nup tp̄s paulo ante preteritũ ſigni
ficat: nuprimũ vero v̄bum ab eo ſolo & male cõpoſitũ: num octingentorũ ãplius
annorũ tempus ſignificare poteſt? Sed ubi nam inſa ſa belua nuperrimum homi
nem ſcriptum legit? Nunquid apud Ciceronẽ/Titum liuium/Saluſtiũ/aut Quin
tilianũ delicias ſuas id verbum per caſus declinatũ comperit? Non dico q̄ inſcite/
q̄ indocte/q̄ impudenter/q̄ falſo criminator illa ſua leuitate ſe nihil ſcire demon
ſtrat: cum talium tantorũq; virorum auctoritatem & doctrinam ſuæ inſulſiſſime
poſtpõnit opinioni. Illud potius quęro: unde/ & a quibus auctoribus hæc mon
ſtroſa verborũ portenta ſit expiſcatus? Verum quęro: Carmentis ne/aut ſibylle
alicuius ſpiritus/aut demon quiſpiam familiaris (ſicut de Socrate legimus) ſom
niantem illum erudierit? An in antro aliquo muſarũ ſit diutius ad perdiſcendam
diſciplinam ignorantiæ verſatus. An arculam aliquam teneat abſconſam reſpon
ſis phębeis plenam: aut libros cæteris ignotos ab inferis eruerit? Qui ſe adeo inſa
nire monſtrat: & nudum culum in cæterorũ obprobrium populo oſtentare. Sed
reliqua diſcutiamus. Ciceronem nouo quodam modo locutũ dixit cum ſcripſit in
animo haberẽ nauigandi/pro eo q̄ eſt nauigare. Alio in loco cum ſcripſiſſet Tul
CICE. lius. Qui autem in virtute ſummũ bonum putent/pręclari. Ille quidem Valla no
ſter: pręclare hi quidem/rectius dictum fuiſſe ait. In prima vero Philippica. Quo
niam utriuſq; conſilij cauſam P.C. probatum vobis eſſe confido: priuſq̄ de repu
blica dicere incipio M. Antonij iniuria quippe. Valla Ciceronẽ corripiens: hoc dĩ
ait ſic dicam. Priuſq̄ de republi. dicere incipio/P.C. pauca loquar de heſterna M.
Antonij iniuria: quippe probatam vobis eſſe confido cauſam utriuſq; conſilij. Ex
clamare libet more adoleſcentis illius. O tempora. O mores. O ſcelera impunita.
De hoc autem. O veſanam leuitatem. O temeritatem non ferendam. O impuden
tiam manifeſtam. Adeo ne Ciceronis fama/doctrina/eloquẽtia in extremũ diſcri
men redijt: ut neſcio quis furibundus/demens/inſanus/indoctus/petulans aude
at Ciceronis eloquentiã ſua falſa dicacitate corrigere? Quod eſſe poteſt expreſſius/
quod manifeſtius ſtulticiæ ſignum: q̄ cuipiam Ciceronis eloquentiam non place
re: q̄ audere ab eo dicta cõmutare/ tanq̄ eloquentius dici poſſint? Atqui nullus
hactenus hominũ memoria repertus eſt qui id auderet: qui id tentaret. Valla la
trator furibũdus/cõuiciator demens/rabula foraneus tandem neſcio e quo gur
guſtio emerſus/impetum facit in Ciceronem: quem omẽs aureum fuiſſe flumen
eloq̄ntię confitent. Quid monſtri hoc eſt dij boni: poſt mille & quingentos ferme
annos quibus Ciceronis nomen inuiolabile permanſit: eſſe repertum non homi
nem/ſed portentum nulla re præterq̄ impudentia preditum: qui a deo ex nectare
Apollineo/ vel aſinino potius deguſtarit: ut ſolus poſt hominũ memoriã Cicero
nem in eloquentia corrigere præſumat. Sed inſtat in eiuſdem viri rep̄henſionem.
Sępe admirari ſoleo: q̄ nunq̄ tibi grauẽ ſenectutẽ eſſe ſenſerim: in Catone ma
iore Cicero inquit. quã ſententiã Vallea ignauia rep̄hendit, ait em̄. Quid miraris
IDEM. Scipio: te nõ ſenſiſſe quod ſentire nõ poſſes? quippe qđ nunq̄ fuit. O p̄clarum Ci
ceronis correctorem. Nimis magnas profecto dijs gratias hoc ſæculum debet in
quo natus ſit omniũ doctrinarũ/omnium diſciplinarũ/omniũ facultatum auctor

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ac princeps qui lucem quandã nobis attulerit: ut aliquando veri reperiendi & re-
cte diſcendi monſtratorem & ducem habeamus. O monſtrum informe ingens/
cui mentis lumen ademptũ: quis adeo bonus eſt ſtomacho / ut non nauſeat cum
audierit eſſe rabulam quẽdam dicacem ex maledicorũ foro abreptũ/ qui Cicerõis
auctoritati ſuam pręferat vanitatem? Quis non dedignet: cũ legitur Varronis &
Saluſtij nomen: quorũ tanta doctrina/ tanta auctas fuit / ut eam citius admirari q̃
laudari queãt: ab neſcio quo veſano latratore violatum? Quis non odio dignum
putet hoiem tanta inſania repertũ/ qui ne primis quidẽ labijs latinã linguam de-
guſtarit/ oẽs pręſe cõtemnat latinæ lingue ſcriptores? Quid hoc eſt prodigij dij
boni: ut neſcio q̃ cicada & moleſtus culex auribus hoĩm ꝑſtrepens/ in qua nil præ-
ter temeritatem inſanã conſpicit: M. Tullium Ciceronem / qui ſemꝑ in eloquẽtia
tenuit principatũ: a quo velut fonte oẽs dicendi ornatum & copiam hauſerunt:
audeat velut infantem & inſciũ accuſare? Quis hoc æquo animo toleret: abiectũ
neſcio quem imundũq; ac ſtupidũ porcellum in hara ignorãtiæ/ in temeritatis do-
micilio contritũ: in principem latini eloquij vomere amentiam ſuam: neq; pudore
eum rep̃hendere/ quem oẽs priſci illi doctiſſimi viri / maximeq; Quintilian̄. ut
deum eloquẽtiæ prędicarũt ac coluerunt? Sequit̃ iter ſuæ impudentię Laurenti-
us inuehẽdo in reliquos p̃ſtantiſſimos auctores. Non em̃ dicas ut pro eodem: do
lorem tui/ & dolorem tuum. ut dixit Terentius: quod ip̃e non dicerem. Præclarus TER.
Terentij emendator. Non miror ſi ip̃e hoc nõ diceret/ qui nihil unq̃ recte dixerit.
Non miror qui nil unq̃ recte ſenſerit a Terentio diſſentire. Item nam illud apud
Terentiũ. Ecce autem alterũ/ neſcio quid de amore loquatur. aliter ſcribi debuiſſe
ait. Quem carcerẽ/ quæ flagella/ quã crucem meret̃ hic fugitiuus ſeruus materne
linguæ inſcius/ qui eum non latine ſcripſiſſe arguit/ quem oẽs propter proprie-
tatem latinæ linguæ ab ip̃o prę cęteris ſeruatam primum inter comicos aſcribãt?
Addit Lactantiũ inter eos quos velut ignaros latinæ linguæ caſtiget. Qui cũ ſcri- LACT.
pſiſſet: veniam concedi poteſt imperitis/ & qui ſapientes ſe non fateant̃. His vero
non poteſt qui ſapientiam profeſſi. &c̃. Ego dixiſſem inquit: his non poteſt: dictio
nem vero / ſuperuacaneã putans. Deinde quale eſt vitium Lactantij libro primo?
Quis em̃ mentis emotę non modo futura prædicere / ſed etiam cohęrentia loqui
poſſit: Dicendũ erat ait: ſed vel cohęrentia: aut/ vel certe/ vel ſaltem. Quis hunc bipe
dalem non rideat aſellum: qui etiã Lactantiũ corrigat? Vnde huic ſtulto tanta do-
ctrina/ tam noua dicendi ars/ tam exquiſita facultas innata eſt: ut nouum dicendi
morem alijs incognitũ introducat? Neſciuit Lactan̄. latinam linguam: & ei Lau-
rentio Valla opus fuit emendatore. Plinium his adiungit/ quem ignorantiæ no-
tet. Ait enim. Illud plinianũ in. vij. naturalis hiſtoriæ non placet mihi. Salue primus PLINI.
omniũ parens patriæ appellate. & appellatus dicendum cenſet. At ego male ſcri-
ptum putarem/ ſi ei placeret qui cloacam pro ſtomacho gerat. Macrobiũ male po MACR.
ſuiſſe ait ſcribẽtem: quarum altera pendet ex altera. alteram ex alia fuiſſe ſcriben-
dum ait. Sed in hoc ſupius ſua dementia Ciceronis teſtimonio comp̃ſſa eſt. Boetiũ
inſuper in numerũ ineruditorũ aſcribit: inquiens. In quod vitiũ incidit Boetius li-
bro primo in Ciceronis Topica. Si/ non confuſe ſolum/ verũetiam diſtributiue in BOETI.
ſuarum partium proprietate noſcat̃. dicendum erat/ ait: non ſolum non confuſe.
Varronem: A. gellium/ Priſcianũ/ Donatum/ Põpeium/ Feſtum ſub eadem igno-
rantiæ latinę lingue nota comp̃hendit. Sed cum loci ſint pene infiniti: quos faſtidij
cauſa omiſi: totum enim opus his ridiculis ſententijs refertũ eſt: pauca expreſſi/
ne modum excedat oratio. Noſtri & veſtri genitiuos plurales Seruius grãmati- SERVI.
cus ait: A. gelliũ ut poſtea patebit ſecutus. ſed hoc & Priſcianũ cum alijs in errorẽ
duxit. Et deinde. Verũ quid mirũ de Seruio: cum A. gellius & q̃dam antiquior nõ
modo nullũ exitũ in hac q̃ſtione rep̃ire poteſt. Et paulo poſt. Itaq; ſic emẽdamus

Priſcianum: qui cum de latina lingua composuit/latine proloqui neſciuit. Deinde
Priſcianus quoq; vix grāmatice locutus eſt in proemio magni operis. Præterea
PRISCIA Seruius non eſt uſus hac re eleganter. Item. Quare peccauit Priſcianus ad Iulia/
num ſcribens. Tibi ego opus deuoueo oīs eloquentiæ præſul; ut quantumcūq;
mihi Deus annuerit ſuſcepti operis gloriæ/te comite quaſi ſole quodam dilucidi
us creſcat. Quid magis abſurdum Valla inquit: q̄ ꝙ dicas tuum ſolem/eundem
appellare comitem tuum? O phrenetice: ſicut in reliquis/ita & hac ſententia Lau/
rentij non dicit ſuum ſolem/ſed comite quaſi ſole quodam lucente. Sed detrahen
A. gellius. di libido addita ſtulticia & impudentia te in præceps trahit. Reſciſcere A. gellius/
dicit rem inopinatam eſſe inſperatamq; cognoſcere. Deprecor quoq; ſuppliciū di
ci. At Valla: miror (inquit) de hoc ſolertiſſimo inuentore verborum, & ei in omni/
bus contradicit. Scripturam ſacram hic homo prophanus adeo cōtemnit: ut plura
HIERO. in ea nō recte ſcripta aſſeueret. Notaui pauca e multis. In quibus beatum Hiero
nymum ut malum interpretem culpat. Nō veni ſoluere legem/ſed adimplere. ad
ſoluendum legem dicēdum fuiſſe ait. Putatis quia veni ſoluere legem? non quia/
ſed ꝙ ponendum dixit. In conuertendo Dominus captiuitatem ſion, inauditam
locutionem dixit/& non latinam. Aſcendit in arborem ſycomorum: quia inde Ie/
ſus tranſiturus erat. pro verbo inde/illac poſuit. Si ibi fuerit filius pacis/requieſcet
ſuper eum pax veſtra. Sin autem: ad vos reuertet. Et alibi: ſi quidē fecerit fructū:
ſin aūt: ſuccides illam. quod vitioſum dictum eſſe ait/quis dubitat? Septena reti/
nacula in capitello uno. ſeptem dici oportuiſſe ait. Similiter non quinquagenos/
ſed quinquaginta. Sermonem quem audiſtis non eſt meus. maluit interpres ingꝫ
latine q̄ grāmatice loqui. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: Hieronymū
arguit: & oppugnauerūt poſuit. Præterea neſcio Hieroymus contra Iouinianū
recte dixerit. offendit Iouem ſtatorem qui libenter ſteterit: quaſi Iuppiter ſtator di
catur a ſtando/non a ſiſtendo. Nimiū oblitus eſt ait/hiſtoriæ/aut ſuper Ionam fa/
bulæ. Hic homo religioſus: ſcripta ſuper Ionam fabulam/non hiſtoriam putat.
Deinde eadem obliuio eiuſdem Hieronymi fuit: ꝙ Gallos matris deum in Osee
ait eſſe ex gente Gallorū. & reliqua. Opuſculū præterea edidit/in quo virum ſan/
ctiſſimum doctiſſimūq; reprehendit multis in locis ſacræ ſcripturæ/tanq̄ ab eo
male interptatis. O durum caput. O ceruicem ferream. O ingenium eruginoſū.
O ſtupidum cerebellum. Contra Hieronymū ne Vallea pſumptio hiſcere audet:
virum ſanctiſſimū doctiſſimūq;/oībus ſæculis/ab oībꝫ gentibus cōprobatū?
QVINT. Sed quid de ceteris loquor? Quintilianū ſuum/quem oībus ingenijs ſine cōtro/
uerſia & ipō Varrone doctiorem affirmat: nequaq̄ eximit a cōtumelia cæterorū:
neq; paſſus eſt ſuæ dicacitati licuiſſe ſic dicere inquit adeo expertem. Qui cū ſcri/
pſerit. adeo ut paulominus promptis etiam noceat ſcripſiſſe. licuiſſe ſic dicere inq;
adeo paulominus promptis etiam nocet ſcripſiſſe. Varronem/& Feſtum Pom/
POETI. peium in exponendo nomen vadis/vult aberraſſe. Boetium tum ſæpius argu/
it: tum maxime in ea diffinitione cum ait. Perſona eſt incōmutabilis naturę indiui
dua ſubſtantia. Sed huic homini Romano/oſtendam (inquit Laurentius) roma
ne loqui neſcire. Perſtat in ſua ſtulticia Vallea temeritas. Boetium arguit/ꝙ roma
ne loqui neſciuerit. Quid mirum neſciſſe linguam Boetium quam non norat? La
tine tunc homines loquebant/non romane. Siquidem romanā linguam dicimus/
qua hodie Romani utuntur procul a latina. Ita & Florentine florentini loquunt:
puſine puſini. Eodem modo & reliqui. Et paulo poſt. Nō ut Boetius voluit: qui
nos barbare loqui docuit. O rem ridendam. Boetius vir omniū doctiſſimus bar/
bare loquitur. Valla impitiſſimus cōuiciator latine Boetium loqui docet: diffinitio
nem illius arguit procax belua tantā ptinacitate: ut in hereſim ſæpius incurrat. Ne

ſcio ſtudio detrahendi/an mentis vitio in hęreſim inquã manifeſtã dilabat. Nam
aſſerere perſonam (ſicut beſtialis præſumptio ſcribit) non eſſe magis in deo/ q̃ in brutto animali/manifeſta eſt hæreſis: & igne/non verbis caſtiganda. Dicit præ-

*Hęreticum notat.*

terera perſonam ſignificare qualitatem rem omnibus inauditam. Inſuper perſo-
nam aſſeuerat eſſe qualitatem in deo: neq; ſignificare ſubſtantiam. quod hęreticũ
eſt. Item ſimili hęreſi ait triplicem qualitatem in deo eſſe. cum neq; qualitas/ neq;
quantitas/neq; quid eorum quæ vocant prædicamẽta in deo ſint: Pluribus quoq;
in locis ea ſcribit de perſona quomodo in deo ſit: ut nullus unq̃ hęreticus maiora
ac perniciosiora in fide dixerit. De qua re non eſt diſſerẽdi tempus. nam eum alibi
oportebit reddere ſui erroris rationem. Perſonabit a deo hæc auribus ſuis perſo-
na/ut perſonatus det erroris pęnam. Idem iuriſconſultos om̃es/ & legum ſcripto
res eodem loco habet quo & reliquos. Pomponiũ/Caium/Vlpianum/paulum:
ex nouis Acurſium/Bartholum/Baldum in verborum ſignificatione repræhen
dit. Neſciſſe ait eos/tum alia permulta/tum ꝙ munus differat a dono: ſeq; illis in
cognitione iuriſciuilis anteponit. Inquit enim in proęmio libri tertij: cum multa ia
ctantia: ſe omnes libros Digeſtorum legiſſe dixiſſet: poſt multorum verborũ con

*Iuriſcõſultos Valla carpit*

geriem. Quid ſi Cicero ait/ſibi homini vęhementer occupato ſtomachum moue
rint/triduo ſe iuriſcõſultum fore? Et ideo & ipſe audebo dicere: ſi iuriſperiti ſtoma
chum mihi moueant: aut etiam ſine ſtomacho me gloſas in Digeſta triennio con
ſcripturum longe męliores Acurſianis. Non paruum eſt hoc ſtulticiæ veſtigium:
cum ſibi idem quod Tullio licere preſumat. Sed miror tanti viri conſilium præpo
ſterum: qui cum ſe Acurſio in iuriſciuilis peritia anteponat: cur non potius more
optimi iuriſconſulti/exercitio quod eſt præclariſſimum/ q̃ ludi puerilis ſtudio va
cet. Ibi enim ſummus honor/ſumma dignitas/ſumma quęrendę pecunię facultas:
hic inter pueros ſumma indignitas/vilis exercitatio/ leuis doctrina/ lucri parum.
Sed credo illum iuris facultatem ſpernere: ut ſuo ingenio/ſuę doctrinæ/ ſuæ ſapi-
entiæ impares: & malle inter pueros q̃ inter viros verſari. Iuſtinianum dicit & re
liquos male ſenſiſſe: cum teſtamentum ſcripſerint eſſe quaſi mentis teſtationem.
Non fuit ei ſatis linguę latinæ Auctores/ Oratores/Hiſtoricos/ Theologos/ Iu-
riſconſultos falſis maledictis laceſſere: addidit philoſophos. Inquit enim ſuper
verbi ſuadeo expõne. Quãtum erreñt philoſophi noſtri quorum eſt Alberthus/
cum de comparatione dyalecticæ & rhetoricæ diſputant/huius verbi ſignificatio
nem neſcientes: quiſquis illos legerit intelliget. Primo Boetiũ (quem Alberthus
philoſophum latinum appellat) tum ipſum Alberthum redarguit homo accutiſ-
ſimi ingenij: qui plus ſomniando didicerit q̃ reliqui legendo. hic ſolum ſe verbo-
rum conſcium & interpretem ſomniat: cum ipſe in multis aberret. Verbum præ-
clarum/bonum quandoq; ſignificare dicit. Affert teſtem Ciceronem: quem mini
me intelligit. O præclarum cuſtodem ouium/lupum. Non claritas in cuſtode ait/
deſiderat: ſed probitas. Ergo pręclarum pro bono poſuit. O pręclaram craſſamq;
dementiã. Etiam pueris hoc patet: pręclarum per ironiam dictũ. cum contra M.
Antonium loqueretur, at id ignorantiæ magiſter in laudem dictum putat. Infini-
ta ſunt præterea quæ damnanda eſſent a doctis viris. Sed ſtultorũ (ut inquit Tul
lius) plena ſunt om̃ia. Phalerę quędam & os fręno aureo ornatum/hunc aſellum
in omnes inſultantem pręſtant. Non hercle mirum ſi hic nouus Apollo adeo ela
ta ceruice in om̃s inuehit: cum ſe aſſerat (tanta eſt inſania) ſolũ huius ſęculi docto
rem/inepte ut reliq̃. Scripſit em̃ in grãmaticis elegantias: ut qui inelegans & mu-
tus cupiat fieri has ꝑdiſcat. Edidit librũ in dyalecticis: aſſerẽs nõ eſſe dyalecticã ꝑ-
ter Laurẽtianã: qui liber nil cõtinet niſi ignorãtię eius doctrinã/ab oĩbus reproba
tus atq; exploſus: ut q ab hoĩe eius doctrinę penitus inſcio ſit ꝓfectus. In phicis

*Phõrꝫ oſo- rem notat.*

*CICE.*

neſcio quid latrauit: damnans Ariſtotelem: atq; aſſerens tria tm̃ eſſe pdicamenta:
ut qui a philoſophię habitaculo longe aberrare velit: hunc habeat itineris ducem.
Hiſtorias eſt aggreſſus: in quibus geſta principis ad omnia egregij regis Arago
num / ſtilo inſulſiſſimo denigrauit: ut non inmerito vir doctiſſimus Bartholomę
us fatius / eius innũeros etiam in grãmaticis defectus unico libro ſit complexus.
Oratoriæ artis cõmentaria meditatur: in quibus operam perdat licet / ſi quis elin
guis & abſurdus velit euadere in dicendo. Leges & iura ciuilia adeo callet: ut tri
ennio ſe Acurſium ſuperaturũ ſcribendo aſſeueret. Quid ergo mirum: ſi tot do
ctrinarũ choro / tot muſarum cœtu Valla noſter circũuallatus / ita obſeſſus ſit: ut
caſtra ſtulticiæ nequeat egredi? Quid mirum: ſi tali comitatu confiſus / om̃ibus pri
ſcis auctoribus detrahit: ut ſibi non laudem / ſed ignominiã adijciat? Principiũ pro
In proœmiũ elegantiarꝫ Vallę — emij libri elegantiarũ quinti ampulloſum eſt & vanitate plenum. Tertius (hic ait)
& prope quartus annus agitur peregrinanti ſemper & per omnia maria volitan
ti / proxima æſtate / & quidem tota militiaꝫ experto: qđ utrum honeſtiore / an ma
gis neceſſaria cauſa fecerim neſcio. At ego ſcio te neceſſitate coactum regem Ara
gonum principem clariſſimum edendi neceſſitate ſecutum fuiſſe. Quis unqua bar
barus eſt locutus: ut tertius & prope quartus ãnus agitur? quod hoc eſt ænigma?
fere / non prope dicendum fuit. Quo eſt enim modo annus quartus prope ter
tium? loco ne / an tempore? Si tempe: exprime illud qua ſit ꝑpinquitate. Sed illud
dignum Laurentij proſopopeia: tot maria emenſum Vallam fuiſſe credidi alterũ
Vlyxem / aut Aeneam ad Italiam longos poſt errores aduectũ: non Vallam / qui
nuſq; mare / niſi Neapoli vidit: neq; eſt unq; pelagus ingreſſus. Nam per maria
volitanti / quis unq; ſe per maria volitare dixit? Niſi Dędali more alis ſumptis per
tot maria volitauit. Rectius cerebrum ſuum ex plumis cõfectum dixiſſet per ma
ria volitaſſe. Militiam experto iactauit. Marium aut Hãnibalem crederes: nõ ho
minem timidum / ignauum / torpentem: qui nunq; enſem nudum conſpexit. Miror
cur de hac peregrinatione ac militia tam pręclara non confecerit cõmentaria: ad
prębendum ſcriptoribꝫ amplam materiam hoĩs deridendi. O monſtrum ſeditio
ſum / turbulentum / ad terras ultimas deportandũ: quo unq; tale portentum dijs ho
minibuſq; infeſtum eſt om̃ibus ſæculis auditum. Procreauit olim terra (ut ferunt
fabulæ) gigantes: qui magnitudine corporũ fiſi ſuperis bellum inferre conaren
tur. Multa monſtra protuliſſe Neptunũ in hominum perniciem dicunt. Scylla &
Charybdis feruntur dulichias vexaſſe rates. Et Sirenes cantu homines decepiſſe:
Serpentes inſuper immanes pluribus nocuere. At Valla non gigas corpore / ſed
cicada voce om̃ibus moleſta: non maris / ſed in mare deijciendum monſtrum: non
Scylla / ſed ſterquilinij ſella putrida: non Charybdis / ſed om̃i doctrina carens fatu
us: non ſerpens / ſed torpens / importunũ ac nepharium viris doctis bellum indixit:
ſibi palmam ſcientiarũ omniũ aſcribens. Proh bone Deus / tanta ne uteris demen
tia: ut patiaris hoſtem fidei / male de religione ſentientem / mortuis ac viuis mole
ſtum: de quo iam pręiudicium Neapoli factum ſcimus: tam diu eſſe impunitum.
Quanq; tanta ĩmanitas nequaq; ſupplicio caret. dementia enim (peſſima omniũ
malorum) afficiuntur impij & contumelioſi: ſtulticia torquent: inſania vexantur:
quæ affert om̃e recti atq; honeſti diſcrimen. Hic niſi eſſet omniũ qui viuant demẽ
tiſſimus: Ariſtotelis philoſophię / Ciceronis eloquẽtiæ / Varronis doctrinæ / princi
pum (ut cæteros omittam) latinæ linguæ ornamenta: Boetij & Alberthi doctiſſi
morum philoſophorũ auderet / niſi cum ſumma reuerentia & veneratione memi
niſſe. Hic niſi eſſet inſuauiſſimus / pſumeret redarguere tales viros & eorũ vba &
Latinitas ĩ quo ꝯſiſtat. — ſentẽtias carpe. Videte quãta ſit huius prodigij cęcitas & inſania. Latinorꝫ vborũ
ꝓprietas / vis / ſignificatio / cõſtructio nõ tantũ rõe / quantũ veterũ ſcriptorꝫ aucte
conſtant. Qua ſublata latinę linguę fundamentũ & ſuſtentaculũ pereat neceſſe eſt.

Latine em̃ loquendi uſus ſemp̃ fuit magiſter: qui ſolũ auctorum priſcorũ libris &
ſcriptis continet. Iſte veſanus cõuiciator/ſuperiorũ omniũ auctoritate ſemota/no
ua ſenſa verbis indidit: nouũ ſcribendi morem introducit: tanta p̃ſumptiõe uſus/
ut ſibi ſoli pluſq̃ reliquis oĩbus tribuat auctoritatis. Recẽſui pauca ex infinitis pe-
ne locis: in quibus illius iactatoris inſania & verboſitas temeraria / velut equus ſi-
ne freno aut rõne vagat̃: non quidem ut mihi deſumerem defendendorũ priſcorũ
virorũ munus( quippe qui etiam taciti ſe defendunt/ illorumq̃ auctoritas ſatis ex
ſeipſa munita ſit om̃i gentiũ cõſenſu/aduerſum ſtultam rabulę importuniſſimi di-
cacitatẽ) ſed ut tanta audacia/tanta impudentia ſtultiſſimæ pecudis nõ eſſet igno
ta. Non em̃ exiſtimo quempiam ita amentem eſſe futurũ: ut Vallam nedum per
ferendũ/ſed ne longiſſimo q̃dem interuallo ęquandũ putet illis quos dicit erraſſe.
Sed ut homo leuis ex his fatuis qui vulgo per urbes diſcurrentes ſe Imp̃atores
eſſe aut pontifices aſſeuerant: ſibi perſuaſit in om̃i ſcientiarũ facultate eſſe cæteris
ſup̃iorem: tantãq̃ ſibi ineſſe ſapientiã: ut om̃ibus priſcis nõ ſolum ſit comp̃andus/
ſed etiam anteponendus. Quod perinde in animo illius eſt infixum ac ſi id eſſet
veriſſimũ. Et poſtea quoniã tanta aliorũ eſt negligentia/ut hanc pleniſſimę cornu
theſauri copiã abſcõſam non cognoſcant: neceſſe eſt ut ipſemet ſuam inſaniã oſten
tet p̃dicet: & ſe grãmaticorũ/rhetorũ/philoſphorũ/cæterarũq̃ diſciplinarũ docto-
rem unicũ p̃ſentis ſæculi/& ſtultorũ principem apertiſſime profiteat̃. Nil nunc re-
ſtat: niſi ut quod ſibimet perſuaſit/& alijs quoq̃ p̃ſuadeat. Sed quoniã nõnullorũ
æmulatione maliuolorũ atq̃ inuidia factũ eſt ut tanta virtus ſit m̃l'tis ignota: nos
ut ipſam palam oĩbus faciamus/decernemus ei triumphũ & lauream coronã: ne
amplius addubitari poſſit Vallam noſtrum ſtultorũ atq̃ inſanorũ principatũ poſ
ſidere. Itaq̃ ut Florentini ſolent in feſtis ſuis aliquando curru triumphali inſanos
vehere: q̃d eſt iocundiſſimũ ſpectaculũ. Ita nos iſti triumphũ decernamus tanq̃
doctorũ omniũ victori/ob om̃s gentes ingenij acumine ſup̃atas. Currus itaq̃ erit Triũphus
non ex ebore ( nam id quidem vulgare videt̃ ) ſed ex gigantũ oſſibus cõpactus: Vallæ ridi-
ut homo ĩmanis immaniũ corporũ robore vehatur. Non tepetibus/ſed pellibus culus.
ſternet̃ hircinis/triũphantis naturã redolẽtibus. Ipſe adſtans alteraq̃ manu ſphin-
gem/ altera fœnicẽ geſtans hallucinaſti perſimilis: oculoſq̃ fanaticos hac illac cir
cumferens. Coronam geſtabit in capite ex folijs lauri/ decoctis lucanicis immix-
tis: ut aliquo ſuaui odore nauſeantis comitũ faſtidio mens feſſa reficiatur. Folijs
inſcriptum l'ris aureis erit. ſtulticiæ alumno. Elephanti currum ducent: quo beluę
ingentes ingentiorẽ trahant. Circũſtabunt in curru muſæ om̃s velut ancillę hym
nũ Apollini educatori gnati ſui dicentes: ſed voce rauca & ſubmiſſa: ut potius ge
mere ob tantam viri inſaniã q̃ canere videant̃. His aderunt proximiores cum ci
thara abſq̃ fidibus: q̃ eas mures corroſerint. Phœbuſq̃ mœſtus: q̃ arte ſua uti ne
queat in honorem triũphi. Pallas cum ſcuto & enſe: quo muſcas abigat/ne ſint va
ti ſuo moleſtæ. Minerua librũ pergrandẽ ſup̃ humeris geſtabit opibus triũphan-
tis refertũ: cuius ĩſcriptio erit. ſtulticię copia. Corui in ſponda currus voce illa ſua
perblanda nouello philoſopho alludent. Noctuę ac bubones circumaduolabũt/
carmen ſuũ ferale canentes. Pręibunt currum manibus poſt terga reuinctis om̃s
diſciplinarũ oĩm principes capite pileato : velut ab hoc nouo liberaliũ artium ar-
chitecto ſapientiæ certamine ſuperati. Ariſtoteles in primis/ Albertus magnus/
cæteriq̃ philoſophi ab hoc uno emendati. Tum M. Varro: M. Tullius: Saluſtius:
Lactantius: Grammatici omnes: hiſtorici: Poetæ: Theologi : qui ob triumphan-
tem dementiam lamententur. Poſt hos curru proximiores ſatyri fauniq̃ ſequen-
tur: Sileni ſui auribus in Pſalterio & cymbalis plaudentes. Hos inter pſallenti-
um modo permixti erunt aſini / Tibicinum loco rugitu magno ſonoroq̃ / ac eti-
am ventris crepitibus triumphantis famam & gloriam tollentes: ut & plauſu/

riſuq́ꝫ geſtire & lęta eſſe om̄ia videant̄. Centauri quoq́ꝫ aderunt vexilla deferētes:
in quibus inſcriptū erit. Stultorū regnum peruagatum. Hunc longe poſt comi
tabunt̄ liberales artes: quæ ſe ab hoc veſano non ornatas/ſed proſtitutas queren
tur. Puerorū quoq́ꝫ turba aderit balbutientiū neſcio quid ruſticum magno comi
tatu barbariſmorū ac ſolœciſmorū: quorum inueniendorū hic auctor fuerit per
maximus. Cum his Nymphę ſiluestres & maris accolę / monſtra ingentia hono
rem ſui generis homini impertient̄: agentes choreas: & thyrſos manibus more
debacchantiū ferentes. Ipſe egregius Imperator grauitate illa elephantina/qui ina
nem laudem reſpuat/manu om̄es admonebit: ut de ſuis laudibus parcius loqua
tur: remittant aliquid de cupiditate laudandi. Nam q̄uis Romanę linguæ impe
rium lōgius propagarit: q̄uis linguam latinam vagā/ac iam errantemq́ꝫ per deuia
& fere deperditā a barbariſq́ꝫ oppreſſam/ipſe ſolus ſua opera/impēſaq́ꝫ/ poſt mul
tos pelagi terreq́ꝫ labores cerebro per maria volitante urbi reſtituerit: tamen par
cius velle celebrari decantariq́ꝫ laudes ſuas. cum ipſe haud inſcius ſit: quid eſſe cō
ſerant ad beatam vitam: ſapientis animi fortiſq́ꝫ eſſe: de ſe tacere / non detrahere
alijs: laudare om̄s: non eſſe oſtentatorē: nō verboſum: nō mendacē: non iactatorē/
nō dicacē/nō ꝓteruū. Poſt hæc verba ad ſuos laudatores diſperſa/capitolio ꝓpin
quans: oībus his quos captiuos ante currū duxerit in obſcurū carcerē truſis: cum
inutilis ſe viuo illoꝝ doctrina & ſcientia ſit futura: Iouis optimi maximiq́ꝫ templū
ingredietur: pergrande bouinū caput/ſuę doctrinę teſtem/pręclarum donum ex
voto daturus. Peractiſq́ꝫ de more ſacris/cæſiſq́ꝫ boue pecude aſino/ atq́ꝫ illorū ex
tis Phœbo ſacratis: omniū corda triumphi inſignia domum ſecum ferens: inter aſi
norum cohortem ſuo oratori plaudentium ridebit. ubi deorū hominūq́ꝫ odio per
petua ignominia infamiaq́ꝫ tabeſcat. Hic erit inſignis triumphus impij Vallæ: qui
nulla ex parte triumphis Cæſaris cedet. Sed non erit his opinor cōtentus. maiora
poſtulabit. ſtatuam primū æneam/deauratam in gymnaſio academiæ / cum lau
rea corona/ atq́ꝫ inſcriptione magnifica: quæ cōtineat. Omniū artiū liberaliū archi
tecto. Tum inter diuos volet referri: cui vota fiant tanq́ꝫ ſacro vati/qui ſapientiam
expugnarit. Hic egregij hoīs cupido requieſcet: ſatis ſuo labori factum putans/
ſi viuens colatur. Verum nō cōquieſcet animus laudis auidus. Meditabit̄ grande

Anticipata excuſatio Poggij

volumen/in quo iura errata oſtenderet. Scio hæc ſibi plurimū diſplicebunt: non
tanq́ꝫ contra eum/ſed vt nō latine/non elegāter & cum barbariſmis et ſolœciſmis
deſcripta. Sed non recuſo: quin me iterū latini ſermonis inſciū dicat. Credo his qui
hæc legent: non barbare/ſed ſatis latine/ſatis facunde / ſatis aperte putabunt a me
eius ignorantiā/amentiam/inſaniam/procacitatem / temeritatē/ proteruiam eſſe
deſcriptā. Q. ſi hęc illi parū & minus bn̄ a me cōpacta videbunt̄: efferā alia in alio
dicendi genere: ut longiori forſan orōne alium decernemus triumphū: ut amplio
rem illi rep̄hendendi nos materiā prębeamus. Gloriatur inſulſa belua: ſe Bartho
lomęū fatium/& Antoniū panormitā viros doctiſſimos ſuiq́ꝫ diſſimilimos/qui in
eum ſcripſerunt/reſpondendo compeſcuiſſe. Blandiat̄ ſibi quantū libet: dūmodo
id meminerit: ſe illorū dictis & reſpſum fuligine quo in nullo lauacro poterit abo
leri. At eius purgatio ut inepta pueriliſq́ꝫ obſoleuit: aliorū accuſatio illuſtris inter
multos diffuſa/manifeſtā illius ignorantiā oſtendunt. Sed hæc ſatis in primo con
greſſu: in reliquū erimus paratiores: & ita/ut unica acie minime nos ſentiat eſſe de
feſſos. Deſcribet̄ vita: om̄is hereſis pateſiet. Opus Neapolitanū in lucem prodibit.
Dicet cauſam ſine aduocato. Oſtendet quō Boetium de trinitate/quō Auguſtinū
de fato/de diuina prouidētia belua improuida rep̄hendat. Q. ſi cæteri deſint: ego
eius nomen profitear me in iudicium delaturum.

# POGGII FLORENTINI INVECTIVA ſecunda In Laurentium Vallam.

n

Ihil unq̃ mihi optatius accidere potuiſſet/q̃ ut Lau-
rentius Valla dementiũ ac inſanorũ princeps egre-
gius/orationi meę quam contra eius ſtulticiam ſcri-
pſeram/multis voluminibus reſpõderet. Veriſſimũ
quidem teſtimoniũ ſuis ſcriptis mihi preſtitit: iuſtiſſi-
mum meritũq̃ ſuæ ſtulticiæ triumphũ a me ſibi fu-
iſſe decretũ:potiuſq̃ multa a me omiſſa eſſe/ quæ ad
decorem amplitudinẽq̃ triumphantis pro eius orna
mentis ampliſſimis pertinerent:q̃ aliquid ex affectio
ne additum:quo maior meritis honor eius deſcribe
retur. Ipſe eñ queri videtur triumphi pompam/ &
rerum apparatũ exiliorem ac tenuiorem fuiſſe de-
ſcriptũ/q̃ exigere hominis merita viderenť. Ego forſan inuidia motus ut ait/mul-
ta de triumphi ſpectaculo reticui cõſulto:ne viderer in eius laudibus nimium pro
fuſus. Parce eñ homines & modice laudandi ſunt:ne nimia & excellẽs laus in vi-
tuꝑatõem vertatur. Verum deinceps propẽſior ero in prædicandis ỽtutibꝫ eius:
qui ob aliorum atq̃ inuidiam/aut negligentiã ipſe ſolus laudes ſuas narret:ut cæte
ris de ſe mẽtiendi beneq̃ ſentiendi laborem adimat. Ita ſane agendum eſt inter in-
gratos:ut poſtq̃ cęteri tantam eloquentiã huius/tantam doctrinã/ tantam in omĩ
re ſapientiã non cognoſcunt:ipſe ſuas laudes/q̃uis id turpiſſimũ habeať: tamẽ ne-
ceſſitate coactus celebret/decantet/ſcribat: & iniquorũ auribus ſæpius refricet: ſi
quõ poſſit id qd' de ſe ſolus ſentit & alijs perſuadere. Contexuit Valla noſter ad-
uerſus me tres libros ſuæ temeritatis/iactantiæ/demẽtiæ teſtes copioſiſſimos:lon
go ſane ſermone atq̃ odioſo:inſulſos/ineptos/mẽdaces/turpes: ingeniũ/ mores/
vitam/eloquentiã reꝑſentantes. Quorꝫ primi duo in meã detractionẽ ſcribunť/&
cõſutationẽ eorũ quæ a me obijciebanť. Tertius mearũ epľarũ iudicio/ ſuos erro-
res continet & triumphũ. Hos ille inſanus cum ſcripſiſſet:digna viſa res erat inſpi
cere hominẽ hallucinantẽ/fanaticũ/erecta ceruice/ turbido vultu/ aſpectu toruo/
oculis ſtupidis:ita ut ſæpius pedem offenderet grandiori paſſu cũ quodã hypocri
ta a diſcipulorꝫ grege:qui ſuo ꝑclaro impatori catenulã facerent: incedere per ur-
bem diſcurrẽtis inſani more: quterniones huius falſæ orõnis ferentẽ in manibus:
tanq̃ qui cauſarũ libellos iudici porrigunt litigantes:oſtentantẽq̃ obuijs/ hanc ſu
am inanẽ & inconditã fabellam, & ſubinde ꝑcon̄ctantẽ: ſatis ne abunde/ ſatis ne
ſcite/ſatis ne eloquenť & cum ſum̄a prudentia mihi reſponſum putarent: minime
victum/ſuperatũ/ deiectũ/proſtratũq̃ arbitrarenť. Si qui ſtulticię ſuę aſſentieban-
tur: lętus ac ridens abibat tanq̃ iterum triũphaturus. Si qui ỽo addubitare ſe dice
rent/& conſultius cogitandũ: nil eos intelligere aſſeuerabat: & neq̃ ſuam vim in
dicendo/neq̃ argumentãdi rõnem/neq̃ eloquẽtię copiã cognoſcere. Quæ cũ mi-
hi ab amicis referrenť:ridere cogebar veſaniã tam proterui mõſtri: & ſimul lauda
re imprudentiã ſtultiſſimi rabulæ:qui abſq̃ ullo meo negocio tam aperte ſuã ipſe
in omĩ re dementiã profitereť. Q̃uis enim iure humanitatis ſimiles ſtulti citius
miſeratione q̃ irriſione cenſeanť digni:tamen neſcio quo pacto nos eiuſmodi ho-
mines ad riſum potius moueant/q̃ ad miſericordiam. Quis eñ non rideat: cum
aſpiciat quendam perſonatũ/imanem forma humana beluam/publice inſanũ/tot
ludos & iocos edentem nobis/& ea ſcribentẽ/loquentem/ſentientẽ:quibus etiam
mortuis ſi fieri poſſet riſus excitareť. Ita eſt profecto:nullus peſtilentior morbus
eſt/nullus deterior/q̃ qui non ſentitur. Quo accidit:ut animo ægri & mente capti

Valla quid in Poggiũ ſcripſerit.

medicum non quærant:neq; appetant ſanitatem. Nam cum ęgros ſe non cognoſcunt:de recuperanda valitudine non laborant. Sed ego unde primũ exordiar/reſpondere effrenatę temeritati nequiſſimi detractoris? A criminibꝰ ne/ quæ in me confert latrator omniũ qui viuant impudentiſſimus? At impuro conuiciatori reſcribere & turpe eſt/& viro bono indignum:præſertim cum inania ſint:& ab ſpurciſſimo lenone obijciant̃ temere:nulloq; teſte:nulloq; auctore prolata. An ab inani impudentiq; iactantia belue inquinatiſſimæ:quæ tumet bufonis more:& adeo ventoſa temerariaq; elatione ducitur:ut Aeoli filius eſſe credat̃? At ea tanta eſt/ tantoq; verborũ ſtrepitu diffuſa:ut non verbis eſſet/ſed fuſtibus coercẽda. An ab his quibus me velut indoctum/& latinæ lingue ignarum iurgando accuſat? At deteriore metu:cum nunc leonem/nunc Herculem ſe eſſe profiteat̃:ne cum tam valida beſtia/& cum nouello Hercule ſit decertandũ. An ab hereſi: qua Chriſtũ decoctor fidei ſpurciſſimus abnegauit? At hoc in poſtremam aciem reſeruamus. A quanam ergo re exordium ſumemus? A criminibus ſi libet:ut ꝙ primũ meritam victorię coronam reportet:atq; ita ut non vomitionẽ/ſed ſtercus ab ſe emiſſum ore immundo deglutire cogatur. De doctrina poſtmodũ agetur paucis. Tamen priuſq; eam partem attingam/pauca mihi de eius iactãtia falſaq; calumnia diſputanda.

Varietatẽ exordiẽdi argumẽtat̃

De iactãtia Vallæ.

Orditur primũ librum ſuę ſtulticię furunculus noſter verbis Ciceronis:quibus utitur in proemio de finibus bonorũ & malorũ. Credo ut adiceret auctoritatem ſuę dementiæ Ciceronis dignitate. Dicit iualeſcente quotidie operis ſui gloria/me inuidia cõmotum/obuiam ſuis præclariſſimis laudibus ire voluiſſe:more Marci Catonis:qui propter inuidiam ob res Cæſaris geſtas/iurauit ſe illum capitis accerſiturũ. Videte hoiem peruerſum/ſubdolum/in detrahendi exercitio inueteratum:etiam cum ſe a maledictis excuſat/in ea cauſa in qua ob maledicendi artem accuſat̃/nequit ſe a maledicentia abſtinere. Hoc deerat amentiæ perfidioſiſſimi portenti:ut adderet ſuis detractionibus: Marcum Catonem rerum geſtarum Cæſaris inuidia ductum illum accuſare voluiſſe. Vide quantũ maledicẽdi voluptas poſſit & cupiditas detrahendi. Marcũ Catonẽ virum ſanctiſſimũ: de cuius ſummis laudibus & omẽs prædicant/& Cicero noſter ſcripſit: Valla Catone melior in crimen inuidiæ vocat:ut aut aperte mẽtiri ſe/aut inſcitia Catonis hiſtoriã ſe neſcire fateri cogatur. A quo habes auctore demẽtiſſime rabula/ Catonem decreuiſſe:Cæſarem ob res eius geſtas propter inuidiam accuſare? Nemo ad hoc tempus hoc vitium Catoni aſcripſit præter temerariũ Vallam:tanto eſt ſtudio/alieni dignitati & laudibus derogandi. Imitatus eſt Laurentius noſter falſiſſimus/& ſuci ſtulticiæ plenus/furem quendã nobilem: qui cum ad ſuppliciũ duceret̃/etiam in via argenteam fibulam a çona pendentẽ cuidam abſcidit. In iudiciũ doctorum hominũ vocatus Valla:dum detrahendi bonis & doctis viris crimen diluere conatur:fungitur officio detractoris: & in ipſa criminis purgatione nouum crimen adnectit. Addens reliquis quos petulanti ore inſequitur & Catonem:ut ego ęgre non debeam ferre me ſocium Catonis in eo crimine aſcribi. Sed quid oro in te eſt nobilis belua:ut tibi nedum Poggius/ſed quiuis viliſſimus atq; abiectiſſimus homuncio debeat inuidere? Num genus/num virtus/num ingeniũ/ num doctrina/ num opes/num dignitas:quæ in te nulla ſunt/poſſunt quenq; vel ſtultum ad inuidiam cõmouere? Si pecudi inſulſę/abiecto cadaueri/ fanatico cõuiciatori/ſpurco aſino inuidẽdũ eſt:fateor me inuidum eſſe. Sed ut iocari incipiam. In me certe hoc vitiũ quadrare non poteſt. Nam cum inuidere/ut Ciceroni placet/animis videndo ſenſum trahat:ego autẽ ſenex parum videam:ita ut ocularibus mihi ſit opus: non poteſt hoc vitium vere aſcribi mihi. Sed fac me inuidum. Quæ inuidia habẽda eſt homini veſano:cui pudor habetur pro impudentia/furioſo/ſtulto/petulanti propter opus illud inſulſum a te adeo decantatũ; ꝙ omẽs qui aliquid ſapiunt/

M. Cato.

Ab inuidia ſe purgat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ob eius abſurditatem in latrinas ad tergendas nates iudicant eſſe abijciendũ? Tu
ſolus illud laudas / extollis/in cœlum effers:tibiq; ex eo ſterquilinio magnam glo
riam/æternã laudem comparatũ putas. At nemo tibi credit:nemo fidem præſtat:
nemo aſſentit. Perſuadeas hoc cæteris oporet qui longe a te diſſentiũt: & illud ve-
luti nauigium ſtulticię a barbaris delatum iudicant. Niſi forſan aliquis tibi par de
mentia & ſtulticia ipſum probet:cum veteri prouerbio:Pares cum paribus facile
congregent. Stultus eñ ſtulticiã alterius laudat ad tuendaz ſuam: & peccantium
multitudo cõſueuit errata defendere. Sed quid eſt dij boni in Valla noſtro valle de
mentiæ circũſcripto:ꝙ q̃uis ignauiſſimũ debeat ad inuidiam excitare? Quis eſt
qui vel tenui inuidiæ ſuſpitione proſequi poſſit ſtupidũ aſinum / inſulſum rabu-
lam/verborũ pharmacopolã/ganeonẽ immundũ/mentis inopem / detractorẽ di-
cacem:qui adeo effert ſtulticia:adeo ſe probat:& infinitis laudibus extollit: ut ſto-
machum etiam fœtidę ſentinæ cõmoueret? Non eſt/non eſt cur Valla noſter me
inuidũ appellet. Niſi forſan exiſtimet ſe parum pro ſua dignitate a me eſſe in pri-
ma oratiõe mea laudatũ. At bono ſit animo:efficiam profecto ut copioſius enar-
rem virtutes poſthac ſuas:atq; ita ut ſe bene & opulẽter a me neq; docto/ neq; co
pioſo dicendi exceptum putet. Hic viros doctiſſimos ſuiq; diſſimillimos Antoniũ
panormitã/& Bartholomeũ facium/a ſe ſupatos & proſtratos tanq; a leone glo-
riatur:ut miretur hallucinator/ me poſt illorũ ruinam auſum ſcribere contra leo-
nem:id eſt contra beluarꝫ regem. Mira profecto virtus et fortitudo/duos doctos
ab indocto/ſapientes a ſtulto/prudentes a fanatico/robuſtiſſimos ab imbecillo la
trunculo ſupatos. Digna quoq; res eſt quæ Romanorũ annalibus inſeratur. Cur
non & his addidiſti virum doctiſſimũ Porcellium:qui tot verſus in tuam ſtulticiã/
& mores reprobos ſcripſit elegãtiſſime. Credo te cum poeſi certare noluiſſe:cum
artem oratoriã profitearis. Sed quis eſt oro huius auctor victoriæ? Valla. Quis
huius rei teſtis? Valla. Quis huius tam pręclari deſcriptor ac p̄dicator belli? Solus
Valla. Ergo ignauiſſimi/mendaciſſimi Traſonis teſtimonio in propria cauſa cre-
datur:cuius ne in aliena quidẽ q̃uis viliſſima ullius ponderis aut auctoritatis ver
ba putarent. Quid vero ait Bartholomeus:quid Panormita? Vallam ſcurrã eſſe
viliſſimũ/per compita & triuia cum pueris certare de verbis ſolitum:hoĩem abie
ctum/profugum/maledicũ:cum ab ſe,ob inſcitiam latinæ linguæ / quã in illa ſua
p̄clara hiſtoria oſtenderat/acriter caſtigatus fuiſſet:vomitionẽ quandã & ventris
ſeceſſum ad ſeſe purgandũ edidiſſe:quam ipſi cõtempſerint/ & indignam putarint
cui reſpõderet. quanq; nunq; ad illos tuorũ anticatonũ noticia peruenit. Nemo eñ
ad hanc diem adeo ſtultus repertus eſt/qui in illis ſcribendis operam vellet perde
re. Tu tamen ita illos ruere feciſti ut ambo ſint penes inclytum regem in honore/
opibus/dignitate. Tu iactator inſane/ab eo reiectus/pulſus/ excluſus in tuę men
dicitatis nidore:in quo diutius iacuiſſes/niſi Pontificis humanitas ſucurriſſet. Sed
poſtq; de ſpurciſſimi ganeonis effrænata ſtolidaq; iactantia loqui cæpimus/pau-
lum in ſuæ gloriæ cõmemoratione verſemur. Libens eñ tanti viri/tam docti/tam
egregij/tam fortis in bello gloriam tracto. Primũ finxit:inualeſcẽtis operis ſui glo
riam me ad inuidiam cõmouiſſe. Ampulloſa nimiũ inſulſę pecudis iactantia: ne-
dum exteris/ſed etiam domeſticis ignota. Maxima profecto illius operis gloria
eſt in quo plures terrores q; verba continent:ut materiem grandã ſtulticiæ oĩes
qui aliquid ſapiant eſſe fateant. quod adeo nobile eſt:ut nullus ne obolo quidem
emere dignet. Leonem ſe appellat Valla noſter. Coegit aliquando neceſſitas vel
inuitum/ ut ſe beluarũ principem fateretur. Exhorrui tamẽ ad tantę beſtię nomẽ:
ſed conſpiciens illum omnino exarmatum/ſine dentibus/ſine unguibus/ debilem/
macilentũ:paulũ a timore conſtiti. Herculem ſe appellat. Id quidem cõcedo: dum
non modo adijciat furentem/ & cito igne periturũ. Sed hic noſter qui ſibi nomen

Iactantiæ Vallæ.

Herculis deſumpſit:nõ leonis Nemei/ſed aſini Neapolitani a ſe devicti pelle de
ctus incedit. Nota fabula eſt.cũ Neapoli aſelli calce de via offenſus eſſet:vecte de
manu mendici arrepta/aſinum vir fortiſſimus magna vi animi occidit/q̃uis inui
VERGI. tum. Parentẽ enim ſuũ videbat̃ occidere. Macte puer virtute:ſic itur ad aſtra. Scri
bit aſellus ſtupidus ſuæ profeſſionis ĩmemor. Nihil inuenies in meis ſcriptis arro
ganter dictum:nihil ambitioſum:nihil inſolens. Hæc Vallea verba ſunt/ſuomet
teſtimonio admodum falſa. Nihil eñ ſua arrogantia iactantius:nihil ſua ambiti
one peruerſius: nihil inſolentia poteſt ſuperbius inueniri. Tantũ ſibi arrogat hic
noſter demens:qui v̾ba ſua paſſim ſpargit inconſiderate nimiũ/ tanq̃ aſinus ven
tris crepitus:ut ſe immortalitatem aſſecutum putet. At videamus q̃ ſibi conſtet
hic fanaticus exclamator:nil ſibi arrogans/nil ſe laudans/nil ſe extollens. Mitto ꝙ
leoni ſe ęquiparat:ꝙ Herculi: ꝙ tridente Neptuni & Iouis fulminibus confoſſu
ſe nouus Neptunus & Iupiter minatur. Mitto ꝙ me de poſſeſſione ſui cœli illum
detrudere conatum ſcribit. Quo in loco ſi quęrerem quod appellat ſuum cęlum.
niſi mentulam/quam publice tenet:ſuper quam incubat:cœlum/id eſt regem ſu
am appellet/ipſe dicere non poſſit. Mitto quod ais: Cicero abs te cum me vitupe
vituperat̃. Magna Ciceronis Vallea cõſuetudo & cognatio intima:ut alter in al
terius vituperatione comprehendat̃. Illa miror magis/in qua tua inſolens iactantia
depræhendit̃:ais alio in loco. Libet mihi gratulari nõnihil labori/ſtudio/ingenio/
operi meo. Nulla in his v̾bis iactantia continet̃. Sane ſibimet ſolus:poſtq̃ ab aliis
ea cura abeſt. Quid eſt belua/in quo præter ignorantiam/ſtulticiam/demẽtiam/
& vitæ probra gratulari queas? Potius eſſet certe tuæ inſanię miſerandũ. Illa vero
iactantia palinaris. Nam cum de Hieronymi ab eo ſtultiſſime reprehenſi transla
tione dixiſſem. Inter cætera quæ boator inſanus loquit̃/hęc addidit. Niſi ꝙ melius
q̃ prior interpres tranſfero:ut mea tranſlatio ſit ſancta ſcriptura appellãda. Quid
o ſordida beſtia ab homine prophano/perfido/hęretico ſanctum prodire poteſt?
At non potius obſcœnum/turpe/pernicioſum. Bibliam credo tranſtulit hic barba
rus furioſus:& non in verbulis quibuſdã more grãmaticorũ tanq̃ in ſcopo hæſit/
& oẽs interpretes accuſans. Nouus hic doctor gentium & alter in ſcriptura ſa
cra Origines alio in loco ait. Vt meo ſęculo poſteritatiq̃ ꝓdeſſem: prout certe q̃n
tum ſpero prodero. Si ſtulticia/amẽtia/pertinacia prodeſſent:plus certe linguæ la
tinæ & mortalibus oĩbus/q̃ Cicero/Marcus Varro/cęteriq̃ p̄ſtantes eloquẽtia
& doctrina viri profuiſſes. Adiicis inſuper inſanus caper ſolitæ iactantię. Quippe
qui de Priſciani tanq̃ de Herculis manu clauam eripit/ fortis homo nimium: qui
mortuum in pugna ſuperat:& de manu eius eripit ignorantiæ clauam. Cum di
xiſſem: Vallam cõmunẽ doctorum omniũ eſſe hoſtem:videte qua iactantia/qua
Iactantia Vallę alia. temeritate/qua impudentia reſpondeat. Docti illi q̄dem aut peritiſſimi/elegãtes/
latini:& ſi vis etiam ſapientes:verum ego doctior:peritior:elegantior:& ſi verum
dixiſti de illis/etiam ſapientior. Neq̃ id ſolum ratione quam mox ſubiiciam con
ſtat:ſed etiam multorũ hominũ teſtimonio. Leonardi/Guarini/Auriſpę aliorũq̃
plurimorũ:qui de mei operis laude ſcripſerunt. Quid ad hanc Traſoniam iactan
tiam/effrænatamq̃ dementiam addi poteſt? Nonne pudet inſana belua/ſcribere
te doctiorẽ:peritiorem:elegantiorẽ:ſapientiorẽ illis priſcis viris doctiſſimis: quem
ne in cocum quidem habere voluiſſent virum ſtultiſſimũ & ignauiſſimũ omnium
qui viuant? Sed quãdo te oro: quomodo/quo tempore iſti opus tuum inſulſum
& ridiculum laudarũt:qui aut nunq̃ illud viderint/aut certe non legerint? Leonar
dus quippe Aretinus/quo cum mihi quinq̃ginta ferme annis ſingularis fuit ami
citia:quiq̃ mecum ſua oĩa cõmunicauit:nedum te non laudauit/ſed ſemp ingen
tem beſtiam (ut ſuis utar verbis) & furibundũ animal exiſtimauit. Neq̃ etiam
alij quos nominas aliquid in te/præter fanaticam inſaniam laudarunt. Verum ſi

quas tibi laudes habes: affer teſtimoniũ ipſorum. Nam tibi iactatori inſano mini-
me homines credunt. Nemo eſt ſanę mentis/qui tantũ inanis glorię appetitum in
quoq; eſſe crederet: ut ſe amplius iactaret: ut ſupioribus quæ in ſe veſana belua
congerit/laudibus aliquid addi poſſe exiſtimaret. Verum ſi hoc quod ſequitur ad
uertat: Vallam noſtrũ non hominẽ/ſed quoddam oĩ ratione vacuum eſſe & in-
ſanum portentum e terra genitum putet: multoq; immanius q̃ gigantes illos qui
Dijs bellum indixere. Ait enim: ut tandem laudes ſuas aliqua præclara ſententia — Alia Vallę
conſuĩaret. Qua de re tam multa ego/tamq; egregia tradidi ex ſummis aucto- — iactantia.
ribus obſeruata: ut putem me ſatis ad æternitatem gloriæ/vel ob id capitulũ com
paraſſe: & poſſe inter pręſtantes enumerari ſcriptores: quem illi quoq; quos rep-
hendi ſi reuiuiſcerent admirarentur. His verbis teſtis ſibiipſi eſt Valla: nihil arro-
ganter/nihil ambitioſe a ſe dictum: nihil quod Traſonem illum terentianũ redole
at & militem glorioſum. O volatile cerebellum. O caput lardo & fumo refertum
O craſſa ceruix: tu unico capitulo iactator inſane/æternam tibi glĩam comparaſti.
Tu inter pręſtantes ſcriptores enumerandus: qui ne mulionibus quidem ęquipa
randus eſſes. Id ſolum a te eſt prolatum veriſſime. illos quos reprehendis admira
turos ſi reuiuiſcerent: tantam in te eſſe dementiã/tantam inſaniam/ tantamq; iacta
bundam proteruitatem: ut tibi vendicare audeas quod in ipo Cicerone vitio da
tum eſſet. Elapſum eſt fere e manibus ob negligentiam oſtentationis genus inau
ditum & admodũm prædicandũ. Ait enim in ſecundi fine libri homo minime ia
ctabundus/minime arrogans/minime ambitioſus noſter Valla. O igitur opus — Alia item.
præclarum. O libros omniũ lectione dignos. O aurea Laurentij præcepta. Ride-
re profecto ſum coactus ad temerariam huius fatui de ſe prædicationem. Si au-
rea huius fatui pręcepta ſunt cenſenda: quod metalli genus Ariſtotelis/Platonis/
Ciceronis/Senecæ/cæterorũq; priſcorum pręceptis attribuemus? Plumbum ut
opinor. Sed hæc dementer ut reliqua. Profecto ut vulgo aiunt: malos habes vici-
nos: qui ob inuidiam ut puto ipi obmuteſcunt in tua cõmendatione. Te ſinunt tan
tum inanis ac ſtulti laboris in te laudando cõſumere: efficiuntq; in ſua taciturnita-
te ut teipm laudare & magnificare coneris. Sed quid eſt oro Traſo noſter inſane:
in quo præter ſtulticiam notam oĩbus/miſeram vitam/demẽtes mores/infamiã
deteſtandam/doctorum omniũ odio gloriari queas? Nullum ad hanc diem audi
ui qui te non ſtultiſſimum/dementiſſimũ/ & dignum ergaſtulo & compedibus iu
dicaret. oĩes rident: ſubſannant: os & oculos intorquent: cum a te tam ſtultam cu
ram ſuſcipi vident in tuis laudibus prædicandis. quæ non minus moleſtę ſunt au-
dientium auribus/q̃ gannitus ſuis: aut ferrę ſtridor. Miror cur non addideris ad ia
ctantiæ tuę cumulum: te Titum Liuium (ut in te gloriari ſoles) emendaſſe: ut
alij rectius ſentiunt corrupiſſe. Eſſet longior futura oratio ſi omnes locos recenſe
re velim: in quibus illum hiſtoriæ parentem emẽdare volens/ſacrilega manu ve-
rum ſenſum peruertiſti. Nam q sanctiſſimũ virum Pontificem noſtrum bene de — Iactantia
te & ſentire & loqui iactanter ſcribis: Tua iſtec/non illius eſt pręedicatio: longe ab — alia.
hac ſententia alienus eſt animus ſuus. Ego enim qui cum eo ſæpius aliquanto q̃
tu loquor: melius q̃ tu noui quid ipe de te loquat & ſentiat. Es profecto ſibi cha-
rus non minus q̃ Traſonem illum terentianũ ſuo regi acceptum legimus. Te ſæ-
pius accerſit ſc;: tecum loquitur: tecum cõmunicat conſilium: te charum habet: te
doctum/prudentem/modeſtum/magni conſilij virum ſecum eſſe continuo vult:
ut tu iam ſolus apud Pontificem regnes. Nam q ab ipo te legendi exercitio num-
mis officio donatum oſtentas: & in multis alijs Princeps noſter beneficus & libe-
ralis fuit: ſed in te ſolo oleum & operam perdidit. Similia doctis pariter & indoctis
cõtulit: Deum imitatus: qui ſuper iuſtos & iniuſtos facit pluere & oriri ſolem. Sed
recenſe cauſam quæſo cur Pontifex in te benignus fuit: cum tanq̃ alter Achime-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VERGI. nides, Vergilianus ignoti noua forma viri Poliphemũ fugiens: ex illis Neapolita
nis ſcopliſ ad quas naufragiũ feceras/eiectus/nudus/inops/ſqualidus/ horridioſ
bus capillis ut famem præ ſe ferre viderent ad nos veniſſes. Mouerunt interceſſo
res quidam Pontificis animũ/ad tui nondum cogniti ( diutius eñ abfueras ) miſe
ricordiam. Itaq; primũ legendi exercitũ dedit: in quo quantũ profeceris / teſtantur
auditores tui: quos oẽs ſtultiores multo q̃ acceſſerant reddidiſti. Cum dedit offi
cium/ſed Vallæ nondum noto: non tua amentia cognita: non perſpecta ſcurrilita
te. humilis eñ egens/pulſus/eiectus a rege inclyto Romam veneras: ita ſubmiſ
ſus ut ſtipem petere videreris. Ita non tibi/ſed egeſtati/inopię/mendicitati ſubue
nit. Nam legendi publice exercitium plurimi habent: ut nulla palma tibi ex eo de
beatur. Sed in nullo alio opera periit & impenſa: niſi in te ſolo: qui iam quinquen
nium in ſolius Quintiliani inepta lectione verſaris: quem ſolum laudas in arteci
cendi. Ciceronem vero deſpicis ignorantiæ culpa. Ac ſi hæc pontifex hodie datu
rus eſſet: mihi crede/algeres pediculorũ & pulicũ eſca. Quoniã de doctrinę teme
raria iactantia quædam intulimus: attingamus ſi placet eodem in genere bellica
res/& imperatoris noſtri virtutes: in qbus ſuas expeditiones/prelia/errores/abſq;
Heroicum irridet. ulla oſtentatione narrauit. Equidem ridere coactus ſum: cum peregrinatiões ma
ritimas/cum naualia certamina/cum exercitus pugnam / caſtra ab illo ignauo le
pore ad umbram pauitante deſcripta legi. Subiit memoria egregii belli quod in
ter mures & ranas ab Homero deſcribit: in quo hæc noſtra loquax & moleſta ra
na magnifica ediſſet opera: palmãq; victorię ſuis cõmilitonibus tribuiſſet. Glo
riatur Valla in acie ſe fuiſſe. Saltem addidiſſet/armatum. ne videretur veluti mu
liercula nudus/more priſcorum Gallorum in tanto prelio dimicaſſe. Dicit ſe locũ
fuiſſe tutatum. Miror cur non ſcripſit ut totam comœdiam abſolueret: ſe aut vul
nera aduerſa pectore excepiſſe : aut donatum corona laurea : aut Imperatorem
appellatum. Hoc enim deerat ad tantę laudis cõſummationem. Sed quis fuit o
te/locus iſte quem tam virili aĩo tutatus es: tam fortiter: tam diligenter? Scortorũ
proculdubio ac lixarum/ calonũ acies tibi præclariſſima demandata extitit: in qua
locum coquinæ primum / penuq; tibi creditum audimus : quæ tanta cura/tanta
prudentia/tantis viribus defendiſti: ut ob egregiam domi militięq; partam glori
am/rex tibi coronam ex hedera quam cauponulis affigeres/ inſignem clari ducis
triumphum ſua in te munificentia donauit. Quid ego nunc de maritimis peregri
nationibus loquar? cum ipſemet adeo ſplendide illas enarret: ut Homerum po
tes Vlyxis errores deſcribentem. Sed unum Valla noſter in ſuis maris pelagiq;
exhauſtis erroribꝫ omiſit. Nã & Circea littora ſcribere ſe preteruectũ: ubi accepto
poculo in leonem feram beluam/hoc eſt in inſaniam ſit immutatus. Profecto di
gna ſunt hæc Vallæ noſtri bello & erroribꝫ geſta/quæ gentilium hiſtoriis addan
tur. Verum in ſumma ſcriptorum inopia ipſe ſuam hiſtoriam contexuit: licet lega
tur ab omnibus preclarum opus & elegantiis comparandũ/tanq; Carmentis aut
Sibyllæ reſponſa. Omitto ſexcenta loca : in quibus ſtultiſſima illa atq; abiectiſſi
ma pecus innata iactantia effertur: cum nulla vel minima pars ſit dicacis hiſtrionis
inanis gloriæ vacua: adeo ut vel maximũ volumen eſſet conficiendũ/ ſi quis in ill
us enarrãda ſtulticia ſigillatim immorari velit. Et de iactantia hactenus. Nunc ad
ſua crimĩa vel potius detrahẽdi ſtudiũ quo fanaticus ille ducit̃ transeamus. Quã
q̃ vero non ſunt illa crimina nullo auctore/nullo teſte/nullo argumento prolata:
ſed probra dementis rabulæ/maledici detractoris / conuiciatoris inquinatiſſimi:
quæ refellere aut diluere cum nulla ſint / nequaq; in animo eſt. Satis anteacta &
præſens vita quis fuerim/aut ſim oſtendit. Satis ſum domi foriſq; notus. Satis mei
nominis fama percrebuit: ut neq; Vallæ laudibus augeri queat: nec minui detra
ctione. Verum ſi alterum eligendum eſſet ; malim ab illo vituperari / q̃ ſuis affici

laudibus. Quod ẽm laudis genus proficiſci poteſt ab homine veſano/perditiſſi-
mę vitę/morum profligatiſſimorũ? Pauca tamen mihi reſpondenda ſunt: atq; ita
ut in eis preſidijs omiſſis verſer in caſtris ſuis:in quibus non ut leo/non ut Hercu-
les/nõ ut Neptunus aut Iuppiter pugnabo:ſed ut puſillus homo mediocri robo-
re/paruo cum ingenio/humili copia dicendi. Nam hæc illa õmia Vallę doctrinę/
oratorię facultati/ingenij acumini relinquo. Obijcit mihi tarditatem ingenij/dicẽdi — Tarditatẽ
inopiam noſter Valla. Valla inquam noſter tardum me/indoctum/ infantem di- — ſuã excuſat
cendo affirmat: octo menſes occupatum in priori oratione fuiſſe ſcribit. Fateor me
imparem copijs Valleis. Fateor me tardum & hebetem in ſcribẽdo: ſed dabo ope-
ram ni fallor/ut ... ſartiam hanc temporis iacturam. Vallam tamen noſtrum non
recte inſpirauit mater Sibylla: ut ſicut in cæteris / ita in hoc mentiri cogeret. Nam
cum menſe Octobris e balneis reuertiſſem: circiter Kalendas Decembris librum
Epiſtolarum vidi: in quo emendatoris noſtri reprehenſiones continebãt. Menſe
Februario orõnem edidi: quam citius abſoluiſſem/niſi & publica et priuata nego-
cia obſtetiſſent. Sed hoc leue damnum & quod leuiter ſit ferendũ. Nihil ſcripſi in
prima oratione de vita & moribus tuis inquinatiſſimis cadauer fętidum. Non ꝙ
crimina mihi certa deeſſent: non ꝙ tua flagitia uberem atq; amplam ſcribendi ma-
teriam non ſuppeditaſſent: ſed primum ut parcerem pudori meo: tum vero ut illa
in ſecundã aciem reſeruarem. Sciebam ẽm te cum crimĩa defutura eſſent/ad pro-
bra & iurgia euaſurum: neq; remiſſurũ te detrahendi & maledicendi artem / quã
ab infantia didiciſti. Qua in re ago tibi gratias: & quidem ingentes: ꝙ ea ad quæ
non libenter deſcendo/inuitum recenſere compuliſti: coegiſtiq; me neceſſario re-
miniſci eorum quæ antea fueram mea ſponte oblitus. Peto autem veniam a lecto-
ribus: ut ſi quid obſcœnum aut turpe de hoc infami cadauere retulerim: nõ mihi/
ſed neceſſitati aſcribant: quæ me impellit ad refellendũ crimina quibus me inſana
belua laceſſiuit. Ego te Valla inſaniſſime in prima mea actione ſtulticiæ/demen-
tię/ignorantię accuſaui: decreui tibi triumphũ inſignem ſatis: non quantũ merita
tua efflagitãt/ſed quantũ puſilli & indocti ut vis hominis facultas tulit. At tu bu-
bulce inquinatiſſime tanq; meretrices ad inuicem iurgantes ſolent/ad vitæ crimi-
na confugiſti: in quibus petulãter es nimiũ debacchatus. Sed niſi os tuũ eius ſpur-
cicia refricauero: non recuſo quin ſuperior ſis in hac maledicendi libertate. Vt ve-
ro a leuioribus ordiamur: me in multos ſcripſiſſe accuſat: ineptamq; fabulam in-
troducit. Vt autem omñes oratoriæ artis vires complecti videaẽ: neue incaſſum tot
annos dediſcendi ꝑcepta tradiderit: Iannotio Naneto florentino viro clariſſimo ac-
cuſatoris/increpatoriſq; partes tribuit. Facis haud paruifaciendi iniuriam illo viro
doctiſſimo: qui eius nomen/eius famã/eius laudem tua turpitudine coinquines.
Quid ẽm opus fuit/cum turpe in rep̄hendendis omĩbus viris doctis verſatus/ſa-
tis eruditus/ſatis ſuper ſatis petulãs exiſtas/alteri tuæ partis laudes tribuere? Sed
quid dicit Iannotius? Me in Franciſcum Valatem/in Philelphum/ in Guarinum/
in Thomam Reatinũ/multoſq; alios ſcripſiſſe. Miror cur non & te ſextum inter — Mendacĩo
illos annumeraſti: in quo ſaltem non eſſes mentitus. Peſſime agis orator ſceleſte/ — notat.
qui amicũ ut putas tuũ tam aperte mentientem & falſa dicentem introducas. Nõ
fert illius dignignitas atq; auctoritas: ut a tua natura barbara mendacio damneẽ.
Mentiaris quantũ libet ſolus: tu qui totus ex mendacio es confectus: cui gloria eſt
mentiri: cui veritas odio habeẽ. Quid illi ornatiſſimo viro hanc infers contumeliã:
ut eum inſimules ea loqui/quæ potius fanaticam tuam demẽtiam tangunt? Cur
eum mendacem facis? cur obiurgatorem? quod longe abeſt a moribus ſuis. Cur
ſimilem tui? An verebaris tute illa ſub tua ſolida & dicaci perſona exprimere?
At nullum timuit Hercules: cuius tu fortitudinẽ imitatus/ais in principio tui egre-

gij contra me operis:te non vereri palam aggredi. Si aggredi velles:quo in loco ti
bi aſſentiar? cum nouerim tuam imperatoriã fortitudinẽ. Non eñ miraculi loco
eſſet/te ſenem aggredi potuiſſe:qui aggredi ſolitus etiam ſis adoleſcentiores. Sed
ut ad Iannotium redeam. Indignã illi viro contumeliam excitas: quem ad ea lo
quentem introducis quæ ſunt ab eius humanitate & prudẽtia longe remota. Nõ
eñ imitando ſtulticiam atq; inſaniam Valleam iurgijs & turpi vitio refertam/ ipſe
voluiſſet haberi inſaniſſimus. Sed traxit te ars & doctrina dicẽdi:ut videreris ora
toriam facultatem te domi in arcula incluſam tenere:cuius eſt aliquando alios lo
quentes facere. Sed eſto. ego Iannotiũ minime cõſului. tu qui morũ cenſor & elo
quentiæ es magiſter:quẽ tibi in conſilium in fabricanda illa in[illegible] & furioſa loq
citate adhibuiſti? Virum credo aliquem grauem/prudent[illegible] probum/ maturũ.

Irriſio pulchra. Muliercula illa fuit quam tecum domi habes:quę tibi mentem atq; animũ ſubmi
niſtrauit. Nam ut audita orõne mea domum Valla redijt:exanimatus/ gemens/
exanguis:ut vix ſibi genua conſtarent iuxta lectum in cubiculo tacitus aſſedit:&
capite ad lecticam reflexo/manibus ad genua demiſſis/ſtupidus ſine voce/ ſuſpi
ria ab imo trahens pectore diutius permanſit. Accurrit interim mulier: & hoiem
ſemiuiuũ conſpiciens/peioraq; ſuſpicans:quęrit quidnam rei tantũ torporem exci
taſſet? Ille vix leui voce emiſſa/Poggius ille inquit. Ille inquit Poggius homo ne
pharius & ſceleſtus contra me ſcripſit : mihiq; decreuit ſtultorũ triumphũ. Illa ad
hæc verba paululum ſubridens/hominẽ hortata:apprehenſaq; manu/ facilis hæc
inquit erit iactura:quin tu homo verborum copioſiſſimus:in detrahendo exper
tus:qui Rhetoricam doces:qui Panormitam & Fatium/ut tute mihi narrare ſoli
tus es/proſtratos ſuperaſti. Qui arietem ferocem cornibus apphenſum Neapo
li ſingulari certamine deuiciſti:Qui in regis exercitu/& tot in prælijs affuiſti: nõne
& hunc malum vetulum ſuperabis? Animũ ſume/ & te virum oſtenta. Scribe tu
quoq; in illum:nec cures vera an falſa crimina opponas. Finge ut libet: & maledi
ctis illum laceſſe. Qui eñ a te obiecta legent/neſcient te eſſe mentitum. forſan ve
ra eſſe iudicabunt. Recreatus nõnihil egregij hortatoris verbis noſter lepuſculus
galeatus/cæpit reſpirare:& ſui cõmilitonis hortatu vires ſumere adeo ingentiſſi
mas:ut ex viliſſimo lixa leo ſubito veniens/& alter furens Hercules ſit effectus.
Itaq; ſtatim abſq; tubę ſonitu/in aciem & certamen deſcendit: fretus ſagittis quas
Hercules ei veneno tinctas reliquit. Sed ut ad Iannotij vitia a te cõficta reuertar:

Iannotiũ iniurijs afficiñ. cur virum prudentiſſimũ facis impudentem? cur veridicum effingis mendaciſſi
mum? cur prudẽtem ſtultum? Quid enim ſtultius q̃ alterum obiurgare ob rem
quæ nunq; fuit. Ipſe potius pro ſua ſapientia te accuſaret acriter; qui illi partes tri
bueris mendacis ac fraudulenti. Ipſe in te verſus vanitatem tuam accuſabit:& ut
præſumptuoſum/amentem/ temerarium/furibundum redarguet:præditum im
pudentia ſingulari admonebit:ut parcius tua ſolita iactantia utaris. Suadebit ut
tua probra recognoſcas ante oculos poſita:ut rarius falſa in alium cõminiſcaris.
Diceret ſe Neapoli multa de tua inſigni dementia flagitijſq; audiſſe: quæ prolata
tibi ruborem excuterent/q̃uis ſis pallidiſſimus. Admoneret ſtultorum eſſe aliena
vitia meminiſſe: ſuorũ obliuiſci. Hortaretur ut maledicam naturam reprimeres:
linguam veneficam compeſceres:taciturnitatem & ſilentium Pythagoricum ſer
uares:ut aliquem locum relinqueres alijs te laudandi:ne te tam inani labore im
plicares. Diceret/veriſſimeq; diceret:cum Auriſpa viro doctiſſimo/ nullam mihi
unq; vel minimã verborum fuiſſe diſſenſionem. cum Guarino & Franciſco valla
te ſtudiorum & doctrinæ diſceptationem fuiſſe honeſtiſſimam:ut ſaluo iure ami

Philelpho recõciliatuſ. ciciæ/ſuam quiſq; ſententiã tueretur. De Philelpho nil tibi impudico aſino reſpon
dendum:qui ignem iam extinctum coneris excitare. Amici enim tuendi gratia:

in cuius cauſa honeſtius eſt laborem ſumere/ q̃ in noſtra nonnulla ſcripſiſſe me:
& illum contra reſcripſiſſe: poſtea nos rediſſe in gratiam. ut præteritorum obliuiſ-
ci equius ſit/ & bono viro dignius q̃ meminiſſe. De Thoma mentitum te eſſe: ac
cuſabit me priori loco dixiſſe. Ipſe enim ſi roges fatebitur: primum me ſuis laceſ-
ſiſſe maledictis: me poſteriorem in reſpõdendo fuiſſe. Aſſuet te primum omniũ
qui vitant falſa crimina fingere. Detrahendi ſcientiam obliuiſcaris. Citius enim
quem tibi vitam eripere poſſe/ q̃ licentiam detractandi. Hæc Iannotij ſapientiam
decent. Hæc eius vera ſententia futura eſt. Sed quid mirum fanatice Apollo: ſi in
aliquos ſum inuectus ad meam defenſionem? Nonne eſt hoc uſitatum? nõne iu-
re homini co... um? Scripſit Cæſar nulla contumelia accepta/ ſed laudibus Ci
ceronis permotus contra Marcum Catonem perfectiſſimum/ doctiſſimũ ac ſan-
ctiſſimum conſenſu omniũ virum. In quem tu quoq; latrans conijcis inuidie cri-
men. Scripſit Cicero in Piſonem: in Marcum Craſſum: in Marcũ Antoniũ: in Cati
linam: in conſulatus competitores. Scripſit beatus Hieronymus in ſuos detracto-
res: multiq; alij id egerunt egregij doctrina viri. Fuit enim ſemper ſui defendendi
ratio honeſtiſſima. Itaq; fateor me quoq; iuſta cauſa commotum ſcripſiſſe in ali-
quos: & in te præſertim rabulam nequiſſimam: a quo fueram nullam meam ob
culpam prouocatus. Sed extant quoq; laudationes meę permultę. Scripſi in lau-
dem legum & medicinę paucis verbis oratiunculas duas. Diſputaui inſuper de il-
larum præſtantiã: quod tu reprehendẽdi ſtudio notus/ tua inani loquacitate accu
ſas. Tu vero laniſta perfide/ qui ſemper viuorum ac mortuorum famam læſiſti:
qui ſemper es in obloquendi officina verſatus: qui ſemper viris doctiſſimis detra
xiſti: dic oro: & quem unq; præter teipſum laudaris? quem vel parum pręter unicũ
Quintilianũ cõmendaſti? Nimirum illud eſt quod Iuuenalis ait. Furem accuſat IVVE.
Verres: homicida Milonem. Nam qui totus conſtat ex detractorũ/ ſcurrarũ/ cõui
ciatorũ/ maledicorũ grege: qui cõmunis eſt omniũ criminator/ nullius laudator:
me culpat in aliquos ſcripſiſſe. Hæc ex arte oratoria ſcite nimium deprompſit: ut
tranſlatione criminis uteretur. Sed hæc leuiora. Me vinoſiorem Marco Antonio te
mulentũq; appellat: & inebriari ſolitum vino rubeo dicit. Saltem albũ diceret: ut
aliquã dignitatẽ adijceret ebrietati. Cur nõ potius hic noſter maledictorũ auceps:
vinum Cretenſe/ Corſicũ/ Genuenſe/ aut Trebianũ noſtrũ/ in quib9 eſt aliqua bi-
bendi ſuauitas & voluptas protulit: ut ei fides aliqua adhiberet? Vinũ rubeum di
cit: quo vix ruſtici traheret ſolet ebrietatẽ. Sed tu nõ ſatis bene diuinaſti fanatice hal-
lucinator. Album enĩ/ non rubeum vinum ſumpſi. Et quidem copioſius ſolito ſcri
pſi aduerſus maledicam veſaniam tuam. ut ſicut Ennius nunq; niſi potus proſili- ENNIVS
uit ad arma dicenda: Ita ego ut uberius in tuis laudibus verſarer/ perpotaui opti
me: ſciens fęcundos calices ſolere reddere hominem diſertiorem. Et nũc quoq;/ ne
ſemper mendax exiſtimeris/ vino rubeo fruor: ut luculẽtius eloquar egregias lau
des tuas: ut vinum ſi quid forſan te dignum laberetur/ tuarũ virtutũ memoriã ſub
miniſtret. Sed de te inquies viro ſobrio atq; auſtero. Meminiſti ne ebrietatis pa- Ebrietatẽ
tronus/ bibendi laudator/ vini defenſor: cum te olim vir clariſſimus Antonius Pa- obijcit.
normita ante veſtrum diſcidiũ ad cœnam una cum doctoribus quibuſdã inuitaſ-
ſet: te laudando vehementius/ & virtutes tuas colendo: ac ſubinde ad ſingulas lau
des vinum tibi non nigrum/ ſed græcum ſubminiſtrando: cum id more græco fie
ri diceres: ad tantã produxiſſe ebrietatem: ut primo veluti ſimia multos ludos io-
coſq; ederes. Deinde ut leo inſurgeres fortior. Tandem ut porcus dormitans/ te in
triclinio proſterneres reſupinũ. Superueniente nocte cum nulla pars corporis ſuũ
officium faceret: quippe oĩa vino demerſa erãt: neq; ad ſolitum tugurium ebri
us/ dormiens/ ſtertens reuerti poſſes: qdam ridendi gratia te ſuper aſellum forte

obuiũ vatem nr̃m Apollinẽ impoſuerũt. Et cũ neq; ſedere prę ſopore/ neq; te eri-
gere ob membrorum ſtuporem valeres: reclinato tanq; morbo debiles ſolent ſu-
per hærentis cuiuſdam humerum/ languido capite/ brachijs membriſq; demiſſis/
clauſis oculis/ ore aperto/ viniq; fetorem deterrimũ exhalante tanq; alterum Sile-
num: ut in ſculpturis priſcis videmus: domũ deduxerunt. Vbi qui ſocius erat gra-
ui aliquo morbo hominẽ correptum putauit: neq; alijs ridentibus quidnam rei eſ-
ſet prius percepit/ q̃ vomitione ægritudo illa eſt patefacta. Hæc adeo grauiter Si-
lenus noſter tulit: ut poſtmodum bellum quod adhuc viget indixerit Panormitæ.

*Ebrietatem et ebrium Vallam eleganter depingit.*

At hæc Neapolitana vinaria expeditio forſitan obſcurior: notior Romana. An-
nos amplius fere tres in cõuiuio cuiuſdam epiſcopi tantũ vini ... uriẽs ſitienſq; ab-
ſorbuiſti: ut cum veſperi lecturus eſſes: neq; ad horam prę ſtitutã appareres: an
ignoras diſcipulos tuos cum diutius ſtertentem oratorem ſuum/ & exhalantẽ cra-
pulam expectaſſent: tandem cubiculum ingreſſos: te magnis vocibus tanq; a le-
thargo detẽtum excitaſſe? Cum tu ſemiuiuus/ oſcitans/ ſtupidus/ demens/ caput
phreneticum ſomno graue/ vino repletum/ oculis vix apertis/ pauliſper enixus
cubito eleuaſti: linguaq; balbutienti/ neſcio quid latinis græciſq; verbis ebulliens:
tum ad cachĩnum diſcipulos mouiſſes: tu quoq; ore obtorto ridenti ſimilis caput
demiſiſti: ut reliquum vini obdormiſceres. Poſtridie vero ebrietatem excuſans/ in
ſuccidiam & nimum ſalitas epulas quæ ſitim excitauerant/ culpam omnem de-
ieciſti. Dignum profecto riſu ſpectaculũ fuit: oratorem/ philoſophũ/ poetam/ no-
ſtrum adeo loquacem ut ranis quoaxantibus ſit moleſtior: non tacitum/ ſed elin-
guem: non mutum/ ſed ſemimortuũ: non dormientem/ ſed ſepultum: verba ede-
re conantẽ voce deſtitui: vino/ ſomno/ crapula oppreſſum. Nunc ſane video/ cur
in quodam tuo opuſculo: in quo Epicureorũ cauſam quantum datur tutaris/ vi-
num tantope laudaſti. Ipm (ut verbis tuis utar) leticię parentem/ gaudiorũ magi-
ſtrum/ fœlicis temporis comitem/ ſolatium aduerſi: pacis/ concordię/ amicicię arbi-
trum appellas: Bacchum cõpotatoreſq; adeo profuſe laudans: ut epicureolũ quẽ-
dam ebrietatis aſſertorem te eſſe profitearis. Salue inquit oĩs ętatis/ oĩs ſexus
certę aſſiduęq; delitiæ. Deniq; poſtq; plures qui vino indulſerunt laudaſti: addis
& partes tuas. Quod autem ad me attinet ais: unicum mihi hoc proſpexi in ſene-
ctute perfugium: ut cum ſenectus aduẽtauerit: in qua cibo/ venereis/ cæteriſq; re-
bus agendis defecti ſumus: huic prouincię me totum adminiſtrãdę tradam. Mul-
ta præterea addis verba: non ſobrij/ ſed nequiſſimi ganeonis. Poſſem plura expreſ-
ſa tuæ ſobrietatis recenſere veſtigia: ſed non omnia tua flagitia nunc proferenda
ſunt. Satis eſt: te tum vino/ tum ſtulticia maxime repletũ nunq; ſobriũ dici poſſe.
Inuehit in meas confabulationes: ut ſpurcas & bono viro indignas: homo auſte-
rus & ſeuerus nimium: ut alterum Zenonem ſtoicum credas/ aut Catonem ter-
tium: non beſtiarũ quendã bubulcum/ oĩ plenum ruſticitate. Sed quid mirum: fa-
cetias meas: ex quibus liber conſtat: non placere homini inhumano/ vaſto/ ſtupi-

**Libri facetiarũ cõmendatio.**

do/ agreſti/ dementi/ barbaro/ ruſticano? At ab reliquis aliquanto q̃ tu doctioribꝫ
probanť: leguntť & in ore & manibus habenť. ut velis nolis: rumpanť licet tibi Co-
dro ilia: diffuſa ſint per uniuerſam Italiã: & ad Gallos uſq;/ Iſpanos/ Germanos/
Britãnos/ cæteraſq; nationes tranſmigrarint qui ſciant loqui latine. Libet eñ & mi-
hi Valleam iactantiã prę oculis habens paululũ gloriari. Cum Vallam noſtrum
Agaſonem paſtoralẽ appellaſſem aſinariũ: in parentẽ meum verſus/ aſinariũ fuiſ-
ſe dixit. Sulte ſane & nimiũ demẽter. Nihil. n. de ſuis parentibꝫ ſum locutus. Neq;
eñ ad illos qui iam vita functi ſunt mea oratio extendiť: ſed ad ſtulticiã eius qui
viuit. Inhumanũ quippe eſt mortuos qui reſpõdere nequeũt inceſſere. Sed cui cõ-
uenit exprobrare alicui prẽm? Ei pſertim qui patre incerto ſit natus: qui prẽm ſit

ementitus. Qui itidem ut Romulus iactare poſſit/ſe Martis filium eſſe. Nam is in
cuius nomen inuadis: quem inſimulas fuiſſe patrem: quẽ tacito nomine utriuſq;
iuris doctorẽ fingis: qua vita, vixerit prætereo. Sed ita doctus fuit ut nemo in Cu-
ria eſſet indoctior: ita in ea verſatus / ut nullus ignotior: ita celebratus / ut nullus
deſertior videret. Qui adeo nobilis fuit/ut ſibijpſi eſſet ignotus: adeo te charum
habuit/ita tibi proſpexit: ut tanq; priuigno nil tibi dimiſerit in quo poſſes tuo prę
ter manus ſpuere. Qui nil tibi præter barbaram quandã inſaniam & demẽs inge-
nium reliquit. Quæ non in illius contumeliam ſcripſi: ſed ut reprimam paulisper
pręcipitem iactantiam fęculentiſſimi oris tui. Poſſem ſi tui ſimilis eſſe velim/& pa
trem meum ſcribere equeſtris ordinis virum/aut doctiſſimũ quempiam/ ut tu il-
lum tuum iac[illegible]gere. Præreptorem alienarũ uxorum me a te fingi/ cum legiſ
ſem: veritus ſum/ne tu qui poeta hiſtoricus/orator etiam illa quæ non ſunt noſti:
diceres alterum qui Proſerpinam rapuit eſſe Plutonem. Sed timuit vir prudẽs &
aſtutus: ne me admoneret: ut eum Ioui qui Ganimedem rapuit comparem. Iouẽ
quippe furunculus hic imitatus/Neapoli adoleſcentulũ quem deperibat: a ſe nõ
raptum/ſed fraude ſeductũ diutius occultauit. Qua re cognita / verbere coactus
eſt prædam reſtituere interceptam. Vnde contra antiquum prouerbium quo aie-
bant: Seruum malum fieri fuſte nequiorem: vulgo uſurpatũ eſt: nouellũ Iouem
verberibus meliorem euaſiſſe. Sed quid ſomniaſti ſtultiſſime pędagogule falſum
mihi crimen obijcere: & mulierũ facere mentionem: cum tu veriſſimi notiſſimiq;
flagitij notam fronti tuæ impreſſam atq; inuſtam feras? cum habeas domi publi
cę meretriculam: meretricem inquã domi habeas ſcelerũ tuorũ teſtem. Nam pro-
pter tua egregia opera/quibus velut harpyia omĩa loca quę tãgis turpiter fœdas:
cum pulſus Neapoli Romã reuertiſſes: nil tecum ferens pręter eſurientẽ ventrẽ/
macilentũ corpus/pallidam faciem/dentes famelicos/genas piloſiores annis/pan
niſq; obſitus: ſicut hi ſolent qui diutius in carceribus fuerunt: omniũ rerum præ-
terq; ſtulticię inops: adeo ut non homo/ſed phantaſma quoddã ſubruſticum eſſe
videreris: in domum ſororis & mulieris quidem optimę tuiq; diſſimilis diuertiſti.
Cumq; vir eius modeſtus & probus pietate motus/te omĩ ope quęſtuq; nudatum
diutius nutriſſet: ancillam eius ſeruam a te nequiſſime corruptam / grauidãq; fa-
ctam non rapuiſti: ſed perfidæ prędę per ſummum ſcelus ſubripuiſti. Homo ſane
tum plenus pudicicia: tum pius & miſericors: qui fœminæ pergrandis & pluſq;
maturę viro egeſtati ſubuenire voluiſti. Non ſum ita inhumanus ut huius rei te
admodũ culpem. Homo es. Nox/vinum/& conſuetudo/& frequens ſuaſit uſus.
forſan laceſſitus ut viri fortis eſt iniuriã repuliſti. Id in te vitioſum: q; in altero eius
criminis culpam fingis cuius architectura reſidet tecum domi. Non ſatis pruden-
ter facere videor/qui reſpondeã aliqua ex pte maledictis impuriſſimi nebulonis.
Satis eñ nomẽ in eum vulgatũ eſt/ſatis probatũ: ut nullo egeat defenſore. Sed nõ
horruiſti belua impudentiſſima falſitatis meminiſſe: qui olim Papię penuria coa-
ctus/ut non redderes pecunias tibi creditas: falſum chirographũ cum ſcripſiſſes:
accuſatus/conuictus/damnatus: ante tempus legitimum abſq; ulla diſpenſatione
Epiſcopus factus es. Magna profecto dignitas/id ætatis adoleſcentem tantam di
gnitatem aſſequi ſua ỽtute potuiſſe. Sed cũ tibi inuito ea dignitas eſſet cõceſſa: cre
do ne a Pontifice culpareris: mitram albam eo quo accæperas die in epiſcopi cu-
ria depoſuiſti: quæ a duſq; hoc tempus ſuſpenſa pendet / ad gloriam & deteſtan-
dam ſceleris nominiſq; tui ſempiternam famam. Eam quoq; hiſtoriam olim Fran
ciſcus Epiſcopus Papieñ. quo cum erat mihi ſumma familiaritas & antiqua con-
ſuetudo: cum te nondum noſſem/ſingulatim ridens narrauit. Quid illa Neapoli-
tana tabularum corruptio? nonne te nequiſſimum omnium ac perfidioſiſſimum:
non prædonem/ſed furunculũ eſſe conuicit? Recordare/recordare quæſo/ vel ſal

In prẽz eiuſ obiectio.

Ceuentem notat.

Epiſcopuz factũ ridet.

Falſariũ dic

tem me admonente: cum ob nũmos a mercatore creditos tabulas abraſiſti: & pro quodam pecuniæ numero alterum ſubdidiſti. Quo facto in carcerem coniectũ Regis benignitas ſecundi epiſcopatus laude priuauit. Q. vero queris: cur hędos meos a lupis non cuſtodiam? Credo filios meos a te ſignificari. Sed hi q̃uis paruuli ſint: tamen cum prope tranſis/veluti catuli vigiles liciſca latrante / ſignificant lupum famelicũ hædorum diuerſorio appropinquare. Debeo tibi gratias qui me admones turpitudinis tuę: qui nondũ etiam exacta ætate potes præteritorũ tuorum ſcelerum obliuiſci. Subijcit tibi anteacta vita memoriã peſſimi flagitij/in quo

Paticũ fuiſſe ait.

fuiſti ab infantia turpiter verſatus. Vidi enim te poſtq̃ ad Vrbem veni / vulgare ſcortum & corpus habens venale: ita om̃i turpitudini expoſitum [illegible]t nulla eſſet merx in Vrbe emptoribus vulgatior. At neceſſitate ad id im[illegible]ulum dices. Adoleſcentulus enim patre quem appellabas deſtitutus: mendicus/egenus/erumnoſus: nullius rei præterq̃ vermiũ abundans/domo carens/ubi caput declinares nõ habebas: egeſtate coactus ad eum quæſtum deſcendiſti ſummo cum dedecore/ qui tibi victum ſuppeditaret. Magna neceſſitatis eſſet excuſatio: niſi in prioris ætatis turpitudine ætas corroborata / ſe poſtea turpius inquinaſſet. Potuiſſet aſcribi inopiæ: inſcitię: ætatis imbecillitati. Adultum vero virum/ ſenem eodem in ſcelere verſari / ingens eſt facinus & pernicioſum. Nam ut omittam Neapolitana probra in quibus tua eſt cupiditas debacchata: quod paulo poſt refertur: quid te ad aperiendũ ludum (ad quem pueri elicerent) patefacere coegit? niſi ut ad tuam paleſtram adoleſcentũ greges conuocares: ut tua domus non domiciliũ doctrinæ/ ſed libidinis diuerſoriũ videretur. Poſſem nominare nonnullos quibus ſuam pu-

Turpiſſima obijcit.

diciciam per te tutari non licuit: cum hi poſtea queſti ſunt: niſi & illorum & meo pudori vellem parcere. Tu ipe noſti ſcelerũ artifex quæ fuerit parentũ querimonia/cum ad eos tantũ facinus eſt delatũ. Sed ut Neapolim reuertar: ubi ſunt plura trophęa tuorum operum excitata: cum adoleſcenti Neapolitano eſſes moleſtior q̃ illius pudor poſtulabat: ille tuæ vexationis continuę pertęſus/ te aliquando domũ noctu venire popoſcit. Vbi vir militaris & nocturnæ pugnæ aſſuetus/ ab adoleſcentis ſeruis honorifice exceptus es. Nam te dorſo unius impoſitũ/ eleuatis a poſteriori parte veſtibus: ut in ſcholis pueri caſtigantũ: groſſioribus loris/ que ſtafilia appellant/ita nates afflixerunt/ut menſe integro ſedere nequiueris. Quo tempe ſceleſtus domi dentiũ dolorem ſimulaſti ad tantã turpitudinẽ excuſandã. Sed diu præclarũ facinus non potuit latere. Nam per compita & atria digito notabare: cũ dicerent. Hic ne ille qui equo bipede donatus eſt? Vtinam hoc ſolo flagitio tua exquiſita procacitas contenta fuiſſet. Nam cũ in ea ciuitate priuatim oratorię artis tradendę beneficiũ profitereris: legendi ſtudiũ pro lenocinio ſumpſiſti: ut non tantũ doctrinæ ars quantũ pueros tractãdi cupiditas te impulerit ad gymnaſium. Improbiſſimi queſtus publica eſt comœdia ex om̃i parte confecta: te Hugolinum quendã adoleſcentẽ ingenuũ/bonis ortum parẽtibus/ ultra q̃ decet oratorem omniũ ac philoſophũ adamaſſe. Qui cum te moleſtius inſtantẽ ferre non poſſet: re cum coruis cõmunicata: inſano te amore ardentem/amentiaq; feductũ/ in quendã vicum noctu iuſſit ſecedere. quo cum ſpe rei potiundæ veniſſes/ velut in laqueos incidiſti: ibi murmure & ſtrepitu expectantiũ perteritus: in quendam anguſtũ locum repens: ita tamen ut pedes extarent ſubiſti. Cum illi hoĩem quęrerent ac fugiſſe arbitrarentũ: quidã oculatius proſpiciens. Eijce hominẽ exclamauit. & tanq̃ alterum Cacum pauitantem & multa timentem/ extractum pedibus ex ſpelunca in publicum deducunt. ut illud de te Vergilianum rectiſſime dici poſſet.

VERGI.

Tum primum Cacum noſtri videre trementem. Quid ibidem perpeſſus fueris: quomodo illi te accæperint: qua ignominia / qua contumelia / quo dedecore te mulctarint dicere erubeſco. Tute ea noſti: qui propter eam infamiam/ neſcio

quam ſuſcæpiſti peregrinationem. Hæc eſt militia egregia Vallæ noſtri ſummo
cum honore & præmio traducta: in qua ſane glorietur: licet & ſuū nomen extol- Ad aliud
lat ſi quo pacto poſſet extollere dedecus iam conceptum. Exprobras mihi con- obiectum.
certationem quandam inter me & Trapeſuntium/cum adeſſent cæteri ſecretarij
exortam. At tu orator eximius/cuius eſt rem paruulam verbis magnam redde-
retanq̄; in Lapitarum centaureorum bello me colaphis percuſſum fingis. In quo
vehementer erras. Non enim colaphis tm̄/ſed calcibus/fuſtibus/ferro res acta eſt.
Itaq; demiror te Traſonem ignauiſſimū/militem glorioſum non accurriſſe ad id
certamen cum pāniculo / tanq̄; manipulus furum quo abſtergeres vulnera. Sed
heus tu vir huiuſmodi bellis aſſuetus miles Traſo: meminiſti ne Neapoli in Re-
gis curia cum [illegible]ndam Alphonſum ex ordine equeſtri virum ſtrennuum / ob
neſcio quod facinu[illegible]rius impugnares: te in terram proiectum / calcibus ab illo
& pugnis conciſum: cum tu poſtea facie puluerulenta/ore ſciſſo/ labentibus den-
tibus/barbula & crinibus ſanguine reſparſis ut eras exurgens/pauidus/ gemēs/
vix compos ſpiritus regem adiſti iniuriam queſtus: Quo ſpectaculo primum in
dignabundus/poſtmodum in riſum verſus rex: in aliud tempus eam cauſam re-
iecit. Libenter cōmoror in illa tua expeditione Neapolitana: in qua plura trophęa
tuæ laudis erecta ſunt. In qua niſi quorundam Principum inuidia obſtetiſſet / inſi-
gne ſuis triumphum ob rem domi militięq; egregie geſtam reportaturus/arcum
certe triumphalem dicaſſent tibi. Sed hoc non prætoribo tuæ glorię facinus adij-
ciendum. Meminiſti ne ſacrilege furcifer/quoſdam libros græcos/ex cœnobio re- Furti obie-
ligioſarum ſanctę Clarę mutuo conceſſos per ſummam fraudem ſubripuiſſe: & ctio.
Romā danculū aſportaſſe: qui fuerant tuę perfidiæ crediti. Quā rem illi grauiter
ferentes/hoc furtum diſſimularunt: ſed multis tamen viris hanc iniuriam ſunt cō-
queſtæ. Poſtq̄; nonnullis Vallæ noſtri maledictis reſpondimus: nam oīa proſe
qui ſtultiſſimū videret: iam ad doctrinæ eruditioniſq; diſceptationem veniamus.
Sed modeſtior noſtra q̄; illius erit oratio. Ipſe enim velut Hercules in me inſurgit:
Neptuni tridente me conficit: Iouis fulminibus me urit: & ad infernas uſq; detur-
bat ſedes. Quis eſt dij boni/qui tantis numinibus/tantis viribus queat obſiſtere:
Cedendum eſt de via paulum: deq; tam pugna aſpera declinandū. Itaq; ſubmiſſi
us agam cum Valla noſtro: tractabo illum clęmentius. Demulcebo tergū eius le
niori manu: tanq̄; qui feram beſtiam cupiunt reddere mitiorem. Culpat me com
munis omniū detractor inſanus: q̄ oratio in eum ſcripta multis in locis deuiet ab
integritate linguę latinæ: pluresq; errores ille aſſcribit. Item librum ſuum tertiū ab
ſoluit ex erroribus/ut fanaticus credit: qui in meis epiſtolis continet̄. Quo in loco
primum reſpondeo: turpiſſimū mihi ducere cum inſano garrulo diſputare de grā
maticæ quęſtiunculis: in quibus Pędagogus ille ab infantia immerſus iacuit: ſoli-
tus ſemper de eiuſmodi ineptijs cum puerulis garrire. Deinde nullam aliam ob
cauſam putare omnia recte a me ſcripta/niſi quia reprehendunt̄ a Valla. Si enim
ſuo fraciſcenti guſtui placerent/perperam a me ſcripta exiſtimarem. Qui eīm Ci-
ceronem/Varronem/Titum Liuium/Saluſtium/omnes deniq; ſcriptores redar-
guit demens atq; impudens garrulus: & Poggium illorū numero qui latine neſci
unt poteſt addere. Ego in tuis erroribus explicandi qui pene ſunt infiniti nequaq̄;
immorabor. Multi eīm ſuper his redarguendis libri eſſent cōficiendi. Bartholomę
us fatius eos ſolos comprehendens: quos in hiſtoria illa tua præclara de geſtis re-
gis Arogonum a te edita/& in Bibliothecam poſita: quam tamen iam vermes &
mures ob eius celebritatē corroſerunt: in teſtimoniū ignorantiæ edidiſti/magnum
volumen cōtexuit. Itaq; ſi oēs tuos libellos ſcrutaremur: aut errores in lingua
latina permultos/aut hæreſim deprehenderemus. Nihil enim adhuc edidiſti no-
uellus Iulianus/cui non hæreſim aliquam damnandā insereres. Sed ut ad oratio-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Poggij er‑ rores faceti
nem meam reuertar. Fateor multos eſſe (poſtq̄ ita garrulatori noſtro placet) er
rores meos. Sed tamen qui veniã merent. Tua ſiqdem culpa eſt/ſi quibus in ver
bis fuerim tua opinione lapſus. Nam ut frequens conſuetudo cogit nos cõtrahe
re mores illorũ quibus cum diutius cõſueuimus: & malorũ contagio malos ſolet
reddere. Ita ego cum legerim tuas non elegantias/ ſed verborũ diſputaciunculas
barbaras: veluti ſtulticiæ congeriem quandã/ſine ſenſu/ſine ſale/ſine ſapore/iur
gijs/ contumelijs/abſurditate plenas: quibus nulla ineſt niſi iactantię & dicacitatis
doctrina: ipe legendo ſtulticiã Valleam ſum pene factus indoctior: ut non ſit mi
rum ex ea me lectione obliuioſiorẽ linguæ latinæ paululũ q̄ cõſueueram euaſiſ
ſe. Sed confide quæſo in amici diligentia. Egomet tuam cauſam gratis egi: ſponta
nea/nulla tua cum impenſa: nullo aduocato: nullo patrono. V[illegible] inſcitia mea &
in dicẽdo abſurditas/abſq; tuo labore eſſet om̃ibus nota: tua vero ſingularis vir
tus & doctrina ubiq; cognita: miſi oratiunculã meam: ſolam abſq; aliquo defenſo
re Neapolim/Senas/Florentiã/Ariminũ/Venetias/Patauiũ/Veronam/ Medio
lanum: & ultra montes q̄ primũ tranſmigrabit. Itaq; non eſt opus ut multum in
meis erroribus incumbas. Egomet eos ſatis vulgaui: q̄uis nequaq̄ a te rogatus.
Dixi in fine orationis meę illum fanaticũ ſtulticiæ alumnũ barbariſmorũ copias
ad me oppugnandũ eſſe ducturũ. Neq; me fefellit opinio. Nam eueſtigio tanq̄ al
ter Poliphemus vaſtam ferens clauam: ac e montibus non ſiculis /ſed Ripheis de
ſcendens/ingentem barbariſmorũ exercitum aduerſus me in aciem deduxit: ut
altero Mario mihi opus ſit ad tot barbarorũ impetus repellendos: quorũ Impera
tor barbarior barbaris exiſtat. Exclamat ſtatim barbariſmũ in meis dictis reperi
Deſuetum VERGI.
ri. Deſuetũ pro inſuetũ a me poſitum culpat. Sed huic barbaro latinum opponã.
Vergil. em̃ in Aeneidis. Iam pridem reſides populos deſuetaq; bello Agmina in
arma vocat. Reſides populos/eos appellat qui in armis antea nõ fuerint verſati:
ideoq; deſueta agmina vocat/id eſt bello non antea aſſueta. Sed veruex noſter in
craſſo natus aere/nihil niſi cornupetere vel pedere potius didicit. Cum ſcripſiſſem
edidiſſe Vallam noſtrũ librum quendã aduerſus beatũ Hieronymũ. me in eo ver
bo erraſſe: & cõdidiſſe debuiſſe a me ſcribi: cum nondũ librum edidiſſet. Sed quo
modo ſacrilega beſtia/ad meam & multorũ preterea noticiam tua perfida & ne
Edere libr.
pharia verba puenerũt. Niſi forſan velis id eſſe librum edere: per plateas & com
pita vulgari in cantu & tubis: ſicut Borra hiſtrio quondã facere ſolebat. Sed edidi
ſti librum vel libros potius oſtentator inſane: exiſtimãs te laudem ex tanti viri de
tractione conſecuturũ. Sed cum videres tibi ignis periculũ imminere: occultaſti li
brum: de quo paulo poſt dicetur latius. Inſtas quoq; corruptor noſter in volumi
nis errore inquiens: quõ decem libros volumẽ appellat. O belua inſenſata: cũ ſcri
pſi eam ep[l]am volumen illud erat: ſicut & hodie eſt minime in libros diſtinctum.
At poſtmodũ cum plures alię epiſtolę a me eſſent conſcriptę/decem librorũ codi
cem effeci: detractis multis epiſtolis quæ in priori volumine cõtinebant. Poſſem
om̃ia quæ a te obijciunt cõfutare facillime / ſi ocium eſſet in verbulis cõmorandi.
Sed eam curam relinquo doctioribus: qui rectius q̄ tu iudicabũt. Me vero in tam
multis ut tibi placet erraſſe nequaq̄ res videt miranda. Nam ſcribis me inſciũ lati
ne linguæ/dicendi imperitũ: nihil Dialecticę / nihil Aſtronomię/Geometriæ/Mu
ſicę/Iuriſciuilis vel põtificij/nihil Philoſophię/nihil Theologię attigiſſe: quaſi ego
inſtar tui me earum artium doctrinã profitear tenere. Tua iſtæc eſt profeſſio/tua
oſtentatio: quem nectare Iouis imbutũ/quem Mineruę lacte educatum/didaſca
lum vere poſſumus appellare. Nam ita linguam tenes latinam/ ut barbarus ſtul
Inducit om niũ ſcientiarũ ignarum
tiſſimus videaris. Ita es in dicendo peritus: ut nihil ſit abſurdius tua inani verboſi
tate. Ita Dialecticam calles: ut eam tuo egregio opere inſulſo tractans / auribus ut
aiunt lupũ teneas. Ita exiſtis in Aſtronomia verſatus ſumma cum ſperſpicuitate

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ut lunam a ſole minime diſcernas. In Geometria ita peritū dicunt: ut neq; domū
tuam/neq; prædiū ullum metiri queas. Muſicam certe noſti: & ea cauſa eſt cur te
domi quotidie cantantē docētemq; tuam Pſaltriā audiamus. Iuris certe ciuilis tan
tum percepiſti: ut te Acurſio aſſeras doctiorem. Cuius rei nuper periculum feciſti.
Nam in iudicio quodā mulæ (tute noſti quid dicā) cum ſine aduocato cām tuā
coram ſenatore orares: primo cōgreſſu confuſus/cōuictus/ſupatus cum riſu oim
ab ea cauſa decidiſti. Quid loq̃r de philoſophia? Cuius ſcientiā tibi concedo. Ari
ſtotelem eñ tanq̃ errantem rephendis. Ita omniū rerum naturam noſti/ ut tuam
omino fueri[illegible] In theologię cognitione certe palmā mereris: cum nihil a te
ſcriptū ſit in quo non aliquod hereſis crimen admiſceat̃. Quapropter haud miran
dum eſt ſi adeo gloriaris: cum ſis tot tantarūq; facultatū peritia circūſcriptus. Tu
eñ unicus iam multis ætatibus extitiſti: in cuius infantuli os (ut de Platone legi-
mus) mel apes condidere. Itaq; iam tibi non Pantheon/ſed Pamlichion templū
dedicabimus: in quo tua opa ignominiæ ſacra dicabunt̃. Aſſerit Valla noſter men
dacıſſimus: ea verba de quibus in priori orōne ſum queſtus: non eſſe neq; manu
ſua/neq; ſuo mandato conſcripta. In quo deum teſtatur fidei decoctor tanq̃ deū
curet homo periurus: aut impius aliquid penſi faciat deierare. Ego itidem neq̃q̃
ab eo verba illa ſcripta eſſe dixi. Sed ſuo pręcepto ab adoleſcente ut ipe confeſſus
eſt: quem ille impurū ſua reddiderat contagione. Quis eñ credat adoleſcētulum
indoctum/rudem: qui ne primis quidem labijs grāmaticam nouit: adeo impuden
tem aut ſtolidum fuiſſe/ut quę neſcierit ſcripſiſſet? qui etiam in fine epiſtolarꝝ me
arum illas male cōpoſitas ſcripſit ſecundū doctrinā & elegantiā magiſtri ſui: ac ea
poſtmodū a te admonitus abraſit: nō tamē ita deletis lrīs quin legi poſſent. Qua
ex re ſtomachatus ea ſubdidi quæ referunt̃ a Valla. Sed homo dementiſſimus re
fert in puerulū dementiā ſuam. Scribere inſſit ea quorꝝ ipm met pudet: & dū pur-
gare ſtulticiā ſuam nititur/reddit illam ampliorem. Ita eñ ſe excuſat ut nullus al-
ter eum magis accuſare poſſet. Purgat ſe a culpa detractionis ac mordacitatis qua
uſus eſt in veteres ſcriptores: & ita ſe excuſat ut ſemp utat̃ officio accuſatoris. Tue
tur quantum poteſt errata ſuę ſcurrilitatis. Et a me admonitus errorū ſuorū/aliter
ſenſiſſe ſe dicit q̃ a me ſcribat̃. Sed ego eius loq̃citati nequaq̃ reſpondi: relinquēs
iudiciū eorū quæ dixi doctioribus qui ea legerint. Nam plæbeculę ſtultorū qui ſi-
bi alludunt/& a ſtulto ſtulticiam didicere/nulla mihi cura eſt. Doctorū ego viro-
rum ſcientię acquieſcam: qui grauius & maturius a nobis dicta pōderabunt. Ego
quidē verba illius poſui/nil addens de meo. Quæ ille puaricator neqſſimus con-
torquet: & exempla profert quæ contra ipm ſi quis recte aīaduertit teſtimoniū fa-
ciunt. Multa eñ in ſuis non elegantijs/ſed verborū calumnijs deprehendi a vero
ſenſu extorta: quæ cum teſtibus confirmare nititur/ eos affert quorꝝ teſtimonio
damnat̃. Harum rationū plurima poſſem referre exempla: niſi verear ne ſim lon
gior q̃ par eſt in eius nota ſtulticia enarranda. Sed multū admirari cogor fanaticā
detractoris inconſtantiā: qui cum nunq̃ antea quenq̃ neq; viuū/neq; mortuum/
(uno excepto) vel minimū laudarit: nunc pudore motus/mutata ad tempus ſen
tentia: eos quos antea velut inſcios probro inſectatus eſt: tandem a me rephen-
ſus/ita tamē laudare cepit ut non ceſſet a detractiōe. Nequiuit vir improbiſſimus
continere ſacrilegam manū: quin & grāmaticis & iuriſconſultis ac multis alijs de-
roget. Ne deſinat artem ſuam opulenter detrahit. Ita temeriter laudat: ut id ſe inui
to & preter naturam & conſuetudinē ſuam facere videat̃. Cum vero verba a me
referunt̃ quibus in illos priſcos inuehit̃. in arcem confugit ſtultorū: aſſerens codi-
ces eſſe mendoſos/& aliter q̃ nunc legant̃ ab illis ſcriptū fuiſſe. Venit in mentē cu Faceta irri-ſio
iuſdam fratris ut appellantur ex ordine Prædicatorū: qui olim Romę cum Vergi
lium pueris legeret: ſi quando in aliquod verbū ſibi incognitū/cuius vim neſciret

incidiſſet/autem in arabia aiebat eſſe. Itidem noſter ſtupidus Valla: cum teſtibus ſuam ignorantiã cõuictam videt/librariorꝫ culpę crimen aſcribit. Sed videte q̃ſo q̃ nemini parcat amentia Vallæ noſtri: qua ſit erga om̃es impudẽtia. Oblatus eſt mihi nuper libellus quidã: quẽ ille de libero arbitrio inſulſiſſime oĩm qui unq̃ ſcripſerũt ſtulta loq̃citate cõpoſuit. Res ſane difficilima eſt: & a beato Auguſtino cæteriſq; doctoribus egregijs ſummo cum labore vix ſatis explicata. Valla noſter alios q̃dem non legit. Nam vl' tacuiſſet: vel ſolita inſania in illos crimẽ ignorantię cõieciſſet. Boetiũ certe quẽ a puero in ſcholis legerat/quemadmodũ tractet ut aliquid ſape videat inſpicite. Aliquos em̃ eius locos aſcripſi: ne vi... illum in mentiendo imitari. Videte oro quãta ſit huius portenti nequiſſi...n oſtentatio/vel ſtulticia potius fuſtibus & cruciatu digna. Hic ſe id diffinituꝝ rũ profitet'/ qd' nemo (ut

Valla de libero arbit. aſſerit) ſit ante aſſecutus. Verba ſua hæc ſunt. In p̃ſentiarũ vero oſtendere voluimus: Boetium nulla alia cauſa/niſi q̃ nimius phię amator fuit: non eo modo quo debuit diſputaſſe de libero arbitrio in. v. lib. de Cõſolatõe. Deinde eſt (ut ait) perdifficilis iſta quæſtio & ardua: & haud ſcio an ulli cognita. Nunq̃d em̃ res indigna eſt: ſi id tu non aſſequaris/qd' vides aſſecutũ eſſe neminẽ? Ego ne ſatiſfaciã qd' nemo alius potuit? Deinde in hac de qua tecũ loqui inſtituo: pace tua & aliorũ dictũ ſit: nemini prorſus aſſentior. Nam q̃d de alijs dicam? cum Boetius ipe / cui in explicanda hac q̃ſtione datur ab om̃ibus palma/qd' ſuſceperit implere nõ poſſit ſed ad quaſdã res cõfugiat imaginarias & cõmenticias. Ecce hoĩem ſapientẽ/religioſum/perſpicacem: qui nemini/nec Auguſtino q̃dem qui de libero arbitrio ſcripſit aſſentiat'. Boetij ſententiã improbet. Ipe ſolus intelligat quod neminẽ putet fuiſſe aſſecutũ. Hęc ĩmanis belua cum nihil intelligat: cum ꝓferat q̃cquid in buccam venit: cum oĩm damnet opiniones: cum ſe ſolũ tanq̃ Iouem rerũ oĩm potentẽ ac ſcientem faciat: ab alijs poſtmodũ rep̃henſus/tergiuerſat': ſñiam mutat: errata interp̃tatur: & iudiciũ ſubterfugit. Vt vero opus ſuũ de libero arbitrio aliquo inſigni actu concludat/in Ariſtotelẽ inuehit'. Ait em̃ cum phõs rep̃henderet. Quorꝫ in primis fuit Ariſtoteles: in quo deus optimus maximus/ſupbiam ac temeritatẽ tum ipſius Ariſtotelis/tum cæterorꝫ phõrꝫ patefecit: atq; adeo damnauit. Nam cũ nõ poſſet Euripi naturã inueſtigare: ſe in profundũ illius p̃cipitans demerſus eſt: prius eulogio teſtatus: q̃m Ariſtoteles non cępit Euripũ: Euripes cępit Ariſtotelem. Quo quid ſupbius ac furioſius? Aut quõ potuit deus ingeniũ illius cæterorũq; ſimiliũ magis apto iudicio cõdemnare: q̃ ut p̃mitteret illuꝫ ex ſciẽtię immoderata cupiditate in rabiem verti/& mortẽ ipm ſibi cõſciſcere? Mortem inquã vl' fœdiorẽ q̃ ſceleratiſſimi Iudę. O inſanã beluã. O ſtulticiã/inſcitiã/dementiã/turpitudinẽ nõ ferendam. Quid em̃ ſtultius eſſe põt: quid p̃uerſius: q̃ Vallã noſtrũ qui ſe ſcientiã oĩm rerum tenere iactat/ignoret Ariſtotelis mortẽ adeo inter om̃es vulgatã: ut nemini fere qui aliq̃d ſapit ſit ignota. Scribit Laertius Diogenes: ſi t̃n talem non ſpernas

Mors Ariſtotelis. auctorẽ: Ariſtotelẽ Athenas cõceſſiſſe/ſecundo anno centeſimę undecime olympiadis: atq; in Licio tredecimę olympiadis: morboq; periſſe cum eſſet ãnorꝫ ferme lxiij. Quo etiam tempe Demoſthenes defunctus ſit. Conſidera/cõſidera inquam oſtentator neq̃ſſime ꝯliq̃n quid ſcribas: & ne ſemp ea proferas q̃bus tuã amentiã teſteris. Recognoſce v̾ba tua impura neq̃ſſime detractor. Ariſtotelẽ tu ſolus ſceleſtũ/ſuperbũ/temerariũ/furioſum appellas: a ceterorꝫ oĩm ſentẽtia alienus. Scribit fanaticus noſter ſtudio eruditus ſtulticiæ: ſubterfugere cupiẽs obtrectandi rep̃henſionẽ ſe vitia notaſſe. Non ſcite q̃dem hoc ut cętera dicacis culpam vitare cupiens/incidit in deterius crimen. Quõ em̃ vitia hoĩm rep̃hendent' abſq; eorum ignominia? Qui fieri poſſit non ſane video. Satis hoĩes rep̃hendis/ſi eorꝫ errores & vitia rep̃hendis. Sed prorſus demens/nullo ſenſu/nullo pudore craſſat' in om̃es paſſim licentia maledicẽdi: & ſe nunc ſtultũ/nunc impudentẽ/nunc prophanũ oſten-

dit.Et tu tibi aliquē inuidere cenſes:cum in te nihil exiſtat/non vinculis & latumijs
dignū.Quis eñ miſero/infami/ſtigmatico/petulanti aſello unq̃ inuidendū puta-
uit? An tibi ea cauſa inuidendū eſt:ꝙ fatuus/ꝙ furuncutlus/ꝙ natura vaſta atq̃
immani ex tua arrogantię oſtentatione/ex tuo maledicēdi ſtudio oīm doctorū vi-
rorum odiū & maliuolentiā contraxiſti? Nemo eſt qui quidem aliquid ſapiat:niſi
forſan tibi cōmunicatione ſtulticię/aut dementię/aut ſcelere aliquo ſit cōiunctus:
quin te execratione & malis oībus proſequat̃.Recenſe quot viris oīni l̄rarū ge-
nere doctiſſimis curia Romana exornet̃.Cōſidera quis illorū tibi amicus ſit.Ami
cum dixi.Quis eſt qui tecum loquat̃:qui conſortiū tuū querat:qui congreſſum cu-
ret:qui cōſuet..dine delectet̃:Omes veluti fanaticū quendā inſanū/proteruū/ia-
ctabundū fugiunt .. ſpernant̃.Singuli tuę faſtidioſæ iactantię infeſti/infenſiq̃
ſunt:& veluti quendā rabidū catulū/latrantem/mordentēq̃ declinant.Neminem
adhuc cōperi/neq̃ theologū/neq̃ phm̄/neq̃ medicū/neq̃ iuriſconſultū/neq̃ aliq̃
doctrina prēditū:quin de te ut proteruo fatuo oſtentatore & criminatore ſentiat
& loquat̃.Itaq̃ glorieris licet in tanta fama & oīm laude:& adnumerari te poſſe
dicas inter p̄ſtantes ſcriptores:dūmodo addas ſtulticia/inſana/oſtentatiōe/iactan-
tia/p̄ſumptione p̄ſtantes. Venio nūc ad iudices:quos inter nos ſententiā ferre di Iudices cęc
cis a te electos.Neſcio ex ſenatorio ne ordine/an eq̃ſtri:in quorꝫ cętu cōtra me liti
gas eximia quadam arte oratoria & mira copia dicendi.Præcipua vero quadā ele
gantia uſus es:quā miror non eſſe in tuis elegantijs deſcriptam. Sed parū cōſultus
in iure fuiſti:qui iudices oēs tuo arbitratu elegeris abſq̃ aliqua reiectione. Cau-
ſam ſolus oras:teſtes ſolus ꝓducis in tuam laudem ex magna dicendi copia.Iudi-
ces vel inuitos cōpellis. Introducis illos opus laudātes tuum.& gratias illis agis
pro tanto munere laudandi.Hoc eſt profecto ꝙ tanto tempe Quintiliano operā
dediſti:ꝙ declamatōes ſuas in delitijs habuiſti:ꝙ p̄ceptis Rhetoricis tanto tempe
induſiſti:ut iudices etiam renitentes/magna verborū & ſententiarꝫ copia/ex ore
mellifluo redundante cogeres ad ſententiā pro te ferendā.Non eſt res hęc parui in-
genij/non paruę doctrinę/non mediocris eloquētiæ:eſſe in ea cauſa ſine aliquo ad
uocato ſupiorem:qua nullum præter teipm̄ loquat̃/nullus obſiſtat voluntati tuę.
Sed vereor phrenetica belua/ne tuā hanc inanē iactantiā/ceruinū caput/ſupbam
ceruicem potius caſtigent tui iudices:ut graues decet viros:& illā deteſtent̃:qua te
extollis effrænatā laudis oſtentationē.Nam ſi bonorū iudicū officio uti velint:ad
tuam ſtulticiā conuerſi quid inquiēt?adeo incaſſum inanis iactatoris gloria te ex-
tollis. Quid ſemp auribus noſtris inanis tuæ doctrinę nomē inculcas? Quid tuis
inſulſis vocibus adeo ſæpe es moleſtus? Quid teipm̄ ſolus laudas:cū ab oībus re
liquis vituperis? Quid gl'iaris in leuiſſimis verborꝫ q̄ſtiunculis:non ſolum viris/
ſed infantibus dediſcendis? Quid eadē totiens refricas & oſtentas? Num aut nos
aut alios ſurdos putas? Deſine aliquādo ab hac inani cura.Nouimus quidē iam-
dudū Laurentiū Vallā & eius ſtulticiā ab oībus decantatā. Si tantū corpe intu-
meſceres quantū inflaris aīo:monſtrū deterrimū videreris/& ad īſulas vltimas de
portandū.Tu te leoni/Herculi/Neptuno cum tridente/Ioui cū fulminibꝰ parem
facis.Tu te p̄dicas p̄ſtantibus ſcriptoribꝰ comparandū.Tu te clauam Herculeā
de manu Priſciani extorquentē introducis. Tu te veluti cornicula tot alienis plu-
mis/tot varijs artibus te exornas:ut veluti alter Proteus in varias formas te que-
as transferre.Quid hic ſibi vult tot verborꝫ adeo inſolens faſtus?Quid hæc loq̃n
di vana ampulloſitas?quid hic ſibi inanis tumor expoſcit? quo te hæc laudandi ef
frenata cupiditas ꝑducet? Tu viuis nō parcis:mortuos laceſcis. Tu te oratorē fa-
cis/qui nullā unq̃ partē oratorię facultatis attigeris:nullam oraris cauſam:nunq̃
in eloquētiæ certamē deſcenderis:ſed veluti rhetoriunculus quidā ignobilis a bar
baris rediēs/de infimis artis p̄ceptis inter ſtultos pueros ſtultior ille/inſulſe/aride/

ieiune/incompte diſputas:ut diſcipulos tuos non eloqn̄entię/ſed infantiæ: non do
ctrinæ/ſed inſcitię:nō dicendi/ſed tacendi artem docere videaris. Quis em̄ ex tuis
auditoribꝫ ad hanc diem/cum tot annos tuū Quintilianū legeris: vel parum a te
eruditus/ac non potius elinguis & mutus euaſerit? Quid ergo tantū garris inani
loquacitate? Quid nobis obſtrepis odioſius ꝙ̄ rugitus aſini ſolet? Cur non expe
ctas ut ab alijs lauderis? An neſcis in ore proprio laudes ſolere ſordidas eſſe? Nō
nos/ne impudentes videremur:ſed tu ipe qui om̄i pudore vacas iniquā ſententiā
pro te tuliſti. Nil verum a te prolatū:nihil niſi a teipo probatū: om̄ia perperam di
cta. Quibus ſi quis vellet ſingulatim reſpondere:ineptiſſimū te/ſtultiſſimū/ignoſ
rantiſſimū/arrogantiſſimū iudicaret. Cum nihil tibi preter impud[illegible]ē confidentiā
opitularet:nihil tibi patrocinaret p̄ter inſanam elationeꝫ oib[illegible]ioſam. Quin tu
audi nos quos quæſiſti iudices. Remitte hanc inanem & t[illegible]m nobis/tum cæteris
laudandi moleſtiā. Aliorū te iudicio permitte. Nec ſis tam iniquus/ & tui & aliorū
exiſtimator. Quid fingis te laudari a nobis:qui te opprobrio dignū putamus? Ex
cute aliqn̄ mentē/ut exciteris a ſtulticię ſomno. Sume aliqd ſani hoīs ſi potes: ſcru
teris paulisper ſupellectilē tuam:& eam a vitio dementiæ purga. Noli eſſe ſemp
inſanus:pone inanem iactantiā: nō ſupbi/ nec ſemp furentis perſonā aſſume. Da
aliquid prudentię:aliquid modeſtię:nonihil humanitati. Conſule Iannotiū tuum,
Conſule Ioannē Aretinū amantiſſimū (ut dicis) tui. Q[illegible]ris nos veriſſime aſſera
mus:nullū tibi amicū eſſe poſſe:niſi qui mores tuos imitet: qui eadē qua tu amētia
& proteruia teneat. Hæc tuorꝫ iudicū veriſſima ſnīa/remittit tibi laborē pro ipſorꝫ
erga te ſtudio gr̄as agendi. Ego vero ut aliqd eorꝫ ſententiæ ſuperadijciam/poſſū
teſtari: nullū eſſe in Italia doctrina aut eloquentia excellentē virum:quin ſit inſen
ſiſſimus iactantiæ ac ſtulticiæ tuę. Quęre Pontificis ſecretarios. Quis eſt eorū tibi
amicus? quis qui te non aſpernet & fugiat velut detractorē inſanū & turpiſſimū

Doctis omnibus odio ſum ſcribit.

iactatorem? Noui ego illorū opinionē:& quid de te ſentiant cognoſco. Derident
om̄es beluinā ſtulticiā tuam:& fanaticū quendā iudicant ſemp inſanū. Leonardus
qdem aretinus dum vixit/ſcio quid de te ſenſerit:ſemp p̄ſumptuoſam & fatuam
beſtiam appellabat. Guarinus Veronēſis quāti te faciat / ſuæ epiſtolæ ut v̄ba ſile
am oſtendunt. Franciſci barbari viri doctiſſimi/mihiqꝫ amātiſſimi ſententiā noui:
qui cū pro ſua humanitate om̄es laudet: tamē riſu cum in ſermonē incidis quæ ſit
ſua de te opinio demōſtrat. Vir doctrina p̄ſtantiſſimus Laurus quirinus/te ſoliqꝫ
charum habet:qui dudum ægre ferens Ariſtotelis famam a te lędi/ep̄lam tibi co
tumelioſam ſcripſit:prouocans te ad certamē: cum profiteret ſe Ariſtotelis contra
tuam contumaciā defenſorem. At tu cōgreſſum timens:qui nunqꝫ niſi cum adole
ſcentulis decertare conſueuiſti/eam refugiſti ſilentio diſceptationē. Quanti te ex
iſtimet vir preclariſſimus Carolus Aretinus/ & ipſe ſcio & alij ſunt teſtes p̄multi:
te certe & indoctum iudicat & inſanū. Viri doctiſſimi Antonius Panormita/Por
cellius Neapolitanus/Barholomęus fatius tibi opinor ſunt amiciſſimi. utinā q̄
tibi optant conſeqr̄eris: cito nos tua moleſtia liberares. Quid loquar de doctiſſi
mo ac excellentiſſimo in artibus liberalibus ac Theologia viro Fernādo Corde
beñ. qui præſens eſt in Bononieñ. curia:qui te non ſolū ſtultum / indoctū / inſanū:
ſed etiam hæreticū iudicat:qui cum tuas iactantias legiſſet/infinitos in illis errores
dep̄hendit. Tua opuſcula adeo laudat/ut nullum ex eis eſſe dicat in quo non aliq
hæreſis labes admiſceat. Spopondi me non ad om̄ia tuę proteruię maledicta/ ne
longior fieret oratio reſponſurū. Sparſiſti em̄ crimina conuiciatoris more: in quibꝫ
refutandis nolui inanem laborem ſumere. Hoc tm̄ addam: quinquaginta fere an
nos ita me verſatum in Curia: ut abſqꝫ alterius offenſione charus/octo Pontifici
bus continuo in honore & dignitate fuerim: q̄draginta ferme ſecretariū. Te vagū
in orbe/tamqꝫ alterū Oreſtem furijs agitatum / vidimus ita cum rege Arragonū

fuiſſe:ut propter tuas excellentes virtutes eiectus / ab eo pulſus ſummo cum de-
decore ignominiaq; fueris. Ita ad Curiam aduentaſſe:ut niſi Pontificis liberalitas
aſtitiſſet tibi:aut hereres in ſtercore:aut inopia te & mendicitas ad inferos detru-
ſiſſet. Accedam nunc ad aliqua quibus a te amouere conaris infamiā ex tua do-
ctorum virorū rephenſione cōtractam. Quanq; laterem lauas:quo magis a te di-
cta diluis/eo apertius tuam proteruitatē oſtendis. Rationes affers multas tua-
rum obiurgationum. In multis excuſas tuam inſanam temeritatem. In pluribus
declinas forum:in nonnullis tergiuerſaris:in quibuſdā te prebes tranſfugam ma-
nifeſtū. Tan... vero traheris inſania:ut etiam in te excuſando ſummus detractor
exiſtas. Sed oro te... ra ne an falſa ſunt quæ tanto ſtudio rephendis? Si vera: cur
non perſtas in ſentētia? Si falſa:cur non errorē recognoſcis? cur non errati veniā
petis? Affers tuę opinionis teſtes:qui omi ex parte contra te teſtificant. Eſt quippe
tuę ſtulticiæ:ut plura trimet immemor inuicē contraria ſcribas. Multa dicis nūc quæ
minime tenebas cum tuis ſcriptis reſpōdi:ſed a me admonitus/ inueſtigaſti tua er-
rata diligentius cum pluribus mēſibus domi latueris tanq; qui creditū abiurarūt:
quæ ſi digna eſſent in quibus docti viri opera verſarēt/oſtenderē palam te in his
ipſis quæ tueris/quæ declinas/quæ interptaris male ſentire:& exempla a te poſtea
tuæ repugnare ſententię. Sed ea peritiorū qſtioni & iudicio relinquo. Vnum e mul-
tis inſigne ſtultitiæ teſtimoniū quo es manifeſti criminis reus non prætcribo. Cul-
paui te rephēdentem beatum Hieronymū:q latine loqui maluerit/q̄ grāmatice.
O caput aſininū. O ſtolidam ac prędurā ceruicem. O cerebrū omi ſale vacuum.
Hic latrator furibundus verba fundit inſani more:quicquid in buccam venit ex-
puit ex tempore tanq; pueri ſolent cum quid nimis calidum deguſtarint. Legit to-
tiens Quintilianū obliuioſus ille fanaticus / in cœno ſtulticiæ demerſus:neq; tenet
quid ea verba importent quæ furatus eſt a Quintiliano. Errorem detractoribus
purgans/crimen contraxit ignorantiæ. Et ſane conſulto id egit. Maius eſt ſcelus vi-
rum ſanctum & doctum accuſare ignorantiæ/q̄ ſe profiteri ignorantem. Ait prę-
clarius eſſe ac doctius latine q̄ grāmatice loqui. At tuus non hoc ſentit Quintilia-
nus. Vult enim latine loqui omniū eſſe/doctorū pariter & indoctorū:vulgi etiam
ignobilis eſſe loqui latine:grāmatice vero ſolum eruditorum:qui non tm̄ uſu/ſed
etiam arte quadam & verborū præceptis uterentur: loquendi conſuetudinē qua
omēs utebant/ab arte quam docti ſequebant voluit differre. O belua inſana:a tu
Hieronymū non reprehendis/qui librum compoſuiſti: ac etiam multis oſtendiſti
de erroribus in traducendo ſuis. Ede ede inquā omibus libellum:cur domi occul-
tum tenes? An ignem metuis? An tu nouus Epicurus ſcis Epicuri ſententiā ſapi-
entem? Si in tauro Phalaridis uratur/illum eſſe ſuaue dicturum. An times infami-
am? At tu more decoctorū iam culum ad lapidem alliſiſti. An dedecus exhorres?
At vita tua in turpiſſimis flagitijs hactenus eſt verſata. Profer oro te libros quib9
illum ſanctiſſimū virum/fidei noſtre lumen ſingulare ut malum interptem accu-
ſas. Non erubeſcis: q̄uis ſis pallidus ſcribere: te melius interptari q̄ Hieronymū:
& tua verba ſcripturam ſacram dici poſſe. Recordare quæſo quid reſponderis do-
ctiſſimo viro Antonio Panormitę. Nam cum ante veſtrū diſcidiū te ad cœnam in-
uitaſſet:teq; poſt cibum tantę temeritatis/q Hieronimū reprehenderes damnaret.
Tu quid dixiſti perfide fidei decoctor? Tibi ut verbis tuis utar / etiam aduerſus
Chriſtum ſpicula reſeruaſſe. Ad quæ verba cum ille obſtupuiſſet ſurgēs de men-
ſa/cum te obiurgaſſet:cum te beluam inquit non eſſe amplius colloquendū. O vo-
cem non carcere/ſed igne:non verbis/ ſed omi cruciatu coercendam. Tu tantę ne-
quitię/tantę temeritatis/tantæ ſtulticiæ fuiſti: ut diceres contra ſaluatorem noſtrū
tibi ſpicula reſeruaſſe. O Iuliano apoſtata pfidior:cōtra ne cœleſtem dignitatē ore
iſto tuo prophaniſſimo/eum in modum hiſcere auſus es? Tu non Neptuni tridē

Contrariū ſibiipſi notat

Hierony mū defēdit.

Deteſtāda pſumptio Vallæ.

tem/ & Iouis fulmina extimuiſti. Tu non deum ut Meçentius ille contemptor: ſed Chriſti nominis hoſtis es perfidus. Tu fidei noſtrę peſſimus parricida: aduerſus ne mundi creatorem ſpicula tibi reſeruanda curaſti? Nega hoc ſi potes furioſe detractor. Adeſt Panormita cōfeſſionis impię teſtis: urget ſuo teſtimonio dementiam tuam: imaniſſimi ſceleris pœnas petit. Verum non una in re tm̄/ neq; uno in crimine cōuinceris hęreticus & impius eſſe. Sed in primo libro quē de vero bono ſcripſiſti / verba quidem ſacrilega & ſcelerata nimiū quæ a me referenť iſta poſuiſti.

In ſctimoniales Vallæ ſcripta.

Inquis em̄. Ego vero inde quāta libertate ac licentia reſpondeā/ ſic ſtatuo. Quiſq; virgines ſanctimoniales primus inuenit/ abhominandū atq; in u[illegible]s terras exterminandū morem in ciuitatem induxiſſe: licet nomen reli[illegible] imponat / quæ potius eſt ſupſtitio: licet has virgines ſacerdotes ſanctimonialeſq; appellet. Et paulo poſt ais. Melius merentur ſcorta & proſtibula de genere humano/ q̄ ſanctimoniales & continentes. Et deinde ſubdis. Nolo aliquid contumelioſius loqui in homines qui ſacerdotia muliebria in honore habent. Hoc dixerim: qui hæc laudant aut inſanos eſſe: aut pauperes: aut auaros. Hęc tua ſancta profeſſio/ hæc tuę religionis opinio/ hæc confeſſio habetur. O deterior Iouiniano. O virginitatis hoſtis. O pudoris expugnator. tutaris ſnīam Epicuri: ſit hoc vitę tuę teſtimoniū. Quid cōtra virginitatē inſurgis: quod nunq̄ fecit Epicurus? Tu proſtitutas & proſtibula laudas: quod ne gētiles quidem unq̄ fecerūt. Non verbis oris tui ſacrilegi labes / ſed igne eſt expurganda: quem ſpero te non euaſurum. Nihil unq̄ ſcripſiſti/ quin aliquid peruerſę hereſis inſereres. Iam antiqua hæreſi notatus/ ad vomitum ut canis imundus rediſti. Dixi in prima mea oratione me opus Neapolitanū palam eſſe facturum. Digna quidem res eſt memoratu: & quæ furioſi hominis dementiā demonſtret. Cognoſcetur hoc uno inſani hominis eximia religio: qui ſe omnium doctrinarum principem ſcribit: & illis priſcis viris doctiſſimis comparandū. Quædam Neapoli non ſenſit ſolum/ ſed publice aſſeruit: in quibus deprehendebať hereticus manifeſtus.

Hęreticum dānatū Vallam ſcribit.

Res ad inquiſitorem defertur. Capitur Valla: cauſam perfidię in vinculis dixit. Damnatur pro hęretico. Decernitur illi pœna: homo prophanus Regis beneficio: ignis ſupplicio liberatur. Ea tamen conditione: ut publice ab eo prolata cum reuocaſſet & damnaſſet/ ſcopis crimē lueret. Cum in clauſtro ut aiūt domus Pręedicatorū iudices hoīem exanguem/ exanimatū/ pallidum/ obſoletum ut qui mortem expectaſſet conſtituūt: & ut memoria hominis clariſſimi eorum mentibus fixa diutius hæreret; poſteriora veſte manibuſq; reuinctis circum clauſtra illum ducentes/ ſpatulas & tergum religioſi viri ſcopis acriter pulſant: vel potius a ſordibus infectum corpus mundant/ quo nitidius videreť. Hoc magnificū atq; inſigne trophęum a Laurentio noſtro gloriæ & laudis cupido / Neapoli erectum eſt: ad famam perpetuæ memoriæ ſuis poſteris relinquendā. Aude hoc negare ſi potes: aut aliter factum excuſa. Aſſunt plurimi qui teſtimoniū dicent: qui Neapoli erant. cum ad id ſpectaculum plurimi tuę laudis cupidi cōcurriſſent. Nolebant enim tam egregium doctrina & fide virum adeo defertuʒ videri: ut ſolus abſq; clientibus & populo ſpectante circumueniereť. Adeſt unus ex maioribus natu & dignitate: cuius nomen honoris cauſa reticeo: qui ſe affuiſſe affirmat cum de te ſententia ferretur: & ſe cauſam fuiſſe præcipuam dicit/ vt Regis pietas a te eximendū deterrimo cruciatu moueret. qui cum poſtmodū tuam peruicacitatem & inſaniam nouerit: ſe ut olim ſalutis / ſic aliquando damnationis meritę cauſam fore aſſeuerat. Sed quia forſan tardior erit q̄ tua requirat perfidia iudicatio viuētium: qui forſan aliquo morbo animi impediti/ in te puniendo remiſſiores erunt q̄ ratio poſtulat: ad mortuos iudices recurram procul ab om̄i odio/ amore/ inuidia remotos. Sed quinam erunt quibus hoc munus demandeť? Illos decet quos antiquitas iudices apud inferos conſtituit. Excitemus ergo ex urna electos Aeacū/

Rhadamantũ/Plutonem:qui licet fidem noſtram ignorarint: tamen ex tempore bona fide iudicabũt. Sedeant ergo iudices quos antiquitas cõprobauit. Citet præco Laurentiũ Vallam qui hæreſis accuſatur/ut aſſit & ſe defendat. Fidei cauſam agat veritas:quæ neq; fallere/neq; falli poteſt. In primis arguit eum iudicium Neapolitanum contra ipſum latum:& ſecuta damnatio publica: & retractio dictorũ quam nequit negare:cum teſtes aſſint/& chirographũ damnatõnis. Q. ſi tanta eſt contumacia ut id neget:nudet ſcapulas:ut ſcoparum cicatrices aſpiciamus veriſſimas ſui erroris teſtes. Tum libelli ab eo nepharię conſcripti/editi ſceleratius proferantur lib[illegible]imis de elegantia ut appellat linguę latinæ: qui arguunt eum in hoc verbo per[illegible]hæreticum eſſe Vallam. Quid ad hæc reſpondet? Inſcium ſe Theologiæ. Sed tamen ut in ſententia perſeueret/& quædam ſubterfugia quęrat ſub quibus deliteſcat viſus opinionis ſuæ. Quid libri de vero bono? quid dicunt? Damnant v̾ginitatem & ſanctimoniales his verbis: ut ne ab lenone quidẽ perfido impurius dicerent. Hæc manifeſtam continent hęreſim & dãnandã. Quid liber de trinitate? quid ſentit? Boetiũ damnat: Auguſtinũ alioſq; qui de ea ſcripſerunt nequaq; ſatis explicaſſe eam materiam dicit. Ipſe ſua affert quę procul a vero diſſentiant: hęreſimq; afferant minime cõtemnendã. Citetur pręterea liber de fato diuinaq; prouidentia:in quibus palam beatum Auguſtinũ/ omneſq; doctores improbans blaſphemus eſt in deũ/& nouę hęreſis auctor exiſtit. Timet. Afferat libros contra beatum Hieronymũ a ſe fabricatos. Occultat libros:non profert, mauult damnari:q; errores detegere. Timet certe pœnam:iudiciũ reformidat: ſed crimen hęreſis non effugit. Quid de vita inquiunt iudices? An eſt ut in reliquis fide reprobis:qui ſub vitæ ſanctimoniæ ſpecie in falſam hęreſim homines perducunt? Minime. vitam quippe improbam/ſceleſtam/impudicam/pernicioſam/flagitio plenã/ detractricem/ventoſam/barbaram/maledicam/ cõtumelioſam tum publice oẽs affirmant: tum veriſſimi teſtes Antonius Panormita/Porcellius/Bartholomęus fatius/Guaſpar Veroneñ. affirmant nihil illo homĩe ſtultius: nihil inſanius: nihil peruerſius: nihil imanius eẽ. ſua verba:ſui mores/ſua id ſcripta cõprobant ut alijs teſtibus nequaq; opus exiſtat. Quid ergo agendũ eſt iudices? Ferte ſententiã cõtra hoſtem Chriſti:contra omniũ detractorem:contra furioſum petulantem hæreticum:qui iam antea caſtigatus/ad vomitum reuerſus eſt:qui ſe contra Ieſum Chriſtum ſpicula reſeruaſſe teſtatus eſt: ut etiam ſuis verbis abſq; veſtra ſententia ſit damnatus. Sed adijcite quoq; veſtram auctoritatem:qua inſcius pęnas luat. His moti iudices omĩ ſententia damnant Vallam hæreſis/flagitijq; & turpitudinis vitę: eumq; ad inferos viuũ perducendũ: inq; cocyti ſtagno demergendũ: trucidandumq; infernis furijs tradunt. Lata ſententia aduocãt ſuos lictores Tiſiphonem/ Megeram/& reliquam ſororem flagellis anguinibuſq; accinctos: quæ damnatũ ſupra currum imponãt: perq; ętернę fauces ad inferos cum Salmoneo & Męzentio arrio/reliquiſq; impijs torquendũ ducant. Ea ſentẽtia Iupiter intonuit de cœlo tanq; noſtro orbe expiato ſceleſti monſtri contagione. Sed quomodo inquies nouus Hercules curru ad inferos vectus eſt qui Cerberum ſuperauit? Vnum defuit: claua illa qua monſtra perdomuit. Itaq; inermis aſini pelle coopertus/ad ſupplicium rapit: accinctus ſerpentibus & flagello tortus/ in pœnam ſuorum ſcelerum ſempiternam.

Hæreſes Vallæ.

Ab inferis damnatur.

IN L. VALLAM
LIVORIS ET INVIDIAE
TYPVS.



# POGGII FLORENTINI INVEHTIVA TERTIA IN LAVRENTIVM VALLAM

OVVM MONSTRVMMVLTIS q; ſæculis inauditum portentũ noſtra ætas conſpexit. Hominẽ facinoroſum atq; impurum ad pœnam ſuorum ſcelerum ab infernis furijs raptum/iterum ad ſuperos reuertiſſe. Finxiſſe antiquitatem tradũt: Orpheum/Herculem/Theſeum cum ad inferos ſua ſponte penetraſſent: ex tartareis umbris reuerſos. Que vera eſſe potuiſſe Laurentij Vallæ inquinatiſſimi hominis reditus ab inferis comprobauit. Illi ſua virtute letheum fluuiũ ſuparunt. hic ob patrata ſcelera ad pœnam ductus/flagitio ſuppliciũ redemit. Nam cum lata contra ipm hereſis ſententia (ut in ſecũda mea contra illum orone continet) ad tormenta ſubeũda productus fuiſſet: fama vero ſui nominis ad inferos antea eſſet delata: Vallæ nomine oĩa loca infera perſonabant: magnoq; dæmonũ concurſu ad viſendum facto/ingens tumultus/variaq; inter eos diſſenſio exorta eſt: cum diuerſę eorum mentes finem agitarent. Quidam accipiendũ iudicum ſententiam dicentes. hominẽ pernicioſum/dementem/ſceleratum/detractorem/hereticum/primum pice et ſulfure linſendum: quo flamma ignis citius inualeſceret cẽſebant. Deinde ad phlegethontis ſuppliciũ proijciendum. Non enim pernicioſiorem reum in iudicium delatum aiebant: nunq; immaniorem beſtiam laqueo deprehenſam: nunq; ſceleſtius portentũ ad inferos deſcendiſſe: non ipſos gigantes qui dijs bellum indixerunt/iuſtius/aut ob maiora ſcelera condemnatos. Quidam vero reſcindendam cenſebant eam ſententiã atq; abdicandam. Gratulabantur enim virum ſceleribus inquinatum/improbitate inſignem/perfidia ſingularem: non pedibus/ſed veluti triumphantem curru ad ſuas ſedes furiarũ agmine aductum: neq; pœna/neq; ullo ſupplicio/ſed præmio dignum videri, quoniã inferorũ cauſæ fuiſſet: eumq; ad ſuperos ad propagandam eorum ſectam ac factionem remittendam aſſeuerabant. Iudicabant quippe qui perſpicaciores videbant. ſatius eſſe hominẽ nequam/veſanum/furentem/detractorem/proteruũ: qui neq; Dijs/neq; hominibus parceret: apud ſuperos verſari diutine: quo plures ſua peruerſa ac virulenta doctrina/& lingua mordaci ac perfida inquinaret. nullum eſſe maius eorum lucrum: q; cum homo homines ſeducit ad errores. Quo fœdior eſſet: quo deterior/quo flagitioſior/quo inquinatior: eo melius/audacius/promptius inferorum cauſam eſſet apud ſuperos acturus. Se quidem neq; verbis uti poſſe: nec peccandi exempla edere: at viuos homines & verbo & opere/alios etiam bonos facilius fallere. Si eam prouinciam ſuſciperet. præcipuum illum vitiorum architectum/doctum q; hæreſis præceptorem/maledicendi iamdudum artificium eſſe profeſſum. Bonis detrahendi ſcientiam ſæpiſſime a ſe tractatam: nihil ei abeſſe/quo minus multos ſuis verbis ad eos ſcopulos impelleret/in quibus ipſe naufragium iam feciſſet. Non ergo mortem/ſed vitam peſtiferi hominis eſſe optandam. Magnum in eius vita quæſtum eſſe: cum ſc; proculdubio egregiam ſuorum commilitonum cohortem

Varia demonũ ſnia de Valla.

ſecū eſſet ꝑducturus ad inferos. Hæ voces cum undiq; percrepuiſſent: ad Sathanā
delatę / impulerūt ut dęmoniorū concilium ad exquirendas ſentētias aduocaret.

Conciliū inferorū ſup. Valla.

Tum facto decreto de conciliȷ ſententia: Vallam vocant trementem & multati
mentem: ut qui iam nō ſcopas Neapolitanas / ſed phlegethontis cruciatū ante ocu
los paratum videret. Ante tribunal conſtitutum bono animo eſſe iubent: ſe eſſe
omniū pœnam illi ſi in eorum ſectam iuret remiſſuros / teſtantur: ac ſuperis reddi
turos / ſi boni militis more ſolita ſua expeditione aduerſus fidem & homines uti
velit. Hic noſter Valla iudicium fugere / pœnam euitare / tormenta declinare cu
piens: timore exanimis ac tremens / ut vix poſſet hiſcere: ſumpto tandem ſpiritu
abunde pollicetur ſe in illorum arbitrio poſtea futurum: neq; rece…um unq; ab
eorum voluntate: & ſimul iureiurando interpoſito / fidem d… e in eorum exerci
tu boni militis operam nauaturū. Tum quidam: qui hominis perfidiam / mores /
dementiam / vitę inſtituta noſſent: concionem mouent / cautius cum illo eſſe agen
dum. Quæ enim fides haberi poſſit illi / qui iam fidem Chriſti ſui abnegaſſet: apud
quem nulla certa ꝓmiſſio / nullum ius iurandum ſanctum / nulla religio eſſet: nul
lus dei metus: nulla hominū reuerentia. Fidefragum eſſe illum / tranſfugam / falla
cem / proditorem / amentia furentem / ſubdolum: qui nil niſi ſibi detractare / argue
re / & veluti philoſophus Cynicus mordere meminiſſet. Si blaſphemus fuiſſet in
Deum ſuum inquiunt: quanto magis erit in nos niſi cauerimus. Homo eſt leuis /
proteruus / inconſtans / inſanus: ſemper detrahendi ſtudio deditus. Si bonis ma
ledicere ſemper conſueuit: quid de nobis aget: quos omes reputant malos. Ne
fallamur ergo / ab homine ſemper fallace eſt prouidendum. Collaudata ſenten
tia: ac ſilentio per pręconem facto / ſuggeſtum iubent Laurentiū aſcendere: deq;

Iurat Sathanæ.

ſuperiori loco iurare per ſtygiam paludem: ſe quæ pollicitus foret facturum. Ille
alacri animo: ut qui iam dudum culum nudum decoctorum more ad lapidem al
liſiſſet: multis verbis ut fidem ſibi adhibeant rogati / iuriſq; iurandi loco nates ſa
thanę ter flexis genibus oſculatur. Chirographa conſcribunt / quibus ſe totum in
feris tradit: utq; ipm inter ſuos deputent orat: ſe nemini illorum in male agendo
ceſſurum aſſeuerat, etenim eundem qui antea fuerit multoq; deteriorem / ſuiq; ſi
millimū ſe futurū ſpopondit. Profitetur palam ſe hęreticum fore. Verum quia pe
riculum immineat petere ſe ut aliquando poſſit templa ingredi: non orandi / ſed
fallendi gratia. quod oſtentationis loco / non religionis cauſa ab ſe fieri opinentur.
Hoc primum iuramentū quod pręſtitit Valla. Deinde ſe detractorem / dicacem
ſcurram / maledicum / inuidum / peruicacem / libidinoſum fore adhuc promittit. tū
detracturum mortuorum famæ: viuorum laudem oppugnaturum: lingua ma
ledica putridaq; aduerſus omnes uſurum: parſurūq; nemini qui aliud ſapere vi
deatur. Deniq; nullum nequā ſpiritū tot tantaſq; excitaturū turbas quot ſolus ipſe
ſi reuertatur: ubi ſuo iure inſtitutoq; detur loqui. In omi ſane nephario ſcelere ait /
& teneris ſe annis ad ſenium uſq; verſatum: ut ſi omniū dęmonū in unum ſit con
ferenda nequitia / nequaq; videat ulla ex parte cum ſua eſſe comparanda. Nemi
nem ſibi (quod improbiſſimi hominis ſignum eſſet) niſi qui iiſdem ſit moribus &
natura / ſe nemini amicum eſſe: neſcire quod vinculum / quæ ſit vis amicitiæ: cum
nullius familiaritate / nullius uſu / nullius niſi indocti aut veſani conſuetudine de
lectetur. Se ab omnibus doctis viris propter detractionem & inanem iactan
tiam eſſe odio: ut ſibi neceſſitas quædam male loquendi / derogandi / iactandi
impoſita videatur. Nec vero timeant / ut mores mutet: uſus enim in naturam

Petit a dęmonibus tria

verſus / & ad canos uſq; perductus / ſe coget in diem fieri deteriorem. Cum ma
gno plauſu vocibuſq; concio eius verba collaudaret: & in eo fidendum dice
rent. Tum Valla manu ſilentium indicens / aliqua ſe ab illis petere ait. Primum

quoniã laudis & gloriæ ſit præter modum auidus: ne minoris apđ inferos q̃ apđ
ſuperos extimaretur. Peti ab ſe: ut ſicut ipſe apud nos præclari ſtulticię triumphi
ornamento iſignitus fuiſſet: ita dignum videri apud eos ſibi aliquos in ſigno tro-
pheum ſuæ perfidię impuritatiſq; teſtem conſtitui/ quo ſui nominis fama eſſet eti
am apud illos nobilitata. Viſa res difficilis/ & quæ nulli eſſet antea conceſſa, ſed cũ
quo ceteri ad eius laudis ęmulationem excitarent/ cumulandũ tam præclarum ſi-
carium aliquo inſueto monumento aſſentiebatur. Decernitur igitur illi in orci ve-
ſtibulo tropheum ingens ſtatuaq; cuius altera manus ardentem facem/ altera ſer-
pentem hiāte. . cuius cauda collo erat aduoluta teneret: in Coloſſi modum. cum
inſigni baſis inſcrip. . e. Laurentio Vallę de inferis cõmilitoni bene merito. Tum
poſtulat: ne fraudi ſibi ſit: ſe meretriculam quam domi habeat de ſororis domo
raptam: qua cum diutius cõſueuerit: ex qua prolem ſuſceperit/ ſecum ſeruet. id-
q; eorum decreto legeq; ſtatui poſtulat. Contẽpſiſſe enim ſe mandata / cenſuraſq;
ſummi Pontificis: quibus iubebatur mulierem dimittere, ob eam excõmunicatũ
ſe ſcire: & qui ea cenſura aſtringat / neceſſe eſſe æterno plecti cruciatu. ſed omnia
cõtemnere ſe: ſi illi pœnam remittant, citius eñ animã ab ſe q̃ eam fœminã diuelli
poſſe. magnam vim eſſe amoris: qui etiam Deos expugnarit. magnum vinculũ
cõſuetudinis muliebris: maximã libidinis voluptatẽ. ut ignoſci ferriq; debeat: faſci
natum hoiem atq; inſanũ / pluris illius amplexũ q̃ Dei metũ & res cęteras omes
facere. Tertiũ id fuit qđ peteret a Valla: ut aliquo pſidio fultus ad ſupos remearet.
opus eñ eſſe ſibi ſatellitibus: quo tutior eius vita ſit ab inſidijs bonorꝫ quorũ op-
pugnator erat futurus. Data optione ut quos mallet eligeret: ille primo ſibi perfi
diam delegit: detractõem/ inuidiã/ inanem gloriã/ ꝑteruitatẽ/ fallaciã/ libidinẽ/ im-
pudentiã/ temeritatẽ/ audaciã/ iactantiã/ ſtulticiã/ mentis & corpis ſtuporẽ. qui mi-
lites ſi ſibi aſſiſtant: ſi antea malus fuiſſet/ ſe tunc multo peiorẽ fore ſpopondit. Do
cere ſe Rhetoricam artem: quã ita calleat/ ut ne Ciceroni quidem cõcedat ut ſe do
ctior in ea facultate exiſtat. Scire ſe quibus modis detrahendum ſit reliquis: quæ
præcepta dentur ad fingenda aduerſus crimina: qui loci ad maledicendũ tradant.
Noſſe probe quibus argumentis veritas impugnet: falſa probabilia videant: tra
didiſſe ſe iam prius dialecticæ & argumentandi præcepta/ in quibus ipm Ariſto-
telem ut ignorantẽ correxerit. Exercitatũ ſe præterea diutius in corripiendo/ dam-
nando/ criminando doctos & excellentes viros. Nil ſibi deeſſe audaciæ vel teme-
ritatis quin omes ſuperet exercitio ut doctrina conuiciandi. Se certe non cõmiſſu-
rum/ ut fruſtra ad ſuperos reuerſus fuiſſe videat. Plura pręterea a ſe patrata eſſe:
quorũ iudiciũ effugere nequiret/ niſi poſtulatũ ſubſidiũ prębeat. Decernunt oĩa
ad Vallę orõnem: & quidem tanq; optimo Imperatori ſolet faſces/ lictores/ et cor
poris cuſtodes quos petijt tradunt. Hoc egregio comitatu/ his ſtipatoribus circũ
datus Valla noſter/ ex infernis regnis ad ſuperos redijt: non priori illa & peruaga
ta damnatorũ via quam dimẽſus fuerat: ſed noua & inſueta. Hiatus eñ terręmo
tuſq; ingens factus eſt: quo noui monſtri partus editus videret. Adeo vero ingen
tem vaſtum ſtrepitũq; rediens præ ſe tulit/ ut ipi iam Ioui timeret: tanq; qui de cæ-
tero a tormentis tartareis ſe tutũ exiſtimaret. Ita ſceleratior/ immanior/ amentior/
ventoſior/ iactantior q̃ antea etiam ſupos hoies cõtemnẽs: tartareas furiarꝫ ancil
las rogat/ ne ſe deſerant: ne unq; abeant: ſibi opitulent: ſibi miniſtrent. Illarũ auxi-
lio ſe egere: quo facilius priſtinã atq; innatã obloquendi artem in uſum deducere
poſſit: multa ſibi denuo eſſe fingenda crimina/ dicendiq; falſo maledicta aduerſus
quendã ſuę laudis ęmulũ/ qui eius vitia detexiſſet. Illæ alacri animo eſſe iubent: ſe
nunq; ſibi defuturas iurant: modo aliqd dicat & agat carcere & ergaſtulo dignũ:
neq; eñ paruis in rebus ab illo operã conſumi oportere. Cum primũ lucem aſpe
xit/ abſterſit ocłos graues. ut hi qui ex profundo ſomno excitant; aut ex tenebris

Redit ab in feris Valla

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valla dæmō factus ad concubinam.

prodeunt in ſolis ſplendorē. Deinde domū reuerſus/congratulatus eſt multis ver
bis mulierculę chariſſimæ: quæ ipm veluti mortuū multis lachrymis comploraue
rat. Nullam rem ſibi fuiſſe moleſtiorem ait/ꝙ q; ea aliquādiu caruiſſet. nil magis
optaſſe: ꝙ ut rediret in ſuos amplexus: propterea ſe ex homīe dæmonē euaſiſſe:
abnegaſſe ſupos/& inferorū patrociniū atq; arma ſumpſiſſe. illius gratiæ iacturā
animæ abſit factam: cum ſe totum infernis furijs dicauerit: cum ſatellitem illarū ſe
Laniſtā gladiatorem fuerit profeſſus. Se tanti illam facere: ut extimatōem/famā/
honorem/laudem/decreta Pontificis paruipendenda duceret: dū[illegible]do illius con
ſuetudine uteref: & forſan hanc honoris maculam aliquādo [illegible] nomine ab
latum. Cohortatus ut tempus ferebat: mulierē libatis oſ[illegible] bono animo eſſe iu
bet: ampliorē potentioremq; ſe ꝙ antea eſſe docet: mini[illegible] oſtentat ancillas nobi
les/& ſibi admodū ſeruientes. Officiū ab ſe ſuſceptū perfici oportere ait: ne fallat
promiſſam fidem. egrediendū in publicū eſſe & docendi munus: ne ſua auctori
tas pereat recipiendū. Ita iratior/nequitior/truculentior/dementior ſolito/ Dijs ho
minibuſq; innata contumacia ſpretis: ſua illa caterua ſatellitū fultus ad vomitum

Arrogātia & ſcelera Vallæ.

reuerſus eſt. Vtq; maledicam & procacem linguam in certamē ſcurra nepharius
educeret: atq; uſitata proteruia/furibundaq; mente in ſuorū ſcelerū campū deſcē
deret: docendi/vel dedocendi potius exercitū ſuſcepit: ubi facilius adoleſcentū ani
mos & doctrina inani & moribus obſcœnis poſſet peruertere: ubi abunde ſe prę
cæteris extollendi/ſuam ignorantiā oſtentandi/omibus detrahendi ſtudio uteret.
Aeſtuat interim: odio debacchaf mentis inops: furit amentia: urgetur inſania: ob
loquitur vaſti hoīs audacia: redarguit omes: neq; ſuam viliſſimā doctrinā iactan
di/neq; de ceteris male ſentiendi ullum ſibi aut modū/ aut finem ſtatuit. Scelerum
memoria vexat hoīem: conſcientia malorū vexat: ira mentem p̄cipitem agit. Exi
ſtimat linguæ procacitate vitæ ſordes poſſe diluere garrulus/loquax/ impudens/
conumax/importunus. Ad ſe omes veluti doctrinarū fontē (ita em̄ ſe appellat)
ire iubet. ſe omniū artium liberaliū doctiſſimū/& veluti magiſtrū naturę & morū/
inter ſtultos hymnū licenter iactat. Sibi datum eſſe ſoli ut poetarū ſenſa/Rhetorū
præcepta/philoſophorū doctrinam/omniū artium facultates explicare queat: cę
teros inanem eſſe fabellam: nil ſcire: nil neq; legendo/neq; dicēdo prodeſſe: ſolum
ſe diuinitus veluti e cœlo demiſſum/ac Deorū munere datum/ qui lucem menti
bus traderet: reliquos infantes eſſe/rudes/inſcios latinæ linguę: aurea ſua verba/
& magnipōderanda furibundus detractor predicat: & ſe priſcis viris doctiſſimis
comparandū. Hortatur diſcipulos ut ea mentibus infigant: quo longius ſerpant
ignorantiæ ſuę radices. Flabello linguæ utitur: non ad abigendas quæ aures ſuas
circūſonant muſcas/ſed ad audientiū mentes ab omi vero ſenſu auertēdas/& ſtul

Doctrinæ eius profectus vanus

ticiæ doctrinam propagandā. Tanta eſt autem impuri ganeonis auctoritas & do
ctrina: ut ſe audientes ita inſtruat/ut vigentes ingenio ſtupidos atq; abſurdos effi
ciat: ſtultos reddat inſanos: doctos inſcios: qui audiunt ſurdos: loquētes mutos cō
ſtituat & elingues. Diſcipulos ita docet: ut in fęce ignorantiæ demerſi eſſe videan
tur. Deniq; multo plura nepharie agit & cogitat ꝙ ſit inferis policitus. q̄ in re opti
me fidem datam obſeruat: quo aliquādo verum dixiſſe videaf. Ne autem a priſti
no ſuo detrahendi uſu deſtitiſſe putetur: me ignorantiæ arguit: ſuam illam inſulſ
ſam contra me atq; inanem fabellam per plateas tanq; veteris teſtamenti tabulas
circūfert/veluti viliſſimus pharmacopola: legitq; paſſim omibus ſuæ ſtulticiæ ar
gumenta: ita impudenter ſe extollens/ut riſum moueat etiam triſtioribus ac ſeue
ris. Multi ſpeciem furentis ac dementis ſe intueri opinanf. Neq; id iniuria: furibū
di quippe & veſani more prolabif. Agitur em̄ pręceps vir amplius & a mente de
ducif propter multa quæ nepharie contra Chriſti fidem ſcripſit. Rapitur in amen
tia/ob religionem noſtram ab eo impie contentā ac violatam. Exagitant ipm furo

re atq; amentia tot homines excellētiſſimi/quos ore inſano & fanatico capite tam
impudenter & temerarie rephendit ac damnat. Debilitant cerebrum volatile in-
uidia/proteruia/& innata iactantia illa atq; effrẹnata qua ſe in om̃i genere doctri-
næ & viuis & mortuis anteponit. Manes illorũ quorũ memoriam & laudem hic
veſanus helluo impuro ore vexauit/hoĩem ĩmani natura præditũ/ conſiſtere aut
quieſcere non ſinunt:eumq; per triuia/compita & plateas inſanorũ ritu declama-
re/& contra me veluti illorum defenſorem latrare compellunt. Cohors prætere
illa præclara quam ſecum ab inferis duxit/ audaciam atq; animũ perditũ ſubmini
ſtrat:ſtimu[illegible]gitat:obloquẽdi ac detrahendi materiã ſubminiſtrat. ut cum eum
quis viderit lu[illegible] legentẽ/illaq; auribus hominũ inculcãtem/& ut ſe audiant
ſupplicantem:nihil [illegible] inſano & furioſo dementi exiſtimet differre. Cõtemnit:de-
ridetur:oculo hilariori aſpicitur tanq; bubones ſolent / cum in conſpectũ hominũ
producunt. At ille cõtemnit omniũ dicta & ſibi blandit. Dicit nullam tenere me Poggiũ ĩ
aut noſſe dicendi artem:floſculis verborũ delectari : in quibꝫ nulla inſit grauitas/ quo arguat
nulla doctrina/nulla ſcribendi elegantia. Se vero multa in philoſophia ſcripſiſſe:
explicaſſeq; quæ Ariſtoteli fuerint ignota. Alberthum magnũ neſciſſe philoſophi
am/& in multis erraſſe dicit:& neq; in philoſophia/neq; in theologia/neq; in diale-
cticis quicq; ſenſiſſe. Boetio nullam tribuit doctrinã:& de trinitate/ deq; libero ar-
bitrio male ſenſiſſe ſcribit. Theologum ſe adeo doctrinę opulentum/ut Auguſti
num/Hieronymũ non recte ſcripturam ſacram intellexiſſe aſſerat:om̃eſq; malos
interpretes fuiſſe:Hieronymũ præſertim. de cuius in traducendo erroribus libellũ
ediderit impudentiſſimũ. Muſicum ſe affirmat:ut quotidie domi cantitet. In ma-
thematicis ita ſe eruditũ/ut facillime dimetiri cœlos poſſit:numerũq; ſtellarũ trade
re. Nam iuri ciuili pluribus annis operam dedit. quod adeo ut rem leuem cõtem-
nit:ut illius arcana melius ſe noſſe iactet q̃ cõmentatores illi qui adeo laudantur.
Deniq; arcam Noe ſe eſſe fatetur:in qua genera non ferarũ/ſed ſcientiarũ ſingula
ſint recluſa:ad quæ pandenda non coruo/non columba opus exiſtat. ſe em̃ in ſic-
co verſari ſolitum:& in aqua natare poſſe : ut aliorum patrocinio nequaq; egeat/
ad effundenda viſcera muſarũ/quas ſingulari prẹlio ſuperarit. Ego illi hanc pal-
mam tribuo:ut ſit plus q̃ græculus eſuriens qui deſcribit a Iuuenale. Do illi rerũ
omniũ inſcitiã. ſcientiã volui dicere. Non inſiſtã in his criminibus quę Ciceroni ap
ponit recenſendis. ſunt em̃ pene infinita. Id om̃ibus conſtat: Laurentio vallæ mu
ſarum/vel muſcarũ potius alumno/ Marci Tullij artem dicendi & eloquentiã nõ
placere. Opinatur fatuus ille furibundus:ſe quod ſibi perſuaſit & cæteris ſuaſu-
rum/ut priſcis om̃ibus doctiſſimis viris & ſcientia rerum omniũ & eloquẽtia prę
feratur. Nunq; ſcripſit Cicero ſua ſcripta eſſe aurea:nõ ſe comparandũ illis priſcis:
non ſibi laudem ĩmortalem comparaſſe:non philoſophiæ filium eſſe:non ſe om̃i-
bus quos noſtra ætas protulit præferendum. prout hæc inſulſa & fanatica beſtia
de ſeipſa tum verbis tum lr̃is cõmemorat. Nam Vergiliũ quemadmodũ tractet
norunt qui illum audiunt:non legentẽ/ſed garrientẽ ut nutrices apud pueros con
ſueuerunt. Ait multa ſe in eo errata a ſe aduertiſſe:quæ alijs fuerint ignota: multa il Vergilio
lum perperã ſcripſiſſe quę ſi vixiſſet fuit emendaturus. Receſerem multos locos a maſtix Val
Valla rephenſos/niſi nauſea referendi ſtomachũ moueret. Cõphendi tamẽ ho- la.
minis amentia & ſtulticia poteſt:qui adeo furiat/ut & Vergiliũ poeſi improbet/
& eloquẽtia Ciceronẽ. Sed obtempat moribus ſuis : utitur officio ſibi demãdato:
adminiſtrat prouinciam traditam:ne fruſtra ab inferis rediſſe/ne bñficij collati im
memor exiſtimet. Nam priſcos om̃es ſpernit ut abiectos atq; inſcios viros. Se nõ
repertorẽ/ ſed correctorẽ omniũ liberaliũ artium fronte illa rugoſa profiteri non
erubeſcit. Quæ om̃ia ſibi tribuenda cenſeo:dũmodo fanaticũ ſe eſſe illis laudibus
adijciat:proteruũ/ſtultum/dementẽ/ veſanũ. Nam quod ad me attinet: non repu-

gno quin me ut inſciũ culpet linguæ latinæ: ut cæterarũ rerum ignorantem: dum id fateat: mihi ad hanc diem plus ignorantiã ad laudẽ & gl'iam cõtuliſſe/ q̃ illi pro fuiſſe doctrinam. Verum quid de me loquor? Duos linguæ latinæ principes ut diximus: alterũ oratorem/ alterum poetam legere palam cæpit: quo illos ſuo mo-

ĩ Ciceroẽm re/ loquacitate ſolita vexaret. Dicit Ciceronẽ non recte dixiſſe: qui ſcripſerit in pro emio librorũ ad Herennium. Et ſi negocijs familiaribus impediti: non enim tm̃ fa miliæ negocijs/ ſed multo magis rebus publicis erat impeditus. Itaq; familiaribus & publicis negocijs ſcribendũ fuiſſe ait. In philoſophia cõſumere cõſueuimus/ Ci cero ait, non cõſueuimus/ ſed decreuimus ponendũ fuiſſe/ aſſerit nouus cerrus no ſter loquax. Deniq; in ſingulis paginis aut in arte dicendi/ aut in [illegible]is latinis non recte poſitis multa Ciceroni vitia aſcribit: & melius ſuo m[illegible]o ſcribi debuiſſe pro clamat. Aſſerit eum primũ oratorem fuiſſe: ut non mi[illegible]m ſit/ ſi in multis errauit. Quintilianũ vero poſteriorem ideo longe pſtantiorẽ extitiſſe Cicerone: inq; mul tis illum correxiſſe. O quanta eſt furentis beluę cæcitas. Vbinam didicit Tullium primũ fuiſſe oratorem? Dicit more inſani: ad firmandã ſtulticiam quicqd temere opinat̃. Sed ubinam reperit Tulliũ primum oratorẽ fuiſſe? cum Craſſus/ Cæſar/ Antonius/ quos in libris de oratore tantope laudat: Gracchi quoq; & alij plures/ quos in Bruto nominat/ ſummi pręclariq; oratores antea extiterint. Neq; vero ex iſtimo hoc illum ignorare/ ſed mendacem eſſe: & tanta hoīs peruerſitas eſt ac per uicacia/ tanta detrahendi cupiditas: ut inconſiderate/ improuide/ impudenter ver ba efferat ad aliorũ ignominiã fabricata. Neq; ſemel aut priuatim/ ſed quotidie ac publice nouam calumniã componit. Legit publice nõnullas ep̃las Ciceronis in quibus illum emẽdans. Non inquit culpo Ciceronẽ: ſed hoc & illud melius/ elo quentius/ latinius dici potuiſſe affirmo: & ſua egregia verba/ quæ Ciceronis ver bis præferẽda exiſtimat/ in medium profert. Quid ad hanc inſanam temeritatẽq;

In Vergiliũ iactantiã/ ſtulticiã/ petulantiã addi poteſt? Idem in Vergilio oſtentat. arguit mul tos verſus dici venuſtius & eloquẽtius potuiſſe. ſed non cõficit nouos: neq; quicq̃ de ſuo apponit prout in Cicerone emendãdo conſueuit, aſſerens non poetam eẽ ſe/ ſed oratorem: ſatis eſt em̃ pronũciaſſe ſibi in ea parte Vergiliũ minime placere. Magna viri auctas/ magna grauitas/ magna doctrina: & hæc oĩa pinguedine ce rebri condita & ſale. Sed difficillimũ eſt mutare morbos animi inueteratos. Cõſe nuit nequiſſimus rabula in arte maledicendi: exiſtimans aliorũ detractionẽ in ſuã laudem conuerti. Sed nimiũ longe a recta via aberrantem illum ducit inſania. Ca put illud ceruinũ/ cicadis repletum/ diſcurrere amentis more corpus inane cõpel lit. In triuijs pędagogulus diſputat/ in corona ſui ſimiliũ/ de quæſtiunculis ineptiſ ſimis: equus mei/ non meus dicendũ eſſe cõtendit: ac non ſibi/ non illi, & cætera his ſimilia portenta ſcribendũ teſtat̃ quę dediſcenda eſſent ſi quis ea teneret memorię. At obſcœniſſimus bubo in ſua garrulitate gloriat̃. Sed iam mores hominis noti ſunt: iam tenent oẽs ferme docti quanta ſit ſtultiſſimi portenti proteruia/ quan ta iactantia. ipſemet enim ſuę dementiæ teſtis eſt digniſſimus fide. Permulta alia eſſent de huius inſani monſtri furijs inferis exagitati iam gloria/ loquacitate/ per uicacitate/ vecordia explananda: ſed ne faſtidio ſim legentibus in aliam orõnem conijcienda ſeruaui: cuius ſcribendi copiam ac facultatẽ eius inſania ac ſcelera ſup peditabunt.

Quarta Poggij Inuectiua in Vallam comparí non potuit, ſtudioſus lecto[illegible] [illegible]epertam eam hoc loco ſituabit, ad perfectonem operis Poggiani.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# POGGII FLORENTINI INVECTIVA Quinta in Laurentium Vallam.



EGo tibi gratias quas mereris: & uberiores referam
demētiſſime Valla: qui tua non apologia ut appel-
las/ ſed morologia nō quidē me excitaſti a ſomno/ Apologia.
ſed mea ſpōte currētē tuo turpi cōuitio/ tuis buba-
linis mugitibus incitaſti. Repreſſior tamen paulo
fuit ac breuior ſtulticia tua ꝙ fuerit i prima tua cō-
greſſione. Nunc aliquanto lenior ad paruū opuſcu-
lum/ tanꝙ ab exhauſto cerebro profectū/ tuæ de-
tractiōis inſaniā redegiſti/ veterator peſſimus: qui
oēm agendi rōnem/ & ſcribendi verecundiā/ & di-
cendi pudorē tanꝙ abiecta meretrix inuulgatūq;
ſcortū abieceris: ſola temeritate/ iactantia/ & male
dicendi licentia cōfiſus triūphaſti. Antea nouo mo-
re nobilis Imperator non die/ ſed noctu: nō deuictis hoſtibus/ ſed virtutibus pro-
ſtratis: non de prouincijs/ ſed adoleſcētioribꝫ a te ſubactis: nō curru vectus/ ſed ca-
pra Amalthea: quā tibi parens Iuppiter ſubminiſtrauit: redimitus tempa non lau-
ro/ ſed urtica: ſtipatus nō tm̄ militibus tuis illis priſcis/ quorū opera inſigne tibi tro-
pheum apud Neapolim compaſti: ſed turpitudine & impudentia/ nūc ſecūdi triū-
phi mlto illo clarioris ut opinor rōe excogitaſti: ut de lingua latina atq; cōpedibꝫ
aſtricta/ quę & hirco iūcto curru triūphares. Id ut dignitate exercitus nobilitarer:
duos cōmilitones pari eloquētia & doctria pditos/ cocū vicꝫ & ſtabulariū neſcio Cōmilitōes
quos tua diſputatiōe dignos in bello qd' aduerſus me moueres tibi adhibuiſti. Vt Vallæ.
coquę nidore/ ſtabuli fętore ad tuū ſpectaculū hoīes excitares. O pclarū triumphū
coqui & ſtabularij opa partū. Hic elucet ingenij tui acumen/ dicendi ars/ & doctri-
na rerum multarū inſignis: ut duorum nequiſſimorū ſeruulorū auxilio ad id bel-
lum deſcenderes ex quo eſſes triūphaturus. Quātis optime in tuo ope taliū mer-
cennariorū cōditio quadret. Non em̄ niſi fanatici/ ſtulti/ temerarij/ ſermone grauio-
res perſonę admiſceri debuerūt: ſed in turpi cauſa turpiores cōcertationes colloca-
ri. Virū profecto triūphalem etiam poſſumus appellare: qui iam bis tā magnifi-
ce triūpharis. Verū ut ad tuam ſatyrā ne/ an tragoediā appellem reuertar: diffiſus
ullam verbis tuis fidem adhibitū iri: cantilenā quandā inconditā/ ineptā/ inſulſam:
ſine ſale/ ſine ſapore/ Guarino iudice inſtituiſti. Et quia eius ſententiā timeſcebas:
adhibuiſti ei duos præclaros collegas tibi moribus & conditione pximos: quorū
aucte mouerer/ ſi qua in re forſan titubaret: coquū ſcꝫ & ſtabulariū tuū. ut verbis or-
natis & ſentētijs grauibus patroni doctrinā redoleret. Quanꝙ in utroq; mendax/
iactabundusq; fuiſti. nunꝙ em̄ coquum domi/ nec coquū niſi cōmodatū habuiſti.
Qua in re culpā refugiens/ finxiſti græca noīa: cum tuorū referre non poſſes. Nul-
la em̄ pars tugurij tui frigidior eſt culina: ex qua nunꝙ fumus egredit̄. Neq; ve-
ro tibi equo opus unꝙ fuit: neq; alio ſeruo. Quis ergo fuit Laurētij coquus? Val- Coquus &
la? Quis ſtabularius Vallę? Laurētius. Quis Laurentij & Vallæ lixa? Idem Lau- ſtabularius
rentius Valla. Cum ergo Laurentiū & Vallā dixeris: ſtabulariū/ coquū & lixam/ Vallæ.
& ſeruulū nequiſſimū noīabis. Quid em̄ tibi utilis coquus fuit; qui caſeo/ caſtane-
is/ nucibus/ cruda ſuccidia more ſoricis miſerū victum trahas? Quid tibi equo ca-
renti ſtabularius profuiſſet? Quanꝙ haud iniuria coqui mentionē feciſti/ auitę ar-
tis memor: cum audierim auum paternū Placentię coquinariā artem non vulga-
rem exercuiſſe. tibi quoq; in caſtris regijs ut accepimus/ culina fuit aliquādiu exer-
citium adeo illuſtre: ut inter ſalſamentarios primū locū teneres. Quare cum tibi

Regis gratiam conciliaſſes:reliqui coquinæ officio intenti ob inuidiam credo/ neſcio quã turpitudinẽ præferentes/te culinę miniſterio priuarũt. Exiſtimo te in alio apologo quẽ fabrificabis itidẽ notę artis collocutores ſumpturũ:ad Traſonis alicuius tui ſimilis ac lenonũ/ caponularũ/lanionũ/tabernariorũ auxilia cõfugiens:quibus ſæpe & perdita & ſalua re profuiſti. Sed græcę linguæ ( ut te appellas ) antiſtes/quõ apologiã inſcribis tuam dicacitatẽ: quod cum defenſionẽ deſignet:tu nõ defenſione uteris/ſed turpi cõuitio:& obprobrio petulanti me perſequeris ſcurra nequiſſime. Verum redeam ad tuos collocutores. Optimo tu qdem cõ[ſi]lio nebulo/coquinarię improbiſſimos ſeruos tuæ ſtulticię auctores teſtes [pro]batores eſſe uoluiſti:ut uiliſſimus aſellus uiliſſimorũ aĩaliũ patrocinio uter[etur]. [S]ed cum Guarini uicem doleo:quẽ turpem reddis turpiſſimorũ ganeorũ cõ[ſortione]. Reliqui qui ſapientes habiti ſunt/ſuis dialogis adhibent pſonas gra[ues] [&] aliqua ṽtute notas:ut etiam leuiuſculę res colloquentiũ dignitate grauiores eſſe uideant̃. Tu ſane prudẽtior/beſtias tibi ſiles adſumpſiſti:quæ ſua abſurditate tuam turpitudinẽ repſentarent. Laudo in hoc prudentiã tuam:qui cũ detrahendi mentiendiq; artem pfeſſus eſſes:noluiſti alicuius probi uiri præterq̃ Guarini auctẽ abuti in hoc tuo uiliſſimo officio maledicendi. Qua in re ſcio Guarinũ tibi malas gr̃as habiturũ ac redditurũ qui eum iudicẽ in cauſa honeſta quæ inhoneſtioribus teſtibus agereť inſtitueris. Sed credo te ob amicitiã/q̃ eſt ei tecũ pcipua:uoluiſſe illum hoc tuo honore iudicij reddere nobiliorẽ. Quid amplius ageres ſi illi eſſes palam hoſtis:quin ut illum ſocium adiũgeres in aliqua cauſa ſeruulis neq̃ſſimis/qui cũ ſuo patrono in crucẽ tolli mererent̃. Magna pfecto uis eſt cõſciẽtiæ:quæ cõpellit ſæpius reprobos uiros ſuorũ ſcelerũ diuerticula cõminiſci ita inſulſe qñq;/ut excuſatione in puaricatoris crimen incidere uideant̃. Cũ teſtiũ noĩa finxeris:cur non iudicis ficti ciũ induxiſti? An/ne oĩa mendacio cõphenſa uiderent̃? Quid ad Guarinũ abſentem confugiſti? Cur non de pſentib' in curia docto alicui uiro tui iudicij ptes demãdaſti/ fanatice nebulo? Veritus es:ne nõ ṽbis/ſed fuſtibus reprimeret cõtumeliã tuã. Qua quæ põt eſſe maior:q̃ cũ uir doctiſſimus oĩq; laude digniſſimus inter abiectiſſimos atq; ſtultiſſimos ſeruulos in cauſa obſcœna cõuitiorũ & dementię plena/iudex ganeonis arbitrio cõſtituat̃? Ad abſentẽ igitur cõfugiſti prudentiſſimũ ĩprudens/modeſtũ importunus/probũ improbus/ueracem mẽdax : qui reprimere nõ poſſet ſua pſentia tuam temerariã proteruitatẽ. Quis em̃ ex pſentibus ęquo aĩo ferret tuã ſpurcã dicacitatẽ ſuo noĩe expſſam? Eueſtigio mihi crede / meritã gr̃am retuliſſet quiſquis eſſet ſpurco ore prolatus. Hoc tu ueritus:ne pſens pſentem caſtigaret:ad eum diuertiſti quẽ prius ignominia afficeres q̃ poſſet ignominiã illam expoſtulare. Sed ut rem loquar ex animi ſnĩa:honorẽ ſatis pfuſum atq; exquiſitũ tribuiſti Guarino:cuius ut auctẽ augeres/addidiſti & aſſeſſores ptorios credo/aut cõſulares:alterũ coquinæ fętore ac fumo obſoletũ/alterũ in ſtabuli ſordibus uerſatum. Reddidiſti Guarini nomẽ celebre atq; inſigne:qui in hac tua ueluti triũphali pſcriptione ſortitus fuerit tam pclaros tuæ artis Imꝑatores. Aget tibi ſane ingentes gr̃as licet/pro hoc tam nobili ingr̃atu quo eius uitam inſignire uoluiſti. Magna pculdubio tua eſt liberalitas: qui ita profuſus in mãdandis fuiſti honorib':ut ueluti prodigus inſaniæ culpari queas. Verũ relinquo Guarini prudentiæ qd de hoc tuo iudiciario munere ſentiat diſcutiendũ. Ego haud leuiter fero:hoĩs mihi amiciſſimi famã tua ſtulticia maculatã. Quid em̃ ſi te illi inimicũ profiteris? ãplius faceres q̃ ut hanc infamiã ei iniungeres/ut inter ſtabularios & coquos de rebus uiliſſimis diſceptantibus iudicem cõſtitueres:q̃ eũ ut aperte mentiri faceres:q̃ ut falſo & p ſummũ ſcelus Guarinũ hoiem caſtiſſimũ / uirum ſibi amiciſſimũ/ a uiliſſimo ſcurra calũniari patereť. Non paruo illum dedecore afficis/ cum uiliſſimis mecennarijs diſceptantibus iudicem adhibeas. O ceruix perdura & aſininũ caput buba

Apologia.

Guarinus cãę iudex

lina pinguedine refertū:hoc eſt ꝑfecto qđ eſt ad me delatū:te anteq̃ ad tuā apo-
logiam vel cacologiā potius accederes fabricandā:et ingeniū argutius redderes:
ut aliqñ aliquid ex inſulſo capite ſurſum prodiret: uti ſolitū pluribus diebus cibis
exquiſitis/ id eſt carnibꝯ ouinis:ad ꝑparandū mentis acumen. Eam cām tam ꝓclarę
inuentionis/tanti triūphi/tam grauis occaſionis ferūt:quam ego refellere non au-
deo.Nolo pugnare cum tam egregijs triūphi coadiutoribus. Nolo ſecūdi trium-
phi decus ex tali victoria partū impedire:quin potius tertiā triumphandi materiē
ꝓbere:quo tua clarior atq̃ illuſtrior fama fiet.Equaberis Pōpeio/Cęſariq̃:qui ter
triūpharunt. Et ſi recte cognoui:virtute tua quartū ages triumphū: ut vere triū-
phator appe[illegible]ri merearis. Nam triumphū a me tibi decretū ex annalibꝯ delebo:
poſtq̃ non mea/[illegible] tua opa partis triumphis videris oblectari. Tuus tamē trium
phus exilis eſt:nullo o[illegible]atu/nullo comitatu/nulla pompa celebris: ſed deſertus:
ornamentis vacuus:ſolis [illegible]bꝯ cōmilitonibus tuis inſignis. Cęteriq̃ erunt etiam
mea impenſa celebriores. Sed ut ad tuam ridiculā fabulam reuertar. Dicis te triū-
phaturū de hoſte/qui ſe victum fatet̄. Quō ergo ſi victus eſt contra te ſcribit? So
lent victi loco cedere. Sed ex q̄ttuor meis orōnibus non me cedentē ut ſomnias/
ſed ut inſtantē urgentēq̃ cognoſces. Lege diligentius tres poſt primā contra tuam
dementiā ac iactantiā orōnes meas:& aliqñ ab ebrietate languidū caput extolle.
Tunc intelliges an me profitear victum:an cedam iguaro Traſoni militi glorio-
ſo:an tibi ex ea victoria cenſeas triumphandū. Ais te meam ſecundā orōnem (ut
appellas inuectiuā) non vidiſſe. Qui ſcis ergo me tecum diſputare nō ratiōibꝯ/
ſed obprobrijs & cōuitio? Vnde q̄ a me ſcribunt̄ cognoſti neq̄ſſime nequā? Vo-
luiſti iterū more priſcorū ut ais Romanorū triūphare de epl'is meis. Vbi ſtultiſſi-
me rabula/ſiſis triumphi morem apud priſcos legiſti? ubi de verbulis latinis triū-
phum actū audiſti? Sed pari dementia & iactantia ſcribunt̄ a te oīa. Sumis epi-
ſtolas Nycholai quarū errores accuſas. In quibus diluendis non verſabor: ne tibi
ꝓpriam triūphi dignitatem. Sed o non oīs/ſed pecus ignauū:quo pacto noſti il-
los quos affers errores meos eſſe? qđ ſi negem:q̄bus argumentis/quibuſue teſti
bus ꝓbabis? Codicibus credes quos legiſti. At eos corruptos eſſe dicā nō mea/ſ3
librariorū culpa. Maior tua nequitia:qui ut cauſam nanciſcereris rep̄hendēdi [illegible]epi
ſtolas corrupiſti. An neſcis fanatice ganeo:etiam M. Tulliū Ciceronē conq̄ri codi
ces latinos ſuo quoq̃ tempe mendoſe & legi & venūdari? Vt mirū nō ſit in tanta
ignorantia/in tanta librariorū inſcitia meas epl'as eſſe corruptas. Multæ quippe
ex meis epl'is ad me ſunt delate ut illas corrigerē:q̄s ita mendoſe ſcriptas reperi/ut
a priori forma & venuſtate eſſent penitus īmutatę:ut vix pro meis recognoſcerē.
Ita nequaq̃ mirū eſt videri:multa minus recte cōſcripta:quæ ego etiā nō probo.
Sed ea quæ tu quoq̃ improbas/oſtendent̄ a me & more priſco & recte latineq̃ di
cta:ſi vellem cum pharmacopola quodā in triuijs diſſerente: cū inſulſo ac dicaci
rabula de ꝟbulis cōtendere:ſi eſſet aliq̄ diſceptādi ratio libero hoīe digna. Id tñ di-
co:me ſolū ea probare quæ improbent̄ a Valla:cuius ſtulticia/dicacitas/mentis le
uitas iam cępit radicitus ſerpe latius q̃ opineris. Iactitas inepte nimiū paraſitaſter
Traſo noſter:victum me profiteri/quia nō reſpōderim ineptijs tuis. Reſpondi re
ſpondi inquā ubi in probra vitę & morū proſiluiſti: ut oēs noſſent penitus q̄lis
eſſet Laurētius Valla. De me nihil egi:ſatis notus ſum domeſticis & externis. Te
detractorē impudentiſſimū / qui domi foriſq̃ res egregias bello & pace geſſeris/
haud ignotū volui eſſe his qui tuam iactabundā ſtulticiam non agnorunt. Tecū
de verbulis decertare nolui:relinquēs virorū doctorū iudicio quid de me ſentiant:
quid tribuant tibi/quid mihi. Quę eñ mihi laus eſſet:certare de latina lingua cum
barbaro:de doctrina cum ſtulto:de vitæ moribus cum improbo: de prudentia cū
veſano:de facultate dicendi cum petulanti rabula & furioſo: qui ſibi laudi ducat

Triumphis irridet.

Errorū ſuorum excuſatio.

Non ſe victum eſſe.

Arrogãtia Vallæ

detrahere oĩm ſuperiorꝫ doctiſſimorꝫ virorꝫ laudi & doctrinę:qui quotidie & qui
dem publice Ciceronẽ in Rhetoricæ ꝓceptis redarguit:eloquentiã increpet:in ar
te oratoria culpet:qui Ariſtotelẽ & cæteros græcos/e noſtris Alberthũ magnũ/ &
Thomã Aquinatem ut ignaros philoſophię reprehendat:qui beatũ Hieronymũ
& Auguſtinũ duo fidei noſtræ luminaria/ male de doctrina chriſtiana ſenſiſſe ſu
is prophaniſſimis vocibus & ſcriptis dictitet:qui oĩs hiſtoricos/poetas/gramma
ticos inſectet:qui in ſella illa triumphali ex qua adoleſcẽtes alloquit/ profitet ſe ta
lem inter philoſophos eſſe qualis Hercules inter hoies extitiſſet: qui ſe unicũ do
ctrinarũ omniũ veriſſimũ doctorem appellari poſſe teſtetur:qui tanta ſit inſania/
ut ſe alterũ Herculem appellet? Si furore/ſi dementia/ſi proteruit[illegible]/ſi iactantia
Hercules præditus fuit:fateor te pluſq̃ Herculem eſſe:plus [illegible] Cerberum eſſe ad
cuius expugnatõnem non uno/ſed pluribus Herculib[illegible]us eſſet. Non igitur
moleſte feram mihi detrahi ab eo qui eſt detractor [illegible]iũ ſacrilegus. Scribit pe
tulans atq̃ inſanus aſellus: nolle cum maledico cõtendere de maledicentia/ſed
virtute. Nempe ſi vitium eſt virtus: mecum de virtute non cõtendes ſolum/ſed
ſuperabis: in triumphũ duces. Sed q̃ bene ſibi conſtet circũuallator noſter ſtatim
oſtendit:cum probro & turpitudine utitur non in meã contumeliã/ſed ſuam:neq̃
id ſemel/ſed in ſingulis pene v̾ſibus:ut ſuam modeſtiã cognoſcamus. Eſt natura ne

Occaſio inuectiuarꝫ.

quiſſimorꝫ hoĩm ac dementiũ:ut qđ v̾tute ac rõe nequnt/cõuitijs/obprobrijs/ma
ledictis ſe aſſequi putant. Ea rõne veſanus ganeo proſequit inſtitutũ ſuũ antiquũ.
Cum primũ epl̃as meas carpſit:finxit ſpuriũ quendã adoleſcentẽ ſacerdotis filiũ:
quem in ſuã conſuetudinẽ pellexerat:ut meos ait errores notaret. Qua cauſa cõ
motus/nõ tuli contumeliã Traſonis ſpurciſſimi:ſed par pari retuli:cum tu illis in
ſignibus tuis tribꝫ meę orõni r̃ndiſti:& ubi de doctrina agebat ad probra vitę de
ſcendiſti: tanq̃ in ꝓpugnaculũ tuũ. in qbus es nimiũ petulant euagatus. Tũc ego
paulũ ſcđa orõne furorẽ tuum & maledicẽdi licentiã compſi: ita ut in tuis caſtris
meę copię verſarent. Prima orõne mea (ſæpius eſt eñ repetendũ) ſtulticię trium
phus tibi decretus eſt. Scđa triumphali curru tanq̃ hæreticus ad inferos es deue
ctus. Sed nõ cõtentus honore tuis v̾tutibus impẽſo:ipe tuo ſumptu/tuo appara
tu primũ & ſcđm triũphandi ius tibi nullo ſenatuſcõſulto/ nullo ppl̃i iuſſu aſſum
pſiſti. Deinceps tertio triũphabis ſum̃o cũ honore & gl̃ia. Relatũ eſt eñ te magno
exercitu vitiorꝫ cõtra me bellũ moturũ:copijs nõ militũ/ſed mendaciorꝫ aduerſus
me uſurũ:ut tertij triũphi laureã merearis. Sed qđ opus eſt hoc inani labore & tot
copijs me aggredi:cum ſcribã me a te ſupatum tibi victoriã cõceſſiſſe? Quid atti
net cũ totiens victo ꝓlio decertare? Sed victũ me fateor:cur non a bello abſtines?
quid inſeq̃ris? quid es moleſtus? qđ tot v̾ba incaſſum fundis? Olim me cõuitijs la
ceſſiſti:ingredi voluiſti certamẽ mihi moleſtũ & minime neceſſarium, oportuit repri
mere impudentiã tuę dicacitatis. Itaq̃ poſtq̃ intellexiſti me infantẽ:deueniſti ſcđo
ad q̃ſtiunculas grãmaticales v̾borũ turpitudine admixtas:ut nõ videreris oblitus
exercitij tui. In qbus ſi ociũ eſſet/multis teſtibꝫ cõuincerem te oĩm ſubtiliſſimũ qui
viuant. Quanq̃ difficilimũ ſit diſputare cũ ſummo grãmatico/ oratore ad dicendũ
parato/phõ acuto ad diſputandũ/& oĩm liberaliũ artiũ ut aſſeris architecto:cum
eo qui ſe tanti dicat/ut v̾bis ſuis tanq̃ Pythagoras ſtandũ ꝑdicet:cũ eo ( dicendũ ẽ
eñ ſæpius ) qui Ariſtotelẽ in phĩa/Ciceronẽ in arte oratoria rep̃hendat. O demẽ
tiſſime rabula:qs unq̃ ſtultus tam fuit in amentiã profuſus ac ꝑditus/qui Ariſto
telem ꝓter Vallã in phĩa reprobaret? Quis unq̃ ꝓter Valleã ſtulticiã Ciceronẽ in
dicendi copia & elegantia culpauit? Solus Valla turpis nebulo ſingulis ferme di
ebus Vergilij carmina & Ciceronis dicta rep̃hendit. Alterius ut parum diligentis
poetæ:alterius ut parum cõpti oratoris/& parũ in artis Rhetoricæ ꝓceptis inſtitu

ti, Vnde nam tantam doctrinã inſulſa pectus exhauſiſti: ut tibi omes priſcos viros
tua loquacitate ut inſcios rephendas? Nimiũ profecto Dei patiẽtia quãdoq; in cœ-
leſtibus viris obdormit: cum eos tamdiu ſinat impunitos. Sed impia mens / exul-
ceratus in ſcelere animus nequaq; tormento caret. Scelerum conſcientia torquet
impios: animi ſordes exagitant impuras mentes: in quibus extincta virtus locum
& vires vitijs præſtat: ita ut impij ſua mala minime recognoſcant. Pendit pœnas
Valla noſter cum conſcientiã amiſit: cum iudicij diſcrimen perdidit: cum ſuę men-
tis morbos ignoret. Dat ſuperis dijs & inferis pœnas ſatis amplas: cum beati Au-
guſtini doctrinam reſpuit: cum eius dicta cõtemnit: cum cæteros doctiſſimos vi-
ros damnat: cum contra beatum Hieronymũ virum ſanctiſſimũ ac doctiſſimũ li-
bros profanos ... ut ait erroribus edidit: cuius mille amplius annis purũ / im-
maculatũ / ſanctum nomen ab hoc nouello tanq; ex terrę putredine nato fungo
violatur. Tum in grammaticis culpat: tum linguam latinam arguit neſciſſe: tum
male de fide ſenſiſſe ſceleſtus / impius dei hoſtis criminat. Habuit Hieronymus
æmulos permultos: nullus eum aut latinam / aut grãmaticam / aut hebręam lin-
guam ignoraſſe dicit. Beatus Auguſtinus eum laudat: omes in cœlum tollunt:
ſolus peſtifer Valla virũ ſanctiſſimũ atq; optimũ rephendit: ſolius Vallæ teſtimo-
nio velut ignorãs arguit: ſoli Vallæ virtus & doctrina Hieronymi diſplicet: a ſo-
lo Valla inſcitiæ damnat: ſolũ Vallam poſt hoim memoriã cõtra Hieronymũ ut
ignorantẽ ſcripſiſſe conſtat. Quidnã eſt hoc portenti dij boni? Impius ſctm / ſtul-
tus ſapientẽ / doctiſſimũ ignorãtiſſimus / caſtũ impurus / religioſum pfanus / fidei
noſtræ ppugnaculũ hereticus Valla impugnat. Auguſtinũ huic addit: quem ve-
lut inſciũ & male de diuina puidentia & fato ſentientẽ damnat. Beatũ Thomã ut
vbosum ſcriptorẽ inſequit. Quam maiorẽ expectamus a ſceleſto portento pœ-
namq; ut more inſanientis Herculis furijs agitatus / ſeipm proijciat in flãmas ar-
dentis Aethnę? Et certe altiſſimus puniet maledicentiã tuam: nõ ſolũ inſania ac de-
mentia / qbus nil deterius põt hoibus accidere: ſed etiã corpis tormẽtis: q nõ longe
abſunt: qñ id dñi iuſticia reqret. Erubeſce inquã aliqñ qui us inuidia / vino / venere /
fame ſis pallidiſſimus: & ſi non prudentis aut boni / ac ſaltem paulum verecundi
hominis faciem ſume. Non ſolita ſemper utaris inſania: non ſemp tibi aſſumas ho-
minis ſycophantæ officiũ. Recognoſce paulum ſtulticiã tuam: proteruiã caſtiga:
iactantiã inanem remitte. Non ſis mendax / improbus / detractor / cõuitiator. Non
in omibus tuis dictis / factis / cogitationibus teipm ſolus laudes: ſinas alijs hunc lo-
cum quẽ honeſtius cæteri tractabũt. Corrumpe ſaltem aliquẽ præmio qui te vel
paulũ laudet ſcriptis ſuis. Cur ſolus te ipe extollis? An ignoras / laudes in proprio
ore ſordeſcere? Nunq; Cicero tam aperte ſuam eloquentiam iactauit q tu ſtulti-
ciam tuam. Nunq; Ariſtoteles laudauit ea quæ in dialecticis ſcripſit. At tu non ſo-
lum te laudas: cum dicas nõ eſſe dialecticã prẹter laurentianã: ſed Ariſtotelem re-
prehendis. Nullus unq; philoſophus / non ipſe Plato dixit ſe eſſe inter philoſo-
phos qualis int hoies Hercules extitiſſet. quod tu ſepius de te protuliſti. Nullus
unq; ſcipſit ſua vba eſſe aurea: ſicut & tu de te demẽtiſſime aſelle teſtaris. Nunq;
quis ſe tanti extimauit / ut diceret ſe cum viris doctiſſimis comparandũ. Nullum
unq; legimus adulatorem tam improbum: ut ea alteri tribueret quæ tumet de te-
ipſo impudentiſſime profers. Nouiſſime in hac tua ſtabularia diſputatione intro-
ducis Guarinũ dicentem te doctiſſimũ virum. Cur illum facis mẽdacem? Quære
ab eo quid de te ſentiat: ſi idem ore & pectore profiteatur. Scio ab ipſo exiſtima-
rite aſellum laſciuientẽ / & tanq; menſe Maio ſepiſſime fugientem. Scio illum te
reputare non doctiſſimũ / ſed dementiſſimũ crapulatorem. Scio illum pro ſua au-
ctoritate repudiaturum ſordes iudicij tui; & illam tuam culinariam ſocietatem

Pœna ſcele
rum Vallæ

Admonitiõ
ad Vallam

**Guarinus.** abominaturũ. Scio illũ dicturũ: quid fanatica iactantia mihi adeo moleſtus es Valla? Cur me tuę proteruitatis/ſtulticiæ/dicacitatis vis eſſe laudatorẽ? An neſcis tuam dementiã oĩbus eſſe notam? Quid mihi prouinciã præbes ſummi decoris plenã? An cenſes omnes tibi ſtulticia & dicacitate pares eſſe? An ignoras q̃d de te hoĩes opinent̃? Quid de te tantũ p̄ſumis? Quid tibi tantũ arrogas? Quid tibi tribuis tantas laudes/ quarũ turpe es auctor & teſtis? Contine infra parietes domeſticos ſcurrilitatẽ tuam. Noli ſemp in turpi cõuitio/in obſcœnis verbis verſari. Libidinẽ tuam cõprime. Si impudẽs eſſe vis/nequaq̃ facias alios p̄cipes amẽtię/iactantiæ/dicacitatis tuę. Sed reuertor ad cõuitia proœmij egregię tuę aſinariæ

**De ſe vino ſo hoſte tri umphãdo.** diſceptationis. De vinoſo ebrioſoq̃ hoſte ſcd'm triumphũ agere te [Imper]ator Valla dixiſti peſſime: artẽ dicendi exerces p̄poſtere & ſordide Impator. Solet triũphi honor decerni Impatoribus ob res p̄claras bello geſtas. quo [v]alidior fuit hoſtis/eo laudabilius triumphari. Quis unq̃ gloriatus eſt ſe ebriũ aut temulentũ ſupaſſe? Triũphare ſoliti ſunt priſci illi excellẽtiſſimi viri propt̃ res bellicas: in quibus prudentia/conſiliũ/animi & corporũ vires/vigiliæ/labor aſſiduus/ multorũ victoria verſat̃: quę in ſupando ebrio minime continent̃. Nemo eñ tam inſanę mentis eſt qui cum ebrioſo litiget: quin ebrium/quem vincere ignominia ducit̃/ cõtemnat. Ego tibi pluſq̃ credis tribuo. Non cũ temulento ebrioq̃ me pugnare dico: ſed cũ ſobrio furente/ inſano/demente/ſtulto/iactatori inani/procace ſcurra/cum monſtro oĩm deterrimo/ ad quod perdomandũ clara Herculea opus eſſet: cũ impudico/cũ ignominioſo/cum nouello Hercule eſſe rem mihi dico: cũ hoſte fidei: cũ hæretico: cũ detrectatori grãmaticorũ/oratorũ/p̄hõrũ/theologorũ: cum blaſphemo: cũ Hieronymi aduerſario: cũ Ariſtotelis impugnatore: cũ emendatore M. Tullij Ciceronis: cũ Vergilij ęmulo. Oſtendã tuam v̄tutem maioris faciendã q̃ turpe celeas. Oſtendã non de vinoſo/ſed aquoſo: non ebrioſo/ſed ſobrio: niſi atramentũ deſit/ te triumphũ hunc tuũ egregiũ acturũ: ut maior tibi gl'ia ex meis in te laudibus q̃ tu exiſtimes cõparet̃. Vide quantũ ſim in te laudando q̃ turpe p̄fuſior. Ego nõ de te triũphaui in prima mea contra te actione: ſed triumphũ tibi decreui nobilẽ: quo ornãdo nolui quicq̃ a te impẽdi/ut parcerẽ impẽſę tuę q̃ gl'ię q̃ meis laboribus cõſulere malui. tuũ triumphũ illius honorẽ eſſe volui: ut debitũ tuę virtuti decus impenderet̃. Verũ tu p̄ter modũ laudis es cupidus: honori ultro tibi impenſo nõ unico triũpho acq̃eſcens/tibi ſcd'm & tertiũ adiecisti. Credo ut ęquaris Põpeio & Cæ

**Paſſim ad obiecta reſpondet.** ſari: quorũ quelibet ter triũphaſſe legimus. Mollicia quadã animi retentũ ſcribis te non triũphaſſe iterũ de libris meis. Optĩe molliciã ut vis animi poſuiſti. ſed corpis quoq̃ molliciẽ addidiſſes veriſſime: nũc vir/nõ fœmina teonis/teneris oĩi corpis obprobrio paratus. Nam q̃ me forũ nõ declinare ſomnias/in quo tot res ſunt venales: hõ barbarus/ruſticus/inanis/facetus eſſe voluiſti. in quo p̄inde iocaris/ac ſi aſellus quidẽ abſq̃ cauda ad lyrã pſalleret. Enumeras multos cibos: ut copioſus v̄borũ artifex: quos tuus coquus in tua deſerta ac frigida culina nunq̃ aſpexit. Sꝫ artificiũ auitũ/& regię dapes a te p̄paratę tot rerũ copiã ſuppeditarũt: ut gl'iari poſſis auitę arti coq̃narię te noui aliq̃d addidiſſe. q̃ in re fateor me a te ſuperari. Verũ ſi unq̃ cõuiuiũ inſtituero/adhibebo te mag'rm culinæ meę in p̄parandis cibis: quorũ video te artem & uſum callere. Sed ut ad tuas redeã ineptias. Scite tu q̃dem & ut egregiũ Traſonẽ decet/bellicoſam prouinciã tibi ſenatus aucte decreuiſti: ex qua ſecũdi triũphi decus q̃reret̃. Sed miror cur tua ſponte/nõ decreto Guarini ex tali victoria triũphares: ut alicuius doctiſſimi viri aucte tua inſignis ſtulticia niteret̃. Conſtituiſti eum iudicem tuum/ cuius ſententiam ſi noſſes/ remiſiſſes aliquid de tam ſtolida temeritate. Alij a te delecti iudices in illa tua prius reſponſione pro te ſententiam ſumma cum tua laude tulerunt: & Traſoni noſtro pro tam copioſa oratione non magnas/ſed ingentes gratias gerunt. Nullos tamen iudices tunc

Guarini laus.

noiaſti:non ad Guarini patrociniũ cõſurgiſti : non eius doctrinã/grauitãtem/ pru-
dentiã. Non inſulſus/non demens/nõ detractor eſt ut Valla. Scit multa/ imo oĩa
ineptiſſime a te dici & tuæ ſtulticiæ accõmodata. Scit te facile poſſe abſq; ullo prę
ſidio de campo deiici. Scit a te mlˀta rephendi quæ minime intelligis: in qbus ſi vel
let tempus terere / oſtenderet rabulã te quendã petulantiſſimũ latrare ad lunam
ut canes ſolent. Doceret impudentiã tuã nil ſcire niſi detrahere. nam in lingua tua
latina te cõuinceret ſtolidiſſimũ eſſe. Ego quoq; niſi te in ea pte cõtemnerẽ multis
teſtibus improbarẽ ſtabularias rephenſiones tuas: qui mihi videris ignorantiam
latinæ linguæ pfeſſus. Ego cum meos errores tam palam omibus vulgarim : cur
tu doctrinã tuorũ operũ tam recluſam tenes? Ego nihil ſcripſi qđ non voluerim
eſſe omibus cõmune. [E]de quoq; tu epl'as & libros tuos. Ede a te opuſcula contra
fidem fabricata. Ede libr[os d]e beati Hieronymi erroribꝫ: de Auguſtini inſcitia : de
Boetii ignorãtia a te ſumm[a c]ũ perfidia fabricatos. Ede illos inquã: ut aliqñ cũ ſuo
auctore incendio crement. Cum vero non de verborꝫ inſulſitate tecũ/ſed de gra-
uiſſimis ſententiis contendã: tunc nõ verbis/ſed manibus faces incenſas ſubdam.
Rogo: quem ſcripſiſti librũ in quo non es cõburendus? Nullũ adhuc proterua be
lua cõpoſuiſti/ quin tua ṽtus in eo aliqd hæreſis crimẽ admiſceret. Tu cõtra Boe
tium de libero arbitrio ſcribis: in qua manifeſta hæreſis & adhuc impunita depre
hendit. Scis te iam Neapoli ignis periculũ tanq; hæreticũ adiſſe. Scis te opera do-
ctiſſimi viri Vernandi Corduben. cui in hoc malas habeo gr̃as : ab eo diſcrimine
liberatũ. Aude hoc negare publicum opus: ſi potes. Oſtende ſcapularꝫ cicatrices
tuę perfidei teſtes. In his ego pro fide aduerſus tuam pfidiam diſputabo: ṽbulorꝫ
certamina & triũphos præclaros tibi relinquã. Nil de mea inſcitia / nil de his q̃ mi-
hi turpi cõuitio obiicis reſpondebo. Sõnies: fingas: detrahes: tanti tua ſcripta quã
tĩ inſulſi aſelli crepitus et rugitus extimabo. Scio tertiũ te triumphũ poſtulaturũ: in

Apparatus triumphi ridiculus.

cuius pparatione ſi Guarinũ aduocabis/totam perficies comœdiã. & ubi in ſcđo
coqui & ſtabularii operã aduocaſti: in tertio cauponũ/lenonũ/cætariorũ/piſcato-
rum/fartorũ/tabernariorũ & tui ſimiliũ ſtultorũ fęcem ( quorꝫ ſemp in natura co-
piam inuenies ) in tuum auxiliũ aduoca: ut nõ ſit ita deſertus & obſcurus ut ſecũ
dus: ut aliquo taliũ virorũ & militũ ornatu ſolita frequẽtia & pompa celebret. Tũ
tibi licebit orõnem ad pplm de tuis triũphis/ de rebus geſtis/ de cõmilitonũ vir
tute/de gloria maiorũ/de tuis laudibus habere: licebit quantũ volueris inani gl'ia
iactari: poteris oſtẽtare cicatrices foris belloq; ſuſceptas/domi morſus impſſas mu
liebres. Dabit locus libros tuos p̃dicandi/inſaniendi. Deniq; poteſtas erit ita copi-
oſa: ut de q̃rto triumpho optimã ſpem habere queas. Tunc erit tẽpus quo poſſis
int viros pſtantiſſimos collocari: ut cõpari Herculi merearis: ut ſtatuã tibi decerni
poſtules in aliquo loco celebri ciuitatis. Tũc nõ a Guarino/ſed a pplo laudaberis
tanq; vir doctiſſimus: ut muſarꝫ patronus. Illum non per forũ ( nam id tibi diſpli-
cet ) ſed per culinas/lupanaria/viles cauponulas / nota diuerticula magno cũ ap-
paratu duces magna cum gentiũ expectatiõe. Tum cõuocabis ſodales illos tuos
& cõtubernales/ atq; illam egregiã cohortẽ tuis triũphis aſſuetã. Tum coqui/ſta-
bulariiq; vexilla/ſpolia ante currũ triũphantis geſtabunt. Tum aſelli rugire pote-
runt: & ſuo patrono coram adeſſe tantæ victoriæ gratulãtes. Tũ ceruice illam tuã
Herculeã ventre bubalino ornare facultas erit/nullo inuiđo impediẽte. Tũ veſte
triũphali licebit uti & caput illa tua corona cĩgere. Expectat tertius a te triũphus:
quẽ audio te recluſũ meditari dies ac noctes: ut reliqs ſit ornatior. quẽ cuꝫ videro/
ipſe tui gr̃a reddã celebriorem. Tũc licebit ut Venetias ſicut de apologia feciſti ad
tui ſiles cõtubernales nõ aſinos/ſed magiros mittas. quorꝫ turpitudinẽ & ſtultitiã
ſi noĩa prodierint ita exagitabo : ut a torpore ſomni & demẽtiæ excitent. In quos
eo ſi mihi innotuerint liberius ac licentius euagabor.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# IN FVNERE CARDINALIS FLORENTINI

## POHGII FLORENTINI ORATORIS CLARIſſimi Orationū Liber. Et prima in funere D. Franciſci Cardinalis Florentini habita.



T ſi plurimo luctu dolore〈q〉; impedior P.C. quem
ex optimi pſtantiſſimiq; viri morte una vobiſcum
ſuſcipio: tn̄ non doloris tantū mei/quantū officij ra
tionē me haberē optet. Celebrat̄ hodie funus hoīs
ſanctiſſimi/deoq; optime meriti: c... s gr̄ ſi hoc i
loco deeſſem/vereor ne ingrati nomē ſubirē. Itaq;
in publicū munus/qđ ex... emū a nobis mortuo p
ſtatur: ęſtimaui mihi etiā priuatū aliqđ honoris eſ
ſe adijciendū. In quo ſi vobis minie ſatiſſecero: nū
quid illius amplitudini q̄ maxima eſt debeat? Sed
quid facultas mea dicendo cōſequi poſſit/animū
q̄ſo aduertite. Illud em̄ arbitratus ſum: cū hæc quę
in mentē veniūt paucis recenſuiſſem: & ſatiſfactu
rum me deſiderio meo: & ſimul q̄ſi materiā quan
dam prębiturū reliquis maiora atq; ampliora quædā dicendi. Non em̄ uſitato ge
nere oŕonis/nō mediocri eloquentia v̓tus ſua cōtenta eſt: ſed poſtulat excellēs in
geniū/atq; exquiſitū & eximiū dicendi genꝰs. Nam per imortalis dei religionem:
cuius hic fuit propugnator accerrimus: quis niſi ſingulari ingenio & eloquētia pe
ne diuina/illius poſſit in om̄i vita laudes non ſolum ornare verbis/ſed enumerati
one complecti? Multos vidi: multos cognoui ip̄e ætatis noſtræ excellentes viros/
qui p̄diti eſſent unaquapiā virtute ſingulari: in quo vero om̄es virtutes/oēm vim
ſuam expreſſiſſent/præter hunc cognoui neminē. Nam ſiue ſtudia doctrinæ/&
omnem ſcientiam rerum quam ſapientiam vocant: ſiue prudentiam/humanita
tem/fortitudinem/liberalitatem/grauitatem morum quæſieris/& vitæ integrita
tem: proculdubio nullam reperietis cum hoc viro (pace aliorū dixerim) ne lon
go quidē interuallo comparandū. Quare ꝗ vobis peto P. C. ut cum pauca de ip
us vita & moribus prout tempus fert dixero: me de virtutibus ſuis dicentem be
**Ortus car.** nigne ſicut cœpiſtis/attenteq; audiatis. Ortus eſt Franciſcus ex Patauio ut ſcitis
urbe inter Italas longe antiqua & nobili: parentibus honeſtiſſimis ac ſe dignis.
Quorum diligentia ſanctę domi enutritus: cum primum per ætatem licuit/ſpon
te ſua totum ſe litteris dedit. Et cum varia eſſent genera diſcendi in quibus multa
cum laude poſſet verſari: tamē præclariſſima atq; utiliſſima vitæ mortaliū cum vi
**Studiū eius** deret iuris ſcientiā/ac legum: omnē ſuam curam ad illas conuertit: atq; in eis ita ex
cellens euaſit: ut non ſolum noſtri/ſed etiam ſupioris temporis homines longe an
teiret. Nec tamē alia ſtudia neglexit. Nam propter acumē mentis atq; ingenij/ad
didit quoq; ad legum ſcientiā & reliquarū artium cognitionē. Adoleſcentiā tanta
modeſtia cōpoſuit: ut iuuenili ętate auctem obtineret ſenū. Laſciuias om̄es & blā
**vitę caſtitas** dimenta corporis/quæ illa ſecum fert ætas: adeo eſt aſpernatus/ut perpetuā ele
gerit ſeruaueritq; caſtitatem. In quo non mortaliū/ſed cœleſtiū imitatus eſt naturā.
Cum vero ad virilem ætatem perueniſſet: exiſtimans non ſolum ſibi ſe natū eſſe/
ſed procreatū quoq; ad utilitatem cæterorꝫ: palam cępit docere: non tam quæſtus
gratia: quem ſemp ille contempſit/ac pro nihilo habuit; q̄ officij & cōmunis utili
tatis: quo laborū ſuorū fructus ad multos pueniret. Igitur ex ip̄ius ſchola veluti
ex uberrimo fonte ſapientiæ/innumerabilis præclariſſimi viri emerſere. Concur
rebant ad eum undiq; ex toto fere terrarū orbe qui recte ſapere volebant: quia nō
ſolum noticia legum/quod ip̄m erat ſatis: ſed quod eſt egregius vitę exemplo in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tuebantur. Natũs enim ad decus & honeſtatem vir ſanctiſſimus: in primis habu-
it præcipuam curam virtutis colendæ: nec minorem vitę bene agendę rationẽ ha-
buit/ꝙ comparandę doctrinæ. Summa integritas/continentia/grauitas/vitæq;
moderatio adeo in om̃i vita decorum illud ſeruauit: ut ne leue quidem dictum fa-
ctumue in eo reperiatur indignũ viro bono & graui. Natura fuit clemens: ut qui
nihil tam obliuiſceret̃ ꝙ iniuriam. Mores faciles ad lenitatem proni. Nam ſeuerita
tem magis ex diſciplina contraxerat/ꝙ natura. Benignitate atq; humanitate fuit
tanta/ut omniũ videret̃ quaſi cõmunis parens. Patuit ſemꝑ ad eum aditus/etiam
minimis. Audiebat benigne om̃s: comiter reſpondebat. Vultu erat grauis/ſed cui
ineſſet multa urbanitas. Sermone lepido ac facundo: quo uſq; adeo delectaba-
mur: ut ex eius ore melle dulcior (ſicut de Neſtore inquit Homerus) fluere vide
retur oratio. Amauit et ſæpe facetias ac iocos verborum/animi relaxandi gr̃a.
Nam vel ludendi/vel exercẽdi corꝑis nullam habuit curam: præterq; luctę: cui in
adoleſcentia ad valitudinẽ aliquando/idq; modice indulſit. Beniuolentiã in diſci-
pulos ſuos tantam oſtendit: ut quos videret pronos ad virtutem (nam vitiorũ ho
ſtem ſe prębuit acerrimũ) haberet loco filiorũ: quos fouebat/erudiebat/enutrie-
bat non ſecus ac boni frugiq; parentes ſolent. Qđ aũt meo iudicio plurimũ exiſti
mandũ eſt/ſimplex fuit & apertus: nullius rei ſimulator aut diſſimulator/ſed cultor
veritatis. Vnde illud Socratis ſemꝑ in ore habuit: facile hoĩes ad ỽtutem euaſu- Socrates
ros/ſi tales eſſe conarent̃ q̃les vellent videri. Cibi fuit parciſſimus: & modici ſom
ni. Nam lucubrabat aſſidue lectioni intẽtus. Tẽpus eñ per ſecordiã diffluere nõ
ſinebat. Præter hæc diſputabat frequẽter in ſcholis ingenij acuendi gr̃a: quo ſtu-
dio & diligentia incredibilẽ eſt rerum omniũ ſcientiã cõſecutus. In hoc ocio & vi-
ta diutius verſatus: cum eius nomẽ longe lateq; ferret̃. Erat aũt ingens tum pru-
dentiæ/tum probitatis ſuę cõſtans fama. Eos etiam qui nunq; eum vidiſſent/ad ſe
diligendũ alliciebat. Igitur pellectus eſt Ioãnes qui tum erat pontifex maximus: Eṗs Florẽ-
ut eum ne quicq; tale expectantẽ pręficeret eccl'ię Florentinę: eccl'ię inquã eius ur tinus fcũs
bis quæ inter cæteras potiſſimũ floreret: ut non tñ eṗi noĩe eum cohoneſtare vel
le videret̃/quantũ titulo magnificentiſſimæ ciuitatis. Cui adeo charus fuit: ut nũc
quoq; Franciſci eṗi nomen in ea ſit celeberrimũ. Inde cõſiderans pontifex non ſa
tis eſſe factũ vel ỽtuti illius/vel hoĩm cõceptę opinioni: ipm Cardinalem appella- Cardinnlis
uit Florentinũ. Et qđ multi precibus/diuitijs/ambitione/q̃dam nobilitate & ỽtute appellatus
maiorũ/nõnulli noĩe adipiſcunt̃: hic ỽtute propria adeptus eſt: cum hanc tam in-
ſignem dignitatẽ nullius interceſſione/ultro ad eum Põtifex detuliſſet. Nam in quo
ỽtus erat/reliq̃ vero om̃ia adeſſe putabant̃. Non eñ poſtulantibus amicis/nõ pa-
trię q̃renti/nõ imaginib9 maioruʒ/non opibus tributũ eſt decus illius honoris: ſed
ſapientię/ỽtuti/& ſanctimonię vitę: q̃bus tunc Romana eccl'ia permaxime indige
bat. Magna laus acceſſit Pontifici: cum intelligerent homĩes in virum bene meritũ
(quod raro admodũ videmus fieri) collatam eſſe ampliſſimã dignitatẽ. Illa qui-
dem vere appellat̃ dignitas/quæ confert̃ ultro in hoĩem dignũ: non quæ ꝑcib9 aut
ꝑcio eſt emendicata. Hinc mirificam eius viri probitatẽ cognoſcite. Solent hi ſubli
mes honores ac ſubitanei paulũ inflare hoĩes/& inſolẽtiores reddere. Difficile eſt
eñ in rebus ſecũdis ac magna licentia non egredi officij metas. Adeo q̃dam effe-
runtur: ut nedum alios/ſed ne ſeipos q̃dem ſatis cognoſcant: priorũ familiaritatũ
obliuiſcuntur: nec comparant nouas. Non qui ipſi ſint reſpicientes/ſed quid poſ
ſint: non bonorũ ac malorũ/ſed diuitum & pauperũ diſcrimen habentes. Ita prio-
res mores exuunt: ut merito Circes pocula ſumpſiſſe videantur. At vero Franci-
ſcus noſter longe abfuit ab iſtorũ peruerſitate. Nihil de anteriori conſuetudine im
mutauit. Nihil elatus eſt. Cõſeruauit ſe integrũ. Humanitatẽ vero/clementiam/
ac liberalitatẽ etiam auxit. Nam quo plus poterat/eo diligentius incumbebat: ut

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

q̃ꝑplurimis ferret fructum. Tunc em̃ maxime bonitatem exercẽdam eſſe dicebat:
cum bene agendi ꝑtãtem haberemus: quæ raro Principibus deeſſe ſoleret. Vete
res amicos adeo dilexit: ut ne quorundam ĩmutatione animũ ipſe ſuum mutaret
dignitatem auctam eſſe dicens/non perſonã. Non in faſtu/nõ in pompa & oſten
tatione decorem dignitatis ſitam ducebat: ſed placabilitate animi ac manſuetudie.
Itaq; is unus erat maxime ad quem docti homines/& muſarũ amici ſine faſtidio
ſo ſtomacho poſſent adire. Huic ſi vellem ſigillatim diſcutere actiones ſuas: & la
bores quos pertulit tum pro multorũ ſalute conſeruanda/tum pro cõmuni cau
ſa Chrianorũ recenſere: longa mihi eſſet habẽda oratio. Illud præterea vereor: ne
quo plura enumerem illius beneſacta: eo magis recrudeſcat dolor: qui & me im
pediat a dicendo/& vos reddat in audiendo tardiores. Quãobrem pertranſibo
ea quæ ad ſingulos ſpectant: & cum alio feſtinet animus: ea ſolum percurrã quæ
ꝑtinent ad publicam cauſam. quæ licet vobis ſint notiſſima: tamẽ abſq; ignorantiæ
culpa nequeũt ꝑtermitti. Nam ſimul ut eſt factus Cardinalis: videns ſe in publici
concilij conuocationẽ delectum: omnẽ quoq; meditationẽ ſuam in procuratione
cauſę publicę collocauit. Quod & multis in rebus antea oſtendit: & tunc præſer
tim cum ad deligendũ locum pro pręſenti concilio miſſus eſt. Nam fuit in primis
auctor huius loci ſtatuendi: qui diſcordijs & diſſentionibus fideliũ fatalis eſſet fu
turus. Qua in re licet paulíſꝑ eum opinio ſua fefellit: tamẽ non rerum euentu me

CICE.

tienda ſunt conſilia hominũ/ſed ratione. Nam ut Cicero dicere ſolebat: Recta ſen
tentia ne inuicta quidem cauſa vituperanda eſt. Ille tamẽ qua mente delegerit hũc
locum poſtea deſignauit: cum neq; aperta õdia multorũ/neq; quorũuis diſſimula
tates extimeſceret/ quo minus inſtitutũ iter ad eccleſię unitatem proſequeret. In
quo utinam plures nactus eſſet imitatores conſtantiæ ſuę: non hic tam diu hæſita
remus: ſed loco conſtituto. Cum iam temptus præſcriptũ propinquaret: Pontifex
autẽ partim dubitare videret/partim tergiuerſari: quæ cohortationes ſuę fuerũt:
quæ preces: quæ monitiones: cum ſe ſolum huc venturũ diceret: ne falleret promiſ
ſam fidem. Quo poſtq; ventum eſt: quid ab hoc prætermiſſum? quid nõ actum
ſumma cum diligentia: ut hę radices ſciſmatũ quę longius creuerãt/funditus euel
lerẽtur? Nullum tempus ab hoc negocio ſibi vacuum dedit: nunq; deſtitit: nunq;
ceſſauit ſollicitare/inſtare/exequi oĩa quæ eſſent ad pacem/& diſcidiam ſubmo
uendam. Eius ꝑſentia tñ in oĩ re valebat: ut nihil agi poſſe videret ubi ipſe nõ eſ
ſet, qui & celeriter res animo comprehendere/& faciliter poſſet cõcilio explicare.
Itaq; deputatabat fere ad ſingula: verbaq; eius pro ſententia habebant. Illud vero
ſumme laudabat: ꝙ ea quæ multi varijs ex cauſis dicere neſcirẽt: ſolus hic aperte lo
queret. Nemo em̃ liberius in hoc concilio locutus eſt unq;: nemo fidentius. Deum
plus verebat q̃ homines/animę ſalutẽ corpori pręferens. Huius tantũ in reb; agẽ
dis valuit auctoritas & ſollicitudo: ut ſi verum fateri volumus/ neceſſe ſit potiſſi
mam partem exoptatiſſimę unionis/quam manibus ipſis iam tenemus/ nos huic

De cõſtãtia & integritate eius.

viro acceptam ferre. Qui cum hæc tam ampla ieciſſet fundamẽta/ ꝑficiebat ſum
mo ſtudio inceptum opus: atq; id magna ex parte ſua impenſa abſoluiſſet ſi lon
gior fuiſſet vita. At illum cum ſupioris ꝑtem egiſſet/ optime in extremi actus ut
boni poetæ ſolent perfectione laborantẽ fata interceperũt. Nec vero dubium eſt
quin ſi vixiſſet diutius: ſummo ſacerdotio functus eſſet. Nã oĩs ſummi/infimi/
mediocres culmen illud pontificiũ ad eum uno ore deferebant: illum maxime di
gnum aſſeuerantes/ qui eccleſiaſticæ rei publicæ gubernaculũ teneret. Expoſui
vobis breuiter eius vitam tum bene inſtitutam/tum exactam ſanctiſſime. Nunc
ad reliquam partem quæ mihi de virtutibus ſuis propoſita erat veniendũ eſt. de
quibus tamẽ parce ac modice dixeram. Nolo em̃ cauſam agere virtutũ: ſed Fran
ciſci propriam bonitatem exponere: ut & honor debitus ſibi reddat: & reliqui ex

hac vi[...]tum ſuarum cōmemoratione incendant̃ ad gl̃iam. Harum cum alię di-
cantur a ſapientibus in agitatione mentis verſari/& veri perſpicientia: alię in acti-
one: in oīb᷑us Franciſcus facile tenuit principatū. Nam & ſapientia & prudentia
fuit tanta/quāta huius ſæculi nemo fere alter: ut oēm vitæ curſum ad honeſti nor-
mam duxerit. Primū quidem oē doctrinarū genus/quibus ad ſcientiā peruenit̃
indagauit: cognouit: percępit. Vt em̄ a grāmaticis recedam: in quibus fuit peritiſſi-
mus: Rhetorū p̄cepta ſummope didicit: tantāq; adeptus eſt in dicendo facultatem:
ut orator bonus haberet̃/etiam ab his qui aures in ea re ſatis habent eruditas. Au-
diſtis em̄ perſæpe illum verba faciētem: etiam ex tempore: quæ magna eſt in ora-
tore difficultas. Audiſtis non oratōem / ſed quaſi fluuium quendam redundantē:
tum verborum copia[...]m grauitate ſententiarum. Huic adiecit ornamenti gra-
tia/& poetarum & hiſto[...]rū cognitionem: quos magis tenebat memoria / q̃ hi
qui totam in illis ætatem cōſumūt. In logica vero cum multum operæ poſuiſſet /
contulit ſe ad philoſophiā: ex qua iuris diſciplina ut Ciceroni placet haurienda eſt.
Et cum uniuerſam percępit: tum eam partem maxime quæ pertinet ad mores / &
qua boni efficiunt̃ viri: cuius inſtitutis oīs actiones & priuatas & publicas accō-
modauit. Hinc vertit ſe ad Theologiam: in qua tantū ſtudij poſuit/ ut doctiſſimis
in ea viris compararet̃. Reliquis artibus quæ liberales dicunt̃ tantum indulſit tem-
poris: ut de eis poſſet diſerte copioſeq; loqui. Erat em̄ in ip̄o ſum̄a vis ingenij/me-
moria permagna: legendi vero tanta cura ac ſollicitudo: ut quicquid ocij a publi-
cis priuatiſq; negocijs ſupereſſet/id totum in lectione cōferret. Sed om̄ia mihi rite
conſideranti genera ſtudiorum/nihil nobilius/nihil maius videret̃ ei tribui poſſe:
q̃ ſcientia iuris & diuini & humani: quam præ cęteris tanq̃ peculiarē fundum ex-
coluit atq; ornauit. At quantū profuerit tum ſingulis/tum uniuerſis qui delectan-
tur legibus: præſertim pontificijs/declarant cōmenta ipſius edita in eam facultatē:
adeo comprobata omniū conſenſu: ut non interpres iuris/ ſed tanq; Solon condi-
tor legum fuiſſe videat̃. Qua ex re una immortalem ſibi gloriam & ſempiternū
nomen paratū videmus. Nihil præclarius excogitare potuit vir ſapientiſſimus/ni-
hil diuinius: q̃ nobis eius artis difficultates patefacere quę maxīe ſalutaris & uſui
mortaliū eſſet neceſſaria. Nam ſic habetote P.C. certum eſſe atq; exploratū: oēm
vitæ noſtræ rationem actionemq; legū ſcientia & diſciplina cōtineri. Nulla qui-
dem ſocietas hominū/nulla coniunctio/nulla ciuitas conſtare poſſet: niſi guber-
naretur legibus. quæ recte conſueuerūt a ſapientibus appellari mœnia ciuitatū.
Itaq; in eis qui plurimū excellent/permagni viri haberi ſolent. Pulchrum eſt enim
& gratum oīb᷑us: ut refert M. Tullius: in ea ſcientia laborare quæ ſit multis pro-
futura: quæ iubet ea quę facienda ſunt: prohibetq; contraria. Ipſarę quoq; utilitatē
ipſe Tullius alio in loco maiorem immodū extollit. Inquit em̄. Hoc eſt vinculū di-
gnitatis qua fruimur in re publica: hoc fundamentum libertatis: hic fons æquita-
tis. Mēs & animus/& conſiliū & ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus. Vt corpo-
ra noſtra ſine mente: ſic ciuitas ſine lege ſuis partib᷒/ut neruis & ſanguine & mē-
bris uti nō poteſt. Legum magiſtri magiſtratus / legum interp̄tes iudices: legum
denicq; oēs ſerui ſumus/ut liberi eſſe poſſimus. Quorſum igitur hæc tam multa
de legibus: ut intelligant oēs quantas gratias debeamus ei iure qui ferme vitā
oēm occupauit/tum in docendis legibus: tum in earū obſcuris atq; ambiguis ſen-
ſibus enucleādis. Neq; tamen legum magis q̃ morum fuit magiſter: nec iuris ob-
ſeruantior q̃ æquitatis. Docuit autem quod potuit viuens. & cum cerneret vitæ
tempus breue ac incertum: rerum vero difficultatem permagnam: effecit ut do-
ctrinę ſuę extarent monumenta: quibus facilior pateret ad diſcendū via. Dixi de
ſtudijs ſcientiæ: venio nunc ad eam quæ una virtus eſt in hoīm ſocietate maxime
neceſſaria/Prudentia ſcilicet: quæ hunc maxime illuſtrauit. Quis em̄ in exquirien-

Nullius ſcientię expertem fuiſſe.

Legū laus.

Tullius

Prudentiā eius.

dis conſilijs acutior fuit:ſollertior in capiendis. Erat in eo uſus atq; exercitatio re
rum plurimarũ incredibilis. Multa tenebat preteritorũ monumenta: antecedentia
connectens præſentibus. Quid in re dubia facto eſſet opus/facile cõijciebat. Ne
mo ad eum conſultor adijt ( plures autẽ quotidie accedebant ) quin ſibi bene con
ſultum putaret. Erat animus in conſulendo liber omĩ cupiditate ac perturbatione
vacuus. Itaq; tantam fuerat auctoritatẽ ex eo cõſecutus: ut ſi forte errore aliquo
( prout fert fragilitas noſtra ) paululum laberetur: tum proinde acciperent adſi fa
ctum id eſſet ſumma cum ratione. Concepta erat opinio prudentię longo tempo
re obſtructa; ut oĩa ab eo optimo atq; exquiſitiſſimo conſilio & dici & fieri puta
rentur. Quare auſcultabant ipius dicta tanq; oraculi cuiuſdam oĩa modo &
Iuſticia ration emetientis. Iuſticiæ vero virtutum omniũ parentis ( ut eas quoq; precurrã
eius. quæ poſitę ſunt in actione vitæ ) amantiſſimus fuit & [illegible]ātiſſimus. Nihil ab eo
inique dictum reperitur: nihil impie factum. Vixit ad proſcriptũ rationis. Nunq;
deflexit mentem ab ęquitate: nunq; progreſſus eſt longius q̃ honeſtas dictaret.
Fidem ſemper inuiolatam ſeruauit. Neminem lęſit unq;. Nullum afflixit iniuria:
ne tunc quidem cum eſſet laceſſitus. Quin multos ab iniurijs tutatus eſt. quos ho
noris cauſa taceo: qui niſi his obſtitiſſet/ingẽti fuiſſent afflicti calamitate. Hæc em̃
erat præcipua ipius & magna laus: ut nihil ſibi antiquius exiſtimaret/q̃ oppreſſo
rum cauſam ſuſcipe ac tueri. Quid loquar de liberalitate eius ac beneficentia? Ve
reor ne quis ſit iniquus probitatis iudex: qui forte putet me oſtendẽdi ingenij cau
ſa: hæc tam multa de Franciſci virtutibus dicere. Atqui ita me omnipotens amet
Deus: ut vere & ex animi ſententia loquor. Nil ſimulatũ profertur: nil fictum. Nar
rantur iſta a me/& quidem debilius q̃ rerum maieſtas ac pondus requirat. Neq;
em̃ eſſet quicq; tam magnificum dictu/quin id virtus ſuperaſſet ſua. velut hec ipa
de qua loquor liberalitas maior erat/q̃ a me verbis explicari queat. Non ſolũ fa
miliaribꝰ ſubuenit & amicis quos ſenſerat premi egeſtate: ſed ignotos quoq; ſub
leuabat. Bona eius erant propoſita oĩbus: præſertim his qui bonitatis ſpeciem
aliquam præ ſe ferebãt. Scio em̃ eſſe nõnullos ex his qui ſunt quos iuuit pecunia:
cum eos admodũ raro vidiſſet. Nulli poſtulanti denegauit. Inuitabat quoq; ſæpi
us ad petendum quos ſuſpicabatur indigere: ſeipm̃ defraudans & vitam ſuam/
ut ſuſtentaret inopes. Non em̃ abũdabat opibus ut ſcitis / ſed charitate & miſeri
cordia: quibus eos qui dicunt̃ ditiſſimi ſuperauit. Nullam rem magis deteſtabat̃
q̃ auariciam: quam malorũ ſemen omniũ & cauſam eſſe dicebat. Illamq; Cicero
Cicero. nis ſententiam uſurpabat ſæpiſſime. Nihil eſſe tam anguſti animi/ q̃ amare diuiti
as. Nihil honeſtius magnificentiuſq; q̃ pecuniam cõtemnere ſi non habeas. Si ha
beas: ad liberalitatẽ beneficentiã q; conferre. Gręco etiam prouerbio utebat̃. Ami
corum inter ſe cõmunia oĩa eſſe. Itaq; erat quaſi quoddã aſylum/ ad quod pau
peres oĩs honeſte confugiebant. Nam in referenda quidem gratia fuit diligentiſ
ſimus. Imitatus agros fertiles/ qui plus ſemper reddunt q̃ accęperunt. Iam vero
modeſtia morum/victus temperantia/cõtinentia vitę ita in eo vigebant: ut nunq;
ne paruula quidẽ nota eius fama labefactaret. Sobrietas peculiaris erat. Domus
ſuę frugalitatem magiſtram & ducem habuit compoſite viuendi. Non ſumptuo
ſis conuiuijs operam dabat: non indulgebat delitijs: non luxui/ ſed temperãtiæ &
moderationi. Vtebatur quidem victu ornate: ſed cõmuni. Paucis erat contentus:
& his quæ eſſent ad naturæ ſuſtentationem. Non arbitrabat̃ ſe natum ad paſtum
& ſeruitutem ventris: ut plęroſq; ex maioribus videmus: ſed ad laudem & glori
Plato. am & honeſtatem. Voluptates autem corporis ( quas Plato malorum eſcas ap
pellat ) exhorruerat in oĩ vita/tanq; exitialem ac perniocioſam peſtem. Nam oris
moderantiam grauitatemq; tantam ſeruauit: ut nullum verbum ex eo prodierit
non graue/non plenũ honeſtatis/non dignum ſummę auctoritatis viro. Atten

te nunc ad eam quæſo/quam vos ipſi aperte conſpiciebatis fortitudinem animi &
conſtantiam. Nam ſi fortis eſt & conſtantis viri/non perturbari rebus aſperis: ſed Fortitudo
prudenti animo uti & conſilio: ut ſapientes volunt: quis eo fortior/ conſtantior re- & conſtan-
periet? qui nullum horruit diſcrimen: nullum ſubterfugit periculum: nullam vim tia eius
extimuit: ne tunc quidem cum multi timerent/quominus mente imperterrita con
ſtans & firmus eſſet in his rebus quæ ſibi honeſte videbant. Metus ſæpe iniectus
eſt: nunq̃ tamē ad eum peruenit. Homo ita erat ad virtutem inſtitutus: ut neq; fle
cti precibus/neq; terrore ab recta ſententia poſſet deturbari. Mitto vetera multa
quæ longum eſſet referre. Quid ille paulo ante vobis inſpectantibus fecit? Memē
to te illius turbulentiſſimi diei P.C. & eum ponite ante oculos veſtros illius tempo
ris ut vere dicam tumultū: cum frequentes omniū ætatum/ordinum/nationū ho-
mines in illam concionē conueniſſent. Reuocate animis veſtris grauitatem rei (de
ſuprema enim ſalute agebatur) diſſenſiones & varias multorū ſententias ac non
nullorum trepidationem. Quis eñ fuit vultus? quanta ſignificatio animi & con-
ſtantię? qualis illa oratio? q̃ plena dignitatis & prudentiæ? Cum nunc moneret:
nunc hortaretur: nunc acriter obiurgaret eos/quorum opera hi diſcordiarum flu
ctus excitabantur. Stupebant oēs: admirabant̃ tantam vim dicendi fuiſſe in eo:
quem propter aduerſam valitudinem vix loqui poſſe credebant. Cygnea vox il-
la fuit: & futuræ mortis pręſagium. Nam dixit luculētius q̃ antea unq̃. Et poſtre
mis verbis clamans inquit/eam orõnem ſuum fuiſſe teſtamentū: cum ſeſe ita com
paraſſet: ut in unitate eccleſiæ vellet animam profundere. O virum ingentem/ &
fama dignum immortali: quænam tanta eſſe poſſet copia dicendi: ut te digne ora-
ret pro meritis operum tuorum? Tu perfugium calamitoſorum/ſubſidium ino
pum/bonorum ſuſtentaculū fuiſti. Tu ſplendor Italiæ/decus nationum/ ornamē
tum concilij/lumen ſæculi extitiſti. Tu ſanctiſſimū omniū virtutū exemplar oſten
diſti. Quid reliquis agendum eſſet exemplo tuo / & vitam præclaram ipſa morte
reddidiſti: eorum gloriam & laudem adeptus qui quondā pro ſalute patriæ mor Occaſio
tem obiere. Sic enim exiſtimandum eſt P.C. continuis laboribus ac vigilijs quos mortis eius
nimios ſuſcepit in iſta reipublicę procuratione/& ultra q̃ ferre poſſent ætatis ſuæ
vires hunc virum ſuccubuiſſe. Ex quibus cum in grauiſſimū incidiſſet morbum:
victus amicorū precibus/delatus eſt ad balnea vix reſpirans. Vbi cum paululū
recreatus videretur/non expectauit firmam valitudinem: redijt ad opificiū ſuum
& labores cõſuetos. Nam tum flagitabat̃ ab oīibus reditus ſuus: tum ſcelus pu
tabat ſe cõmiſſurum/ſi vel paruo tempore deeſſet publicis cõmodis. Itaq; redijt: &
adeo inanis virium: ut opus eſſet ſi quem ad locum proficiſci vellet/ aliorum ma-
nibus ſuſtentari. Videbamus pallorem vultus: oris macilentiam: ac totius debili-
tatem corporis: non ut hominē: velut ſimulacrum viuentis / & tanq̃ ſpirantis effi-
giem aſpiciebamus. Mirabant̃ q̃ in membris adeo infirmis/ tam firmā vigere mē-
tem. Sed ſuperabat animi vigor corporis imbecillitatem: & ſibi pulchrum duce-
bat eo certamine oppetere/ex cuius victoria pax orbi terrarū parabat̃. Itaq; cum
vis morbi īgraueſceret in diem: nullam autem ſibi requiem daret: nihil ſibi par-
ceret: nihil indulgeret/vigilando/conſulendo/laborando: mole rerum ac laceſſitu
dine confectus expirauit. Atq; ita expirauit ut nequeam recordatione illius tem-
poris quo reddebat animā continere lachrymas. Oculis ipſis & aſpectu nos hor
tari/& lachrymis quas plurimas fudit cõmonefacere videbatur: ut inſtar ſui cau-
ſam publicam ſuſciperemus. Quo tempore eum nemo vidit quin uberrime fle-
ret. O diem calamitoſum & mœſticię plenum quo te amiſimus Franciſce: & qua obitus eius
lem amiſimus virum. Miſerum me atq; infœlicem quid agam? quid clamem? aut deploratio
querar/tali orbatus patre? Miſeros etiam tuos oēs ad quos deferet̃ tam crudelis
nuncius mortis tuæ. Sed nos miſeriores qui aſpectu ipſo torquemur/luctu &

mœrore confecti. O flebilem fragilitatis humanæ cõditionem: te ne amplius aſpi
ciemus? te ne chare parens amplius videre/audire/colloqui non licebit? Tu ne a
nobis tam ſubito eriperis? O rem mœſtam & acerbam intuebor? Intuebor ſaltẽ
dum adeſt: neq; a te oculi dimouebuntur mei: quoad illud extremũ vale dictum
erit. Quid ego nunc vos deteſtor: mortem acerbam/& inexorabilem vim fatorũ:
quæ tam impias manus in tam pium virum iniecistis? Vos ne in tanta mole agen
dorum/in tanta expectatione rerum/tam iniquo tempore tantum auxilium no
bis eripere potuiſtis? Vos ne decuit nullorum hominũ habere diſcrimen? Nõne
ſatius fuerat: cum tot nepharij/ improbi/ſeditioſi (quorum magna ſemper eſt co
pia) in hoc conſilio verſarent: qui omnia permiſceant ac perturbent: nonne inquã
hos om̃s ſatius erat perditum ire/ex quorum interitu ſalus parabat orbi: q̃ hunc
virum priuari vita ex cuius incolumitate ſalus om̃s p[...]uere videbat? Sed omis
tam lamentationes & fletum: non quidem noſtra cauſa/quibus perpetuo dolen
dum erit: ſed illius qui hoc exutus concreto corpore & mortali/ cœlituum fruitur
conſilio. Nam ſi ampla patuit ſemper virtuti ad cœlos via: profecto animus ſacer
atq; immortalis/om̃i cultus virtute ad cœlos euolauit: & in numero ſedet beato
rum. Nunc illud ſupereſt ad quod animaduertatis oportet P. C. ut quoniã vir hic
optimus in reipublicę munere interijt: eum quoq; publicis honoribꝰ decoremus/
qui ſint ad nomen poſteritatis ſempiternũ. Et quoniam pompa funeris habenſa
tis digna non potuit/propter difficultatem temporũ: diligentior habenda eſt ratio

**Sepulchri extructio:**

monumenti. Curandum eſt enim ſi grati vo[...]mus exiſtimari: ut ſepulchrum ſibi
ex publico ęre ædificet q̃ magnificum: in quo ſcribatur breuiariũ geſtorum eius,
prout ſolitum eſt fieri his qui pro patria occubuiſſent. Superimponenda eſſet ſe
pulchro aurea ſtatura more priſcorum: cuius in baſi eſſet inſcriptum. Parenti pa
triæ. Sed quia hic mos venit in deſuetudinem: ſatis erit conſtitui ſepulchrum/orna
riq; ad modum maiorum noſtrorum: cum inſcriptione honorifica quæ ſit ad ho
norem ipſius/& ad imitationem poſterorum. Nam q̃uis ipſe ſibi viuus monumẽ
tum extruxerit ære perennius: quod nulla unq̃ diſturbatura ſit vetuſtas: tamen
gratitudinis veſtrę erit: in virum de vobis bene meritum veſtri iudicij memoriam
extare: ut una cum gloria ſua veſtriq; officij perpetuo ſit fama coniuncta. Quod
reliquum eſt/vos oro obteſtorq; Patres primum: ut illius virtutem imitari velitis
in om̃i vita/quem tantopere comprobatis. Deinde ut eius memoriam veſtris ani
mis defixis perpetuo conſeruetis.

# POGGII ORATORIS CLARISSIMI ORATIO SECVNDA IN funere Cardinalis .S. Crucis.

IN MAXIMO DOLORE PRESTAN-
tiſſimi patres & acerrimo luctu/quem ex optimi ac
ſanctiſſimi viri morte ſuſcepi:hoc mihi ſolatiũ mœ-
roris videtur tribui:ꝙ & ea proculdubio ſim dictu-
rus quæ ſummo omniũ conſenſu/ ſumma appro-
batione/ſummo fauore accipiant. Et in virtutibus
ampliſſimis tanti viri commemorandis & ſi non de-
bitum ac qualem facultas ingenij dabit honorem/
ſim in te omi cum laude exactiſſime pręſtaturus:
accedet quod maxime ad viuentiũ ſpectat utilita-
tem:ut in excellentiũ virorũ exemplis & vita recen-
ſendis/multi ad laudem & glõiam & ſuarum virtu-
tum memoria incitent̃.Conferunt enĩ non parum
pręclaris ingenijs geſta priſcorũ ante oculos poſita:quæ nobis ſubdunt tanꝗ cal-
car/ad incitamẽta quędã ad eorum quos laudari videmus imitationẽ.Equidem
exiſtimo maiores noſtros/& orationes quæ olim in præclarorũ funeribus habe-
bantur:& imagines quæ priſcorũ memorię dicebant̃:non tantũ defunctorum lau-
des & glõiam oſtendere/quantũ poſteris cõſequendę virtutis eorum exempla no-
bis præbere voluiſſe.Quꝗ huic noſtro omĩ laude ornatiſſimo viro / nullius glõia/
nullius laudatione opus eſt ad eius vitam in hoc funere exornandã. Neq; hoc di-
cendi munus tanta virtus deſiderat:quę omniũ oratõnem quantũuis ampliſſimã
ſuperare videtur.Sua illam merita/ſua virtutũ ornamẽta/ſua ſanctiſſime acta vi-
ta/mores caſtiſſimi/ſua in omẽs pietas/ſua religio adeo illum ornauit : ut nullo ſit
opus externo adiumento ad laudem hominũ cõſequendã.Quo mihi facilior erit
orationis curſus:cui datur ea materia ad dicendũ:ut non verbis ornare hũc homi-
nem/ſed tm̃ quæ ab eo acta ſunt refẽrre ſatis eſſe pro eius meritis videant̃. Sed ꝑ-
fecto integerrimi ornatiſſimiq; viri vitam explicaturus:dum eius in me dum vixit
charitatem / in doctos viros beniuolentiã cõſidero:dũ eius virtutem/humanita-
tem/pietatem mente reuoluo:dum quo pręſidio eccleſia/quo auxilio inopes/quo
adiumento boni ſunt ſpoliati animaduerto : nequeo ullo modo quæ ultro etiam
me inuito in eius cõmemorationẽ effluunt lachrymas continere. Quis enĩ tam in-
humanus/tam durus vel ferreus potius eſſet:qui in talis tam laudati/tam deſide-
rati cõmunis patris memoria non moueat̃ animo/ & ad fletum prorũpat̃: Quis
eſt cum eum nobis/qualem ſæcula rara ferunt ereptum videat:non mente & ani-
mo congemiſcat̃: Subtractus eſt nobis vir vita & moribus ſingularis: cui parem
ætas noſtra non protulit.Interijt:quꝗ non interijt / ſed ad meliorem profectus eſt
vitam/vir ſumma prudentia & ſapientia præditus:vir religione inſignis / pietate
pręcipuus/ excellens integritate vitæ : de omĩbus optime meritus: in quo nullorũ
quãuis perſpicaces oculi unꝗ locum maledicto inuenire potuerũt.Facultatib9 ege-
nos/ſubſidio imbecilles/conſilio plurimos/opibus ſingulos/omẽs patrocinio ſub-
leuabat:ut veluti parentem unicum bonorũ ac calamitoſorũ refugiũ/lugere & ge-
mere cõpellamur. Verum quoniã tempus requirit:ut ad eius laudum cõmemora-
tionem/poſthabita tantę iacturę querela veniamus:complectar paucis vitę inſti-
tutionem & mores eius:ut & ea quæ ipſi noſtis tanꝗ in veſtro conſpectu meis ver-
bis proponant̃.Et quibus id animi eſt : eius viri ꝓpoſito exemplo detur occaſio/

De virtuti-
bus eius.

Ortus eius

ad idem ỽtutis iter ingrediēdū. Natus eſt vir iſte inſignis Bononiæ urbe celeber-
rima atq; antiqua/& quæ inter Italiæ præclaras urbes facile admirari queat: hone-
ſtis parentibus & haud obſcuro loco natis: ſed qui filio per omnē vitam quocunq;
eſſet in ſtatu poſſent eſſe ornamento. Cum pluribus annis iuri ciuili operam de-
diſſet: plurimūq; in ea ſcientia profeciſſet: tandem cum legiſſet huius mundi ſapi-
entiam apud Deum ſtulticiam eſſe: ſpiritu dei ductus/qui eum in ſuum obſequiū
diſpoſuerat ſegregandū: abiecta legum cura / relicto ſæculo / contempto patrio
Fit Carthuſianus. cenſu/ordinem Carthuſienſium eſt ingreſſus: eam profeſſus religionem quæ ar-
tiſſima omniū iudicatur. Sunt plures viuēdi formulę propoſitę his qui ſe dei cul-
tui dicarunt: e quibus leniores quędā & ad facilitatē vitę propenſiores exiſtimant.
Non leuem aliquam/non facilem/non vitę & cōmunibus moribus indulgentem
elegit: ſed illam potiſſime quæ eſt ardua inter om̄es/difficilis/auſtera: ſeueritatis &
diſciplinę artioris plena. Magna proculdubio mutatio animi: maior corporis: q a
licentia quadam vitę cōmunis/ad tam laborioſum viuendi genus / ad tam inſue-
tum onus religionis aſcendit: non ſolum religionis vitam ſumēs/ ſed eam in qua
perſiſtere difficilimū exiſtimamus. Et certe ea religio admodū grauis/ & toleratu
difficilis putatur: ita paruis terminis circūſcripta: ut niſi ſpeciali dono Dei ſuffulti/
in ea diutius nequeant perſiſtere. Sed om̄ia ſunt volentibus facilia. Nihil tam du-
rum/tam aſperum Chriſtū recta via ſequentibus / quin leue & molle conantibus
fiat. Breui tempore effecit ut om̄es difficultates ſuperaret: omnē exactus auſterita-
Fit Prior ordinis. tem obedientia & patientia vinceret. Compulit non multo poſt vitę illius integri-
tas ſui monaſterij religioſos/ut illum eligerent in ſuum ſuperiorem. Quo in regi-
mine ea fuit modeſtia/prudentia/temperantia: ut ab om̄ibus ſua virtus celebra-
retur. Et q̄uis in monaſterio ſecluſus atq; abditus viueret/cultui diuino & guber-
nandę curæ intentus: virtus tamen & ſanctitas claudi minime poterat: ſed Bono-
niam uſq; horum certa veſtigia perlata/om̄es ciues in admirationem ſtuporemq;
perduxerant. Ipſi quibus pręerat/ abſq; ulla inuidia (quam vitare difficile his qui
præſident cæteris) virtutes eius admirantes efferebant. Neq; vero mirum: facile
eſt em̄ laudem conſequi illis qui non pręeſſe cupiunt/ ſed prodeſſe hoc vitæ curri-
Fit ep̄s Bononienſis. culo. Hac viri fama permotus Bononienſis populus: cum in defuncti epiſcopi lo-
cum ſucceſſor quęreretur: diſſedente paulū clero, nam alij alium poſtulabant, uno
conſenſu/una mente in ſuum paſtorem approbante clero elegit. Permagnū ſane
ſingl'aris hoc teſtimoniū virtutis fuit: uniuerſum ppl'm ſua ſponte/nemine rogan-
te/nullo diſſentiente/neſcio cuius voce illum nominantis Dei voluntate emiſſa/
e veſtigio in eius electionem exarſiſſe. Sperabant enim illum unicum futurum eſ-
ſe Antiſtitem in quo ſalus omniū eſſe ſita videretur: cuius ope boni ſubleuarent-
tur: opprimerent mali: qui mores laſciuientes ad meliorem frugem & vitia poſ-
ſet ad virtutes traducere. Accitum ad urbem per alterius rei ſimulationem/ igna-
rum populi voluntatis / multis precibus omnes ciuitatis ordines hortati ſunt eti-
am reluctantem: ne onus ſibi iniunctum recuſaret. Ille multum diuq; cogitans:
quanti eſſet laboris ac periculi animarum curam medelamq; ſuſcipere: quamq; eſ-
ſet graue eiuſmodi pondus illis qui animarum ſalutem ex tali dignitate/ non quæ-
ſtum quęrunt: ceſſit vix tandem vir optimus populi voluntati. Attamen ea con-
ditione aſſenſus eſt. Primum: ut omnia bona caſtella quæ diſtracta erant/eccleſiæ
reſtituerentur. Tum: ne quid expenderet pro confirmatione pontificis: ſibi enim
nummos non eſſe. quæ vero ab eccleſia ſubminiſtrarentur: in alios uſus/ hoc eſt
in pauperū alimenta diſtribuēda ſibi eſſe aſſeuerabat. Quod utrūq; eſt aſſecutus.
Nihil eo honore/nihil ea dignitate elatus: nulla in re vitam priſtinā mutauit: eadē
humilitate eadē cōtinentia / eadem vitæ auctoritate vixit: victu tenui & nullo cū

apparatu cõtentus.O virũ optimũ & cunctis ſæculis ſummis laudibus celebrandum.O virtutem raram/& quam rariores homines ſequuntur. Recenſete alios: & eorum vitam inſpicite/qui ſimili præditi ſunt dignitate: quem mihi dabitis qui eiuſmodi gradũ non appetat/quærat/enixe procuret: cœlum terramq; defatiget/ ut illum conſequatᷣ: Quo cum quemq; reperietis qui non infletur animo adepta dignitate & intumeſcat: qui dignitatẽ non habeat queſtuoſam: qui non voluptatibus plus ſolito/& quieti corporis indulgeat: qui non deterior in diem fiatᷣ. At hũc noſtrũ virum ſanctiſſimũ omia prioris vitæ ſeruantẽ veſtigia vidimus nulla in re imutatũ: nullam in partem a cura populi ſui oculos deflectentem. Primũ in id maxime multis reluctantibus incubuit: ut clerus qui ad eam diem diſſolutior fuerat: non ſolũ veſtibus/ſed moribus quoq; cõpoſitioribus uteretᷣ. Tum populũ ab laſciuia ad frugalitatẽ deflexit: non ſolum verbo/ſed exemplo: quod plurimũ valet ad animos hominũ cõmouendos. In primis id ſtatuit: etiam rẽnuente in multis põtifice: ut Iudęi certo ſigno a Chriſtianis dinoſcerentᷣ. Religioſum quendã ordinis Minorũ/ad reddendũ depoſitum mulieri viduæ quod negabat/certis coniecturis recognita/licet reluctantem coegit. Pauperes qui egeſtatem erubeſcebant occulte perquirens: frumento/aut pecunia clanculũ domũ miſſa ſubleuabat. Virginibꝫ egenis dotem ſubminiſtrabat. Confluentibus undecunq; mendicis victum publice largiebatur. Id agebat: ut oẽs intelligerent non utilitatẽ aliquam/aut priuatũ cõmodum ex eccleſia: ſed rationem pauperũ/populi correctionem/ſacerdotum emendationẽ ab ſe eſſe ſuſceptam. Erat in corrigendis ſuperiorũ temporũ moribꝫ tum mitis/tum ſæuerus: prout utilitas ciuium ſibi conceſſarũ poſtulabat. Deniq; paruo tempore effecit: ut longe alius populus/alius clerus eſſe videretur. Etenim facile eſt illi cæteros corrigere/qui ſibi ipſi bene viuendi legem indixit: facilimeq; in officio continentᷣ homines ab eo qui ſeipm continet. Præclare enim a ſapientibus ſcriptũ accepimus: quales Principes in republica fuerint/tales reliquos eſſe ſolere. Hac auide laude/his virtutibꝫ florentẽ/Martinus põtifex aptiſſimũ iudicauit/qui ad componendã pacem inter Franciæ & Anglię reges legatus mitteretᷣ. In Gallias igitur ꝓfectus eſt: & cum utroq; Rege ſæpius collocutus/ad pacẽq; adhortatus/eos in admirationem ſui attraxit. Nulla munera/nulla dona accepit: ſed ſolitã ſuam continentiã modeſtiamq; ſeruauit. Et cum ſe utriq; Regi/tum oĩbus maxime probaſſet vitæ continentia/grauitate/prudentia: tamen in tanta ſententiarũ diuerſitate difficile fuit concordiã ſtatuere. Id tamen egit: ut ob eius virtutes tam Gallis ꝙ̃ Anglicis relinqueret deſiderium ſui: & ab ſingulis vir rectiſſimus atq; optimus putaretᷣ. Re infecta Bononiã rediit. Senſi ego qui in Anglia tunc morabar/quanti a Rege fieret: quanti virtus eius & ſapientia extimaretur ab oĩbus: quantaq; cum oĩ cõmendatione munus ſibi iniunctum obiſſet. Pręedicabatᷣ ab his qui a Rege veniebant cõtinentia huius/innocentia/integritas/religio: & hunc unum ad ſe miſſum aiebant ſine ambitione/ſine cupiditate: in quo vere ſanctitatis ſpecimen eluceret. Etenim facilime humana cõtemnit/qui Chriſtũ recte ſequitur: neq; exterius/ſed ſuis fultus bonis/nihil extra concupiſcit virtutũ fretus conſcientia. Peruenerat ad Martinum celebris harum virtutũ fama: multorũq; ſermone eius laus in diem increbreſcebat. Et ꝙ̃uis antea certior factus erat/hunc eſſe unum quem laudabant oẽs: cuius virtutum exempla extollebant: in quo nulla inuidia ad carpendum locum inuenerat: tum hac legationẽ prudentiſſime obita/ & moribus ſanctiſſimis ductus/eum deſignauit nullius precibus/nullius interceſſione/ſed ſua ſponte ſanctę Romanę eccleſię Cardinalẽ. Hoc ignotũ ei eſſe voluit quoad Romã (acceſſiuerat eñ illũ ut per negocii alterius ſpeciẽ) veniret. Cũ iam ꝓpe urbẽ eſſet/rem ſibi ſignificari curauit. Nulla lętitia/nullo gaudio/nulla

Iudęos ſignauit.

Legatus ad Galliam

Fit Cardinalis.

elatione motus. Eodem quo antea vultu permanſit: ut palam fieret: humani fa
ſtigij inſignia parui ab eodem exiſtimari. Honorē illum ſuſcepit: ne beneficentiā
in ſe Pontificis contēnere videret. Nihil ex eo ad virtutē / ad vitę moleſtias mini
addi conſpiciebat. Vitam ita deinceps inſtituit / ut & dignitati conſuleret & religio
ni. De priuata viuendi auſteritate nihil mutauit: exteriora quædā auxit quę ad cul
tum ſpectarent / & tuenda tantę dignitatis ornamenta. Eadem integritas / eadem
continentia / eadem pietatis officia / eadē benignitas pmanſit: & quo erat illo faſti
gio dignior / eo ſe magis indignum exiſtimabat. Nulla pompa / nulli faſtus / nullę
opes impedimento fuere quo minus ſe per oēm vitam purum immaculatūq; pę
beret. Quicquid dignitate aut auctoritate poterat / ad præſidia hoīm conferebat.
permagna quidem inerat patientia & æquanimitas: ſed ſummā modeſtiā ſummā
temperantiā / ſummā benignitatē ſemp oſtēdit. Nemini unq̄ nocuit: nemini unq̄
maledixit: nemini eſt iratus. In diuitijs pauptatem / in dignitate humilitatē / in faſti
gio tanti honoris priſtinā humanitatē ſeruauit. Quid loquar de liberalitate? vel ut
rectius loquar de charitate / qua egenis & amicis eſt opitulatus? Nolo hanc eius
p̄cipuam laudem pluribus verbis efferre: quoniā quæ Chriſti cauſa facta ſunt nō
humanā gloriā quęrunt / ſed præmia æterna. Sed mihi de ratione vitę huius inte
gerrimi hoīs dicenti / imago eius ante oculos obuerſatur: quæ pro ſua religione &
ſanctitate vetat me in huiuſmodi orōne eſſe prolixū. Nā quę ab eo acta ſunt an
te ſe / velle potius dei q̄ hominū teſtimonio comprobari. Non enim ad inanem glo
riam / non ad vulgi pompā / non ad ad aliquē faſtum ſe aſſerit: ſed ad veram laudē
ad honorem ſui creatoris / ad īmortalis dei cōmendationem / vitam & mores ſuos
cōpoſuiſſe: nihil ſe quęſiſſe / niſi ut opera ſua illi accepta eſſent qui nouit abſcondi
ta cordis. Hanc vero ſæculi inanem gl'iam / ſemper hunc populi plauſum cōtem
pſiſſe: quæ ſunt potius ad viuentium conſolatōnem / q̄ ad defunctorum ſalutem
temperata. Eius voluntati licet parendum eſſe videatur: tamen aliqua ex parte
meo deſiderio / & ſuis in me meritis ſatis eſſe faciundū iudicaui. Cum igitur ſan
ctiſſimi viri virtus ſummo in honore magna in reuerentia apud Martinum ponti
ficem eſſet: cumq; eum omēs velut exemplar honeſti intuerentur: fama virtutū vo
**Legatus ad Venetos** ro apud omēs eſſet vulgata: Legatus miſſus eſt Venetias / ad ſtatuendam pacem
inter ducem Mediolani / ac Venetos Florētinoſq;: quos inter acre bellum vigebat.
Et ideo recte ad pacem quęrendā electus eſt is qui pacis homo erat: & eam præ
cæteris rebus ſalutarem mortalibus cenſebat. Qua confecta: licet poſtmodū con
ditiones non ſeruarentur: & ob id bellum inſtauraretur / Romam reuerſus eſt. In
crebreſcētibus malis belli / cum maiora diſcrimina imminere viderentur: denuo ad
eandē pacem procurandā a Pontifice deſtinatur. Cuius in tractatu cum ſex men
ſes conſumpſiſſet: demum eius exhortationibus & prudentia Ferrariæ confecta
pace / ad Martinum (is tunc Ferentinum peſtis vitandæ cauſa ſeceſſerat) redit
ſumma omnium beniuolentia. Erat Martino admodum cordi Galliæ pax. Ad
hanc rem ſi quo conſilio / aut humana ope componi poſſet procurandam / hunc
**Rurſus ad Galliā legatus.** optimum virum eſſe accommodatiſſimū ratus: rurſus ad Galliam Legatum de
ſtinauit. Sed anteq̄ Italia excederet / Pontifex diem obijt. Huic cum ſucceſſiſſet
Pontifex Eugenius quartus: iter ſuum & legationem conceptam conficere iuſ
ſus / biennio apud Gallos permanſit. Non viliorem eum iteratus aduentus (ut
plerumq; contingere ſolet) reddidit / ſed admirabiliorem. Virtus enim quo diu
tius tractatur / eo magis placet nulla offenſione interrupta. Multa itinera in di
uerſa loca confecit: multos ſubijt labores: cum ſæpius ex morbo laterum / & cal
culo maxime torqueretur. Sed virtute & conſtantia animi infirmitates corporis
ſuſtinens: utrūq; Regem ſæpius eſt allocutus: exhortans ad concordiā & ad de
ponendā ambitionē. Multa cōſilia principū & cōuentus habuit: plurimas cōſulta

tiones:in quibus multum conſilij oſtendit/ multũ auctoritatis ad rei optatę confe
ctionem.Bellorum pericula ante oculos propoſuit. Quot/quantæq; calamitates
utriq; regno prouenißent recenſuit:ſanctorum Patrum præcepta/ſapientum vi-
rorum conſilia/ſingula omniũ ſcripta & ſententias quæ in eam rem cõferre vide-
bantur/ad permouendas mentes hominũ enarrauit. Sed gloria/ambitio/cupidi-
tas/honor ſæculi cum inter ſe certarent/& cõmuni bono obſtarent: infecta pace
abijt.Sed ita abijt:ut Regum uterq;/& qui his aderant: profiterenť nunq; ſe ei vi-
ro prudentia/fide/ſanctimonia/vitę integritate parem vidiſſe.Eadem eñ & prio
ri par integritas/abſtinentia/continentia legationis fuit. Regum & cæterorũ mu-
nera ab eo contempta:nihil horum appetijt quæ alijs pręclara & ſpecioſa videnť:
ſatis ſibi eſſe putans/licet operam perdidiſſet/ſe boni viri officia oĩa in eo legati
onis munere pręſtitiſſe.Erat amplior dignitas/ſed cupiditas minor. Nihil ſibi præ
ter laudem & honorem Pontificis reportandũ exiſtimauit. Et quidem cum mul-
tis pompa & apparatu rerum ac magnificentia ſæculi inferior videreť: virtute &
continentia ſuperior oĩbus erat: magiſq; in eo humilitas erat q̃ in cęteris orna-
tus aut rerum cultus exterarũ. Virtutũ namq; comitatu cõtentus/ea negligebat
quæ ſpecioſa vulgus ducit.Recte enim ut Bias ille prudens/oĩa ſecum ferebat:

Bias.

nullius exterioris cultus adminiculo egens. Non tamen obſoletam ſecum fami-
liam habuit:ſed quæ ſatis culta eſſet:& plus honeſtatis q̃ ſplendoris circumferret:
ita ut & contemptũ fugeret/& ſuperfluitatem. A Gallia rediens/ex Pontificis prę
cæpto Baſileam proficiſciť. Vbi cum multos tumultuantes aduerſus Pontificis ſe

Baſileã miſſus.

diſq; apoſtolicæ auctoritatem comperiſſet;neq; popularis inſania reprimi a ſe poſ
ſe videretur:Florentiam venit:ad quam Eugenius poſt diſceſſum ab Vrbe ſe con-
tulerat.Inde tertio legatus in Galliam redijt præcepto Pontificis: qui pacem eorũ
Regum perutilem populo Chriſtiano conſpiciebat. Erat omniũ opinio: aut per
huius viri ſapientiam & virtutem/aut nullius alterius ope pacem eam eſſe futu-
ram.Nam is ſolus cum nullius parti faueret/tantum enitebatur quantũ cõmunis

Ad Galliã tertio mittitur.

utilitas poſtulabat.Nulla affectione priuata/nulla beniuolentia mouebať.Erat li
ber in conſulendo animus:in decernendo æquus:nihil a recto declinans.Ibi conſi
lio utriuſq; gentis habito/cõmuniq;: deſperata propter diuerſas ſententias pace/
ducem Burgundiæ qui antea Regi Franciæ infenſus erat/in gr̃am Regis cõmu-
nemq; beniuolentiã reduxit.His actis ſumma cum laude Florentiam cum reuer-
tiſſet:denuo in Baſileam mittitur: ſi qua ratione ſanari aut reprimi poſſet eius au-
ctoritate multorũ temeritas qui contra Pontificem inſurrexerant. Sed ſuperante
& conualeſcente in diem ſtulticia ac nequitia eorum qui pacem eccl'ię peruertere
nitebanť:relicto malignantiũ cõuentu/venit Bononiã:quo pontifex ierat.Cũ aũt
poſtea celebrandi concilij gratia/ad quod Gręci venturi erant/Pontifex Eugenius
Ferrariã conceſſiſſet:in Germaniã legatus mittiť ad Alberthũ Regem Romano-
rum: qui erat Nurẽbergę/ad agendos cõuentus principum Germanię: ad obui-
andũ ſciſmati:quod poſtea Baſilienſiũ veſania confecit. Hic multa in eo cõuentu
locutus/quæ ad deterrendos hoĩes a ſciſmate eccl'ię ptinebant:hortatuſq; ad Pon-

Legatus in Germaniã.

tificis ſolitam fidem ſeruandã:Ferrariã regreſſus/poſtmodũ manſit in Curia. Pau
loq; poſt a Pontifice in locum Cardinalis Vrſini/qui maior pœnitentiarius erat:di
emq; ſuum obierat/ſuffectus eſt. Quo in munere ſumma ſẽp optimi viri pijſſi
miq; officia præbuit:id ſibi munus demandatũ arbitratus/ut ſalutem quereret eo
rum quibus Dei gratia lucem pœnitentię tribuiſſet.Mirũ fortaſſe nõnullis videri

Fit pœnitẽtiarius ſummus.

poteſt:cum tot Cardinales eſſent in Curia quibus hę legationes tam varie demã
dari poſſent:cur hic ſolus potiſſimũ legareť.Sed erant in eo pmulta quæ ſibi beni
uolentiam hominũ conciliabant/& præclarum reddebant apud oĩs.Primũ: ſum
ma religio/ſumma integritas/& ſanctitas morũ: cum nihil in eo rephendi poſſet;

cum per omnẽ vitam temperantia & continentia ſingularisq; doctrina præditus
erat/ac ſcientia rerum plurimarũ:ut viris doctiſſimis ęquari poſſet. Erat in eo de-
niq; agendorũ uſus ac experientia:quæ in eo ſummã prudentiã efficiebant. Acce
debat conſilij grauitas:& animus in conſultando oĩ paſſione vacuus:auctori-
tas quantũ in ullo hoĩne eſſe poteſt/virtute & bene agendo contracta:mores
probatiſſimi:ætas prouectior/nullo unq; tempore ulla vel parua vitiorũ labe no-
tata. In negocijs tractandis ac perficiendis ſapientiſſimus habebat̃. His virtutib;
addebat̃ humanitas quædam & manſuetudo:quæ eum ſumme gratum oĩbus
reddebant. Digne ergo ſua opera in rebus arduis Pontifices utebant̃:cum non ad
queſtum aliquem/ſed ad laborem officioſum:nõ ad propriam/ſed ad cõmunem
utilitatem ſe inniti arbitraretur. Et omniũ ex his quæ ab eo in officio legationis cõ
cedebantur/nullum emolumentũ prætendebat:gratis condonabant̃ oĩa ab eo
qui didicerat: Gratis accepiſtis:gratis date. Bona Bononienſis eccleſię quæ ſibi a
Pontifice credita erant/ſecũdũ canonicas ſanctiones diſtribuit: maiorem partem in
uſus pauperum/& ędificiorum reparationem diſtriubens. Nam domos epiſcopi
inſtaurauit/& auxit pro dignitate eccleſię & urbis. Domũ quoq; in urbe magna
ex parte conſtruxit/iuxta eccleſiam ſanctę Potentianę: in qua & habitauit remo-
tus a ſtrepitu populari. Dum Romæ vixit/parentibus/aut fratribus/aut alijs ex
ſuo genere nihil ex bonis eccl'ię tradidit:aſſerens ſe diſpenſatorem a Deo/non lar-
gitorem eſſe conſtitutũ. Familiam habuit honeſtam:quę & honeſtatem ſeruaret/
& contemptũ vitaret:ſummã ſeruans in oĩ ſtatu moderationẽ. Cibi fuit parciſſi-
mi. Nunq; poſt aditam religionem/neq; in infirmitatibus quibus grauabatur ſæ-

Victus & religio eius

pius/neq; extremo vitæ tempore carnes comedit. Vino utebatur quod eſſet ſatis
ad vitæ ſuſtentatõem. Religionis normã immaculatã ſeruauit:eam religionem ſe-
quens quæ a Iacobo apoſtolo ſcribitur eſſe:ſe immaculatũ ab hoc ſæculo conſer-
uare. Surgebat media nocte orationi vacans. Linteis non utebatur: cum ſemp ci-
cio interius uteretur:ac recubans in ſarmentis. Sacrę ſcripturæ continuũ ſtudium
impertiebat/cum quid ocij ab oratione & negocijs publicis ſupereſſet. Humanis
quoq; ſtudijs tantam operam dedit/quantum ſacrarum litterarum dignitas pati-
ebatur. Vitam hanc cum tanq; peregrinus & aduena tranſegiſſet: nihil in ea aut
ſpei/aut momenti ponens: mortem quoq; contempſit: cum ſe ad meliorem ſo-
ret vitam profecturum. Et cum ſummo dolore torqueretur ex calculo: qui poſt-

Ex calculi ægritudine moritur.

modum ad libræ pondus in eo repertus eſt:tanq; ſciens extremum ſibi diem inſta-
re/& medicos contempſit/& dolores immenſos ſumma patientia pertulit. Agens
ſemper gratias Deo: qui ſe etiam in extremo ſpiritu exerceri ad patientiam vel-
let. Deficientem natura animam deo reddidit. Nihil de rebus externis curans niſi
ſi ut & familię rationem haberet:& pauperum meminiſſet. Obijt Senis ſexageſi-
mo octauo ætatis anno. Exequię eius in maiori templo celebratę: quibus Eugeni-
us pontifex qui illum unice dilexerat affuit. Cõmendari profecto digna eſt/tum
cæteris in rebus/tum in hac maxime Pontificis pietas:qui quod raro antea audi-
tum eſt/huic uni præſtitit. Annos iam quadraginta in Romana curia ſum ver-
ſatus:amplius quinquaginta Cardinales mortem obijſſe memini: nullius unq;
funeri Pontifex interfuit ullus. At & Eugenij egregia virtus/& defuncti merita
poſtulare videbantur: ut in eius funere vetus conſuetudo intermitteretur. Itaq;
& erga unum ſuam beniuolentiam oſtendit: & tali honore mortuo præbuit vir-
tutum ſuarum teſtimonium ſempiternum. Laudanda eſt a nobis ſemper diuina
prouidentia:& in oĩbus quæ nobiſcum agit Deus. gratiæ ſunt agende: patien-
ter vero ferenda quæcunq; eius nutu videntur accidere. Veruntamen cogor ali-
quando non ſolum admirari/ſed etiam conqueri: parum videri proſpicere tantã
ſapientiam rebus humanis. Videmus enim tot nepharios homines/tot ſceleſtos

quorum opera in ſolam perniciem gentiũ ſpectant: verſari in terris proſpera vali
tudine: diutiuſq; viuere q̃ ferat cõmunis ſalus: quos vtiliſſimũ fuerat orbi/ aut nũ-
q̃ natos/ aut q̃primũ interijſſe. Eos vero quorũ vita eſt nobis ſalutaris/ qui opere
& exemplo proſunt: in quibus multorꝝ refugium conſiſtit: aut morbo a negocijs
impediri: aut citius eripi nobis q̃ ratio reipublicę patiat̃. Quãobrem pluribꝰ ver- Concluſio.
bis deflerem huius ſingularis viri mortẽ: deplorarem publica incõmoda: lamen-
mentarer priuata: multorũ damna: & cõmunem bonorũ parentem ſubtractum
nobis q̃rerer: niſi cenſurã dei timerem: & ni vererer/ ne videremur eius glorię qua
nunc in coelis fruitur inuidere. Tm̃ dico: bonos om̃es patre optimo/ egenos: patro
no ſanctiſſimo/ eccl'iam Romanã ſummo viro/ ſedem apl'icam prudentiſſimo cõ-
ſultore eſſe hoc talis viri obitu ſpoliatã: qui ſplendorẽ Romanæ curię/ lumen reli-
gioni/ dignitatem ſuo Ordini afferebat. Sed poſtq̃ ita viſum eſt illi cuius conſilia
æterna ſunt: nos quoq; in eius interitu conſolemur: ſcientes ip̃m in beatorũ nume
ro collocatum. Doleamus paululũ ſi libet incõmoda noſtra: illius vicem lętemur:
qui nunc fert optatũ fructum laborũ ſuorũ. Proſequamur quoq; grato animo me
moriã eius: & virtutes ſuas infixas animo teneamus. Conuenit eius opera & opti
me actam vitam imitari: ut inſtar eius æternã gl'iam noſtris laboribus & actioni-
bus conſequamur.

## POGGII FLORENTINI ORATIO tertia in funere Nycholai Nicoli ciuis Florentini.

SI CIVES PRAESTANTISSIMI LA
tinæ muſę hoc in loco per ſe loqui potuiſſent: neq̃q̃
alterius dicendi officiũ poſtularẽt. Ip̃ę em̃ ſuis ver-
bis copioſiſſime atq; ornatiſſime celebraſſent p̃cla-
riſſimi atq; om̃i laude digniſſimi alumni ſui funus.
Verum quoniã qui pro earum dignitate ac maie-
ſtate in publicum prodire non conſueuerunt: hoc
munus ab alijs ſuſcipi æquo animo patiunt̃. Itaq; li
cet permultos adeſſe intelligam ad dicendũ parati
ores/ quibꝰ ingenio ſum inferior & doctrina: tamẽ
quo non amplius p̃ripiam huius funeris exornã
di facultatem: ſed ut tanq̃ aditum quendã patefaci
am/ exquiſitius quiddam atq; ornatius eloquendi:
non indignum exiſtimaui aliquid in medium affer-
re: qui & ſi non veſtris auribus/ at ſaltem officio hominis amici videar ſatiſfeciſſe.
Qua in re ſi nequaq̃ parem ſuis laudibus/ ac de me meritis eloquentiã p̃ſtitero:
dabitis opinor veniã tum paruitati ingenij mei/ qui ſum tardior ad dicendũ: tum
magnitudini virtutũ Nycholai: quæ permultę in eo atq; ampliſſimę claruerũt. Co
pioſa em̃ quædã atq; excellẽs oratio/ a qua longe abſum/ adhiberi opteret ad hu
ius mortui laudes ac breuitate temporis cõplectendas. Quanq̃ quem ego mor-
tuum dixi/ viuit hic proculdubio: viuetq; diutius/ cum eius memoria ſit hoĩm mẽ-
tibus diutiſſime permanſura: atq; ea etiam viuat vita ſcilicꝫ immortali/ quæ vere
vita eſt appellãda. Emigraſſe hinc eueſtigio credimus ad cœlos hanc purã aĩam:
om̃i labe corporis/ omni vitiorũ contagione exutam. Fuit em̃ vir iſte vitę integer-
rimæ: om̃i in ætate modeſtię ſingularis: qui ita lr̃arum ſacrarũ doctrinam coniun-
xit cum ſtudijs humanitatis: et om̃ia quæ legebat ad vitæ melioris cultum: & ad
quandã ſanctimoniã reuocaret. Quæ ut facilius intelligere poſſitis/ quæſo paucis

cognoſcite:tum quæ ad ſtudia eius & doctrinam ſpectant:tum quæ ad uirtutum
mores & vitę integritatem.Plurimū em̄ conferre ſolet ad incitamenta virtutū/ co

Ortus eius

gnitio earum rerum quas viri excellentiſſimi nobis ſuo exemplo reliquerunt.Or
tus eſt Nycholaus ut noſtis/egregijs atq; honeſtis parentibus ciuibus noſtris:qui
quæ homini maxime ſunt optanda/& diuitijs & beniuolentia ciuium floruerūt.
& pater quidem mercaturę operam dedit:qua ſibi opes plurimas comparauit.Ny
cholaus vero cum ad idem exercitiū a patre vocaret:ipſe autē honeſtioris merca
turę genus quęrendo/videlicꝫ virtutis curam ſibi propoſuiſſet : ad linguę latinæ
cognitōem ſe tranſtulit.Iam adultus ætate/natura ipſa edoctus:videbat cętera ca
duca eſſe/fragilia & momētanea:in virtute firmum/ſtabile & perpetuū bonum.
Ad eam capeſcendā ſentiebat maxime eſſe accōmodata ſtudia lrarum; quæ ſola
verū virtutis iter demonſtrare/& vitia cōpeſcere exiſtimabat.Cum aūt varię eſſent
diſcendi facultates/quibus hoīes pro animi affectione applicare ingeniū ſolēt:hu
manitatis ſtudia ſibi delegit:velut ea quibus boni viri effici maxime conſueuerūt;
& minime rerum cupidi.Hæc em̄ ſola ad virtutem videnť ſpectare.quippe cū in
eis honeſtū ipm & agitatio quedā mentis/ac melioris vitę cultus quęrať.Itaq; cum

Ludouico Marſilio p̄ceptore uſus.

floreret tunc in hac ciuitate eximia virtus atq; doctiſſimi oīm viri Ludouici Mar
ſilij ex religione Aguſtineñ.cōtulit ſe in eius familiaritatē.ut una cum ſtudijs do
ctrinę/vitæ quoq; & morū inſtitutōem p̄ciperet.Hoc quidem mature & ſapient
in primis egit.Nam quibꝫ honeſta viuendi ratio propoſita eſt : ij q̄ſibi integrū
& probatū virum eligere debent / ad cuius imitationē & ſimitudinem informent.
Erat domus Ludouici referta tunc egregijs adoleſcentibus/ qui ſibi vitam eius &
mores propoſuerāt imitandos.Frequētabať quoq; ab optimis ac p̄ſtantiſſimis vi
ris huius ciuitatis:qui ad eum velut ad diuinū quoddā oraculū undiq; cōfluebāt.
Erudiuit autē liberaliterq; inſtituit plures:qui viri doctiſſimi euaſerunt.Sed emer
ſere inter alios:p̄cipue Ioānes laurenſis:Robertus roſſus:et hic noſter Nycholaus
qui cęteris rebus poſthabitis nunq̄ a latere Ludouici diſcedens :& optimis viuē
di pręceptis inſtitutus eſt:& plurimū tempis impertijt.Morū autē ſeueritatē & lo
quendi harmoniā quandā/ac in rep̄hendēdis vitijs libertatē ab illo hauſit: qui erat
promptiſſimus ac paratiſſimus ad vitiorū obiurgationē. Accidit em̄ : ut imitemur
mores quibus cū ab adoleſcentia educamur.Hac ratione vitæ imbutus:duas res

Diuitiarū & honoris cōtemptor

quę fere ab omibus ſummo expetunť ſtudio aperte contempſit:diuitias videlicꝫ
& honorū cupiditatē.Cum em̄ eſſet philoſophię p̄ceptis non tam legēdo q̄ agen
do eruditus:eam normā viuendi optimā iudicauit/quo ocio lrarum vacaret:neq;
opibus inſeruiret:neq; ambitioni.Igitur bonarū artium curę deditus/ ac ſuo con
tentus:quicquid tempis dabať a priuatis rebus:aut legendo / aut ſcribendo/aut
amicorū negocijs impertiēdo accōmodabat. Sollertiſſimus oīm fuit in emendis

Librorū ſtudioſus comparator.

ac cōparandis libris fructuoſiſſima ac pulcherrima oīm negociatione: quos adeo
multos atq; egregios tum latinos/tum græcos ab extremis uſq; Europę finibꝫ cō
quiſiuit:ut omes Italos ( pace reliquorū dixerim )ſuparit librorū copia optimorū:
in quo beneficentiā ſuam/liberalitatēq; attendite.Cōmunes erant libri ſui omibus
etiam ignotis:p̄ſto aderant aut legere volentibus/aut tranſcribere:neq; ulli omi
no recuſabat qui aut doctus eſſe/ taut videreť velle doceri ; ut publica q̄dam bi
bliotheca & ingeniorū ſuſtentaculū domus eius exiſtimareť.Etem̄ eos q̄ui libros
ſuos occultarent/neq; cūm cæteris participarent:cum eſſent editi ad cōmunem vi
uentiū utilitatem/quodāmodo abhorrebat:affirmans huiuſmodi hoīes teneri cri
mine expilatę hæreditatis.Qđ autem egregiam laudem mereť:ſummā operam/
curamq; adhibuit:ad p̄ueſtigandos auctores qui culpa temporū perierant.Qua
in re vere poſſum dicere:omes libros fere qui nouiter tum ab alijs reperti ſunt/ tū
a meipo:qui integrum Quintilianū/Ciceronis noſtri orationes/Sillium Italicum/

Noniū Marcellū Lucretij partem: multoſq; ꝑterea e Germanoꝝ Galloruq; erga-
ſtulis mea diligentia eripui/atq; in lucem extuli Nycholai ſuaſu/impulſu/ cohor-
tatione/& pene verboꝝ moleſtia eſſe lr̄is latinis reſtitutos. Sed id eſt ꝑmaxime in
genti gloria dignū. mortuo de quo antea dixi Ludouico: a quo eruditōem latinā
acceperat: cū intelligeret græcas lr̄as & doctrinā noſtris admodū cōferre: quippe q̄
ſine adiumēto græcoꝝ mancę eſſe videnť ac debiles: operā dedit cupidus diſcēdi
cum viro tūc integerrimo oīm ac doctiſſimo Coluceo ſalutato: qui & ipe poſt Lu-
douicū doctoꝝ oīm parens atq; educator putabať: ut Manuel chryſoloras con-
ſtātinopolitanus/gręcoꝝ oīm facile princeps / in hanc urbē legendi gr̄a accerſireť.
Veriſſime mihi videor poſſe dicere: etiam his qui illoꝝ tempoꝝ memoriā tenent
approbātibus / Nycholai maxīe unius ꝟbis ac ſollicitudine gręcas lr̄as lōgo poſt
in Italiam reductas. Quæ q̄tantū utilitatis noſtris hoībus attulerint/tum ad elo-
quentiā/tum ad plurimaꝝ rerū ſcientiā quis ignorat? Videnť priſca illa tp̄a q̄bus
eloquentia cum ſapientia cōiuncta vigebat/eſſe hoc ſæculo renouata. Ita quicq̄d
utilitatis græcarū lr̄arum bn̄ficio accepimus/uni Nycholao poſſumus acceptum
ferre. Nam a Manuele tanq̄ doctrinæ quodā ſeminario multi viri doctiſſimi pro
diere. Venit deinde Florentiā etiam Nycholao auctore vir ꝑitiſſimus Guarinus:
qui & ipe plurimū profuit ad græcarū lr̄arum cognitionē. Acceſſit deinde vir præ
ſtans ingenio & doctrina Ioannes Auriſpa Nycholai procuratōe. Tum ultimus
oīm Nycholai quoq; opera ad nos adijt/vir ſceleſtiſſimus mortaliū atq; impuriſſi
mus (quem cōtumeliæ cauſa nomino) Franciſcus Philelphus: cuius vitia & ſce-
lera adoleſcentes noſtros & urbem inquinarūt: ut ſatius fuiſſet futurū urbi huic/
peſtiferi hoīs carere doctrina/licet pertenui & exili/q̄; eius abūdaſſe nequitia. Ve
rum Nycholaus/qui ſcientię utilitatē quæreret: flagitia ignoraret: cōmuni errore
bonorū/qui cæteros ex ſuo ingenio iudicant deceptus: ut homo nepharius ad le-
gendū mercede publica excitareť effecit. Ergo oīs qui deinceps græcarū lr̄arum
cognitione profecerūt/magnas gr̄as Nycholao & habere & agere debent: qui au
ctor in primis eius doctrinę fuit in Italiam traducendę. Magna hæc profecto ho-
minibus noſtris utilitas: ingens Nycholai laus/& poſterorū memorię cōmendan
da: unum extitiſſe: cuius maxime cura & opera græca ſtudia Italis ante ignota/ad
nos tandem longo poſt tēpore redierūt. Quid idem in litteris noſtris? quantū pro
fuit nobis: quantū ſingulis qui diſcēdi deſiderio tenebanť? Nō hortator ſolū / ſed
ſuaſor/ adiutor atq; impulſor aſſiſtebat his quibus perſpiciebat ineſſe aliq̄d inge
nij acumen/aut voluntatē ad perdiſcendū: ut non ſolum hærentes & remiſſos/ſed
incenſos etiam & currentes ad ſtudia doctrinę excitauerit / reddebatq; ſuis voci-
bus velociores. Nolo oēs proferre ne longior fiam/quibus illius verbū & opa
ad humanitatē profuerūt. Sed tamē hic doctiſſimus atq; eloquētiſſimus vir Leon
ardus Aretinus/hic ſanctimonia morū ac doctrina vir cōſpicuus Ambroſius ere-
mita/hic Carolus Aretinus ſummo ingenio/ſumma eloquētia ꝓditus: quos oīs
honoris cauſa nomino: pluresq; ꝑterea: ut de me ſileam/qui minime illis ſum com
parandus: oēs hi inquā & latinis & græcis lr̄is ꝑſtantes/ſe Nycholai vocibus/ co
hortationibꝰ/libris/ope & adiutos maxime & impulſos in ſuis ſtudijs ꝓfitebun-
tur. Erat hoc inſitum ſuæ naturę: ut quoſcunq; incenſos ad bonarū artium cogni-
tionem videret: ſi ijdem boni vidireť/ſummo amore cōplecteret: & veluti filios
foueret ac ſubleuaret. Tanq̄ ſtimulus erat recta capeſcentibus conſilia/ad huma
nitatis & ſapientię ſtudia proſequēda. O vere doctorū oīm parens/& ſtudiorum
domiciliū: quantū tibi latina eloquentia/quantū docti hoīes/quantū ſtudioſi lr̄aꝝ
nomini tuo debent. Tu in primis viam ad humanitatis ſtudia oſtendiſti: tu iter ad
veram eloquentiā demonſtraſti. Tu græcas lr̄as ad Italiam reduxiſti: tu cōſilio/ tu
libris/tu opera/tu cohortationibus ſemꝑ oībus recta ſentientibus affuiſti. Tu

Græcaꝝ lit teraꝝ utili-tas.

In Frāciſcū Philelphū obiurgatio.

Bn̄ficus in ſtudioſos.

diligentiſſimus rerum perpenſor:tu grauis eloquẽtię cenſor: tu pacimus doctorũ
extimator/magno adiumẽto omibus extitiſti. Tu deniq; tum corripiẽdo/tum lau
dando effeciſti:ut ad aliquã dignitatẽ facultas eloquentię pueniret. Id & a cęteris
cõmendatũ iri putabaṫ. Tuũ em̃ iudiciũ non ex adulatione aut aſſentatione pen
debat:ſed ex veritate atq; animi recta ſententia. Sed hæc ad comunẽ referunt uti

Studiũ eius

litatem. Quid loquar de proprijs ſtudijs? quid doctrinã / quid ſcientiã proferam?
quid multarũ rerum cognitionem? Græcis lrĩs plurimũ inſudauit. Latinas ita te
nuit:ut nemo melius oĩm diſciplinarũ quibus hoĩes liberaliter inſtitui ſolent/do
ctrinã pcepit. Priſcas hiſtorias ita oms memorię fixas habuit:ut illis ferme interfu
iſſe videret. Coſmographiæ ita opam dederat:ut toto orbe terrar; ſingulas pro
uincias/urbes/ſitus/loca/tractus:deniq; oms melius noſſet ꝙ hi qui in eis diutius
habitaſſent. Nullus eſt in latina lingua auctor/quẽ quem probaret/quẽ non legiſ
ſet ſumma cura & diligentia. Sacris vero ſcripturis ita incubuit legendo: ut plura
ex eis teneret ꝙ qui totam ætatem in illis ponere viderent. Nullus auctor fidelis
ex illis antiquis fuit/cuius non aut libros/aut ſcripta referret. Linguę vero latinæ
præ cęteris erat diligens ſcrutator:in qua & illũ peritiſſimũ vidimus. Nullũ profe
rebat verbũ cuius vim & originẽ ignoraret. Nullũ ſcriptorẽ antiquitas tulit/cuius
nomen non mandaſſet memoriæ:cuius nõ opera etiam depdita diligenter recen
ſeret. Antiqtatis erat admodũ curioſus:cuius & patronũ quendã ac ꝓtectorem il
lum omes ferebant. Eloquẽtia plurimũ potuit:licet perraro dicendi onus ſuſcipet.
Cum em̃ nihil niſi politũ ac perfectũ probaret:nequaq; ſibiipſi eius ſcripta ſatiſface
re videbant. Multa legerat:multa cognouerat:plura memorię cõmendarat/quæ
ſibi copiam dicendi admodũ ſuauẽ ſubminiſtrabãt:adeo ut in cœtu hoĩm auſcul
taretur attẽtiſſime:& ſumma cum audientiũ voluptate. His ſtudijs/ac vitę indu
ſtria tantã ſibi excellentiã cõparauit/ut nulla dubitatione inter doctiſſimos proba
tiſſimoſq; noſtrę ætatis viros adnumeraret. Quanq; ipſe ſua qua fuit animi mode
ratione/ſe infimũ omniũ prędicabat:nihil ſibi arrogans:neq; ad oſtentationẽ quan
dam ut multi ſolent ſe comparans/ſed ad veram philoſophandi rõnem. Credo vi
deri hæc nobis quemadmodũ æquum eſt/plurimũ laudanda. Age vero nũc qua
les in eo virtutes/qui mores/quę vitę integritas viguerũt. Nulla pars vitæ eius re
cti viri officio vacauit:nulla in re grauiori lapſus eſt. Id egit ſemp:ut quorũ virtu

Prudentia eius.

tem legerat:eorũq; exempla imitaret:eſſe ꝙ videri bonus mallet. Iam primũ pru
dentiam eius licet proſpicere eximiã quandã & pene diuinam. Prudentiã dico nõ
huius temporis aut ſæculi/quę in capiendis rerum externarũ conſilijs/aut aſtu ſu
perandis hoĩbus a multis collocatur:ſed quam in optimo vitę genere deligendo/
& ipſa vita ſapienter degenda viri doctiſſimi poſuerunt. Oĩa quippe humana cõ
moda ut externa bona cõtempſit/ut ſe totum traderet ſtudijs ſapientiæ. Si laudat
Herculem antiquitas:quem in biuio conſtitutũ fabulæ ferunt/ſecũ præmeditan
tem ac confabulantẽ:utram viam eligeret:virtutis ne/an voluptatis? cum altera
aſpera ac difficilis/procliuis altera ac ſuauis proponeret:ꝙ virtutis itinere ſibi ꝑ

Hercules deliberans in biuio viam virtutis incipere vellet an voluptatis

ciſcendũ putarit. Cur non ſummã laudem hic noſter Nycholaus meret:cuius pru
dentia virtutis ſibi viam/reiectis illecebris voluptatũ perſuaſerit capeſcendã? At
vero ne ſibi hanc facilem fuiſſe exiſtimetis:plurima impedimẽta & varię moleſtię
ſuperauerũt quæ illum ab inſtituto itinere ſæpius reuocarent. Qua in re conſtan
tiam eius perſpicite. Omes difficultates tolerando/oĩa impedimẽta patientia ſu
perauit.non onere egeſtatis/qua ſępiſſime preſſus eſt:nõ laboribus ꝓmultis/non
rei domeſticę cura/quibus illum aliquotiẽs vexari vidimus : deflexit unq; animũ
ab inſtitutiõe ſuſcepta. Quid eius innocentiã/ quid animi moderatõe ꝓproferam?
quid continẽtiã/ probitatem? Cum ſatis amplũ a parente patrimoniũ accepiſſet/
nullius autem lucri amore teneret:copias vero eius publica tributa exhauriſſent

ſepius rei familiaris difficultate compulſus eſt/aut libros (qđ tamē fecit rariſſime/
& in illis quos non probaſſet) vendere: aut amicorũ fortunis ſubleuari. Nunq; tñ
a ſtudijs mentē diuertit: nihil appetiuit alieni; nullũ turpē quæſtũ cōcupiuit. Nunq;
publicis magr̄atibus ad exhauriēdos paupes/ut plures ſolent/animũ adiecit. Ne-
minem ne minima in re q̃dem læſit unq;: nulli viuentiũ iniuriam intulit: nihil cuiq;
abſtulit: nemini nocuit. Manus atq; animũ ſeruauit innocentem. Nulla præterq̃ li
brorũ cupiditate flagrauit: nō appetēdo aliena/ſed nec ſuis parcēdo tulit ſumptus
& publicos & priuatos. Vixit uſq; ad obitus extremũ diem fama incorrupta. Ra-
tionem viuendi modeſtam & lautam oĩ tempore ſeruauit: ſe referens ad fruga
litatis cultũ quā laudabat. Semp illud priſci Catonis perſæpe verbũ uſurpans: ma Cato.
gnum vectigal eſſe parſimoniā. Ego qui domũ ſuam ab adoleſcentia frequenta-
ui. quiq; vitam eius penitus perſpexi: ſcio q̃ temperate/q̃ modeſte/q̃ caſte vixerit:
formans ſe ad eorum mores quorũ virtus eſt laudata. Sed & hoc non iudicium ali Plato.
quod/ſed expreſſum ſignũ egregiæ uirtutis eſſe videtur. Refert Plato in epiſtola
quadā: præcipuũ eſſe argumentũ probitatis/abũdare amicis: carere vero improbi
tatis. Quis ergo hac noſtra ætate amicis ditior Nycholao? Quis opulētior/quis co
pioſior? Hoc mihi videor veriſſime dicturus: oẽs viros doctos qui ubiq; terraꝝ
eſſent: non ſolum qui eum noſſent/ſed ad quos ſui nominis quoq; fama perueniſ
ſet/beniuolētia & ſummo amore erga Nycholaũ affectos: atq; ipm quoq; in unũ
quenq; lr̄arum & humanitatis cupiditate flagrantem/pari affectione incenſum cō Humaĩtas
ſpiciebamus. Fit em̃ neceſſario: ut qui multos amat/ipſe quoq; mutuo ametur a eius
multis. Humanitatē quoq; eius qui ſatis digne poteſt laudibus efferre? Faciles ad
eum aditus patebant: facilior allocutio. Cum multos multis in rebus excelleret/
tamen ſe parem infimis præſtabat. Coniũgebat cum ſæueritate affabilitas q̃dam
venuſta/oĩbus grata. Erat eius cōſuetudo iocunda admodũ: non ſolum eruditi-
onibus/ſed etiam exquiſitorũ artificij hominibꝫ: quibus admodũ delectabat̃. Ade
rat amicis conſilio/opera/obſequio/diligentia: etiam irrequiſitus. eorum negocia
pro ſuis ducebat. Domũ ſuam docti viri ſuum domiciliũ exiſtimabant: & tanq; cō
mune diuerſoriũ litterarũ. Qui excipiebant̃/oẽs ſumma cuꝫ hilaritate vocibus
ſuis excitabant̃: exēplo mouebant̃: aut legendo/aut diſputando proficiebant. Di De moribꝫ
ſcedebant ſemper ſinguli tanq; a quodam ſapiētiæ ſacrario doctiores. Mores eius ſuis.
quales fuerint oẽs fere cognoſcitis. ab ipa adoleſcētia tanq; educatus in ſtoica di
ſciplina ſeuerus fuit: continens: grauis cenſor morum: vitiorum acerrimus hoſtis:
ad laceſſendũ/ſi quando irritabat̃ promptus. quæ tamen ſalibus/facetijs/verboꝝ
iocunditate condiebant̃. ut perſępe eos in quos ea dicebant̃/ad riſum excitarent. Vitam cœ-
Vitam cœlibem duxit abſq; uxore & liberis. Vt enim quietius ſtudijs incumbe- libē duxit.
ret/voluit ea moleſtia carere: cum neq; eſſet opulentus: & legiſſet multis fuiſſe il-
las impedimento quominus vacarent ocio lr̄arum. Fuit autē amantiſſimus veri-
tatis: ut qui admodum horreret mendacium: nihil minus prædicans eſſe hominis
q̃ mentiri. At amicos ita obſeruabat/ut tamen veritatem præponeret: nemini par
cens/ubi ex ſententia eſſet dicendũ. Delectabatur admodum tabulis & ſignis/ac
varijs colaturis priſcorum more. Plura enim prope ſolus atq; exquiſitiora habe-
bat q̃ cæteri fere omnes. Ad quę viſenda multi alliciebant̃: ut non priuato aliquo
in loco/ſed in theatro quodam collocata ac expoſita eſſe affirmares. Iam quantam Vitę hone-
honeſtatem/quantā grauitatem ſeruauit: q̃ ſancte vixerit & ſcitis oẽs/& ipi vi- ſtas.
dimus: qui ab ipis noſtris incunabulis cum eo verſati prę cęteris ſumus: qui eum
domi foriſq; obſeruauimus: ita ut nihil nobis vitæ eius interioris eſſet occultum.
Nihil turpe/nihil obſcœnum ne verbis quidem protulit. Cenſoria quædam gra-
uitas vitæ ſplendorem afferebat & ſummā auctoritatem. Vitia horruit/& publi
ca & priuata. Templum quoddam virtutis & decoris exiſtimabat̃ domus illa: &

tanq̃ habitaculũ honeſtatis: in qua accendebant om̃es ad virtutem & bonarum
artium diſciplinas. Hic librorũ ingens numerus: tum latinorum: tum græcorũ. Hic ſi-
gna & tabulę: hic veterum imagines: hic nũmiſmata uſq̃ a priori illa ætate qua ea
primũ cudi / & moneta obſignari eſt cępta conſpiciebant. Hinc varia illuſtrium vi-
rorum exempla hunc ad virtutum incitamenta proferebant. Aderat ſemper quod
& oblectaret oculos / & animũ ſolaretur. Tanq̃ ex academia quadam & honeſto
certamine prodibant homines / & ad doctrinam / & ad mortalem vitam paratio-
res. Sed excellẽtiſſima eius virtus atq̃ optimũ omniũ facinus nequaq̃ eſt ſilentio
pretereundũ. Cum viuens omibus profuiſſet: cum ſemper publicę cõſuluiſſet cõ-
moditati: curauit ut etiam poſt exactam ſanctiſſime vitam / laborũ ſuorũ fructus
ad poſteros emanaret. Id egit vir egregius doctorum virorum amantiſſimus / quod
nullum multis antea ſæculis feciſſe / neq̃ memoria hominum conſtat / neq̃ ullę litteræ

Bibliothe-cam publi-cam ex ſuis erexit.

prodiderunt. Rem ſane ſtatuit temporũ omniũ ac ſæculorũ laudibus celebrandã.
Ex libris quos homo nequaq̃ opulẽtus & rerum perſæpe inops / ſupra octingen-
tos codices ſummo labore & diligentia cõparauerat: decreuit teſtamẽto fieri per
amicos publicam Bibliothecam ad utilitatem hominũ ſempiternã. O prędariſſi-
mum omniũ quæ unq̃ condita ſunt & utiliſſimũ teſtamentũ: quo non unum ali-
quem aut alterum / ſed tum græcas / tum latinas muſas huius pcioſiſſimi theſauri
reliquit hęredes. Tibi ego nunc Nycholae (mortuum enim appello) muſarum
nomine gratias uberrimas ago: qui ſolus omniũ illas in publicam doctrinę & do-
micilij ſui poſſeſſionem / tandem poſt multa annorum curricula reduxiſti: quil-
las tam exquiſito munere donaſti: qui effeciſti ut aliquãdo priuatas domos egreſ-
ſę / in conſpectu atq̃ in lucem prodirent ornatiſſimo comitatu. Extitere hactenus
noſtra memoria plures & libris varijs & maximis opibus abũdantes: quos tamẽ
magis priuatum cõmodũ q̃ cõmunis utilitas traxit. Frãciſcus petrarcha poeta ex-
cellens habuit ingentem copiam librorum: qui poſt eius obitum om̃es venundati
& varijs hoĩbus diſpertiti ſunt. Ludouicus (cuius antea memini) magnam vim
librorũ quos multis in locis conquiſiuit / legauit ſui ordinis Bibliothecę. Vir pſtans
ingenij acumine / & plurimarũ rerum ſcientia / Ioannes Boccatius eidem loco ſuos
libros teſtamento reliquit. Collutij noſtri ad omnia ingenij ſingularis volumina:
quæ Nycholai libros numero ferme ęquabãnt / filij vendiderunt. At vero hic no-
ſter egregiam prę cæteris ſupellectilem; in qua comparanda multum temporis /
multum impenſę / plurimũ laboris impenderat: non vendi: non in priuatã aliquã
domũ cõportari: non alicuius unius uſui aut arbitrio relinqui: non in alienam Bi-
bliothecam recludi: ſed in cõmunem utilitatem / in publicũ munus / in locum omi-
bus patentem voluit conferri: ex quo om̃s litterarũ cupidi tanq̃ ex agro fertili fru-
ctum doctrinę uberrimũ poſſent percipere. Equidem ſi id religio noſtra aut tem-
pora paterent: decernerem mea ſententia ſtatuam illi marmoream in Bibliothe-
cę parte collocandã cum inſcriptione honorificẽtiſſima & ad memoriã illius / & ad
reliquorũ æmulationẽ. Quid eñ magnificentius / quid bonis accæptius / quid ſtu-
dijs humanitatis accõmodatius / quid cõmuni bono utilius fieri potuiſſet: aut etiã
excogitari: q̃ exiſtere hac in urbe publicam Bibliothecã / quæ ſit futura veluti ex-
cellens quædã eloquentiæ / & cæterarũ bonarum artium officina. Hæc Nycholai
noſtri ſtudia / hic vitæ curſus / hæ virtutes / hi mores / hæc officia extiterunt. Digna
profecto quæ illius laudem reddant apud poſteros ĩmortalem. Qui cum ſemper
in celebrãdis muſis / virtute excolẽda / libris cõparandis / obſeruãdis amicis ſtudiũ

Moritur

atq̃ opam præbuiſſet: tandem multis exactis laboribus poſt tertium & ſeptua-
geſimũ annum grauiſſimo morbo correptus interijt. Ita ad extremã horam ſe cõ-
parans vt libenter ex hac luce migrare videret / tanq̃ ad locum beatiorem profe-
cturus. O diem acerbum nobis: licet illi malorũ omniũ poſtremũ. Lętor tui cauſa.

Nycholae (iterũ em̃ mortuũ cõpello) quem colere ſedes piorum/quem ad ęter-
nam quietem delatũ veriſſime iudicamus. Verum mihi doleo: mihi queror hunc
funeſtum diem: qui me mœſtum atq; afflictum/qui me ſpoliatum tua amiciſſima
iocunditate/tua ſuauiſſima humanitate priuatũ reliquit: qui mihi abſtulit tanq; ſe
getem ſtudiorũ meorũ: qui mihi eripuit officio prẽm: beniuolẽtia amicũ: quo cum
om̃es curas meas/cogitatus/dicta/facta & pſens verbis & litteris abſens confe-
rebam. Mihi dies iſte merito eſt deflendus: in quo amiſi certiſſimũ ægritudinũ ſo-
latium: mœrorũ leuamen: præſidium firmiſſimũ laborũ meorũ. Non dabitur am
plius tecum colloqui: non conſilio uti: non exoptatiſſima frui cõſuetudine: ac ſaltẽ
cõſolatione: qua licet reuocabo quoad potero cogitatione mea memoriã pteriti
tempis: & tecum ſemper dum hoc ſpiritu viuam dulciſſima recordatione cõmo-
rabor: mortuũ animo cõplectar. Erit Nycholai effigies ſemper hiſce oculis infixa:
& amorẽ quem viuo debebã: etiã in laudibus & celebratione mortui cõſeruabo.

POGGII Florentini Oratio quarta in funere Laurentij de medicis.

I ſerius mi doctiſſime Carole/ornatiſſimi atq; amã
tiſſimi quondã mihi Laurentij noſtri debitũ virtu
ti munus pſtiti q; eius in me officia poſtulabãt: nõ
negligentiæ/non obliuioni tribuendũ: ſed doloris
magnitudini: quem ex chariſſimi deq; me optime
meriti viri morte ſuſcepi. Tantus em̃ mœror/tanta
vis ęgritudinis mentẽ oppſſit: ut quotienſcũq; aĩm
ad eius memoriã reuocarim: nõ ſcribendi faculta-
tem/ſed lachrymarũ copiã ipius recordatio mihi
ſuppeditarit: qd' q; imbecellis ſolet animis euenire:
ita ceſſerit dolori ratio ſcribendi: ut a tempe mœro
ris mitigatio fuerit expetenda. Etem̃ quis tam du
rus vel potius ferreus eſſet: qui fletũ & lachrymas
in talis viri atq; amici cõmemoratione contineret?
Multa quippe diuerſorũ hoĩm vulnera quotidie ante oculos obuerſant: ut nullius
in obitu tanq; in re inſolita obſtupeſcere debeamus: ſed tñ maxima pars hoꝝ ſic
funt: ut incertũ ſit vita ne illorũ morti potius/an mors vitæ fuerit pferenda? Viuãt
em̃/an intereãt parum intereſſe mortaliũ videt. At vero cum mortẽ obijt is cuius
vita oibus cõfert: cuius ſalus multorũ ſalutem amplectit: cuius opes ac fortunæ
ſemp amicis pſto fuere: qui liberalitate atq; humanitate oĩs antecellit: tum demũ
graue ac difficile eſt non cõqueri. Quid em̃ vita hoĩm eſſet derelicta bonoꝝ tute-
la ſpoliata amicitię fructu: quẽ unũ habemus tutiſſimũ portũ in varijs caſibus qui
vident in vita hoĩm cõſtituti? Etem̃ ſic ſentio: nullũ eſſe dolorẽ qui ad amicorũ do
lorẽ accedat. Nam parẽtes filijs pñes tum boni/tum mali quicũq; hi fuerint natura
tribuunt nobis: quo fit ut eos pſæpe odio habeamus: nobis eorũ interitus exopte-
tur. Amicos vero noſipſi eligimus ſponte noſtra: qui ſunt nobis chariſſimi: quorũ
iocunditate cum priuamur/nulla videt nobis vita eſſe iocũda. Q. ſi cui unq; in Amicorũ
amici obitu dolere licuit: mihi certe licet maxime: qui non ſolũ dulciſſimo ac ſuauiſ pſtantia.
ſimo amicitię fructu/ſed meipſo videor eſſe priuatus. Ille em̃ parentũ mihi charita
tem/amici officia/fratris beniuolentiã pſtabat. Ille meas curas ſuas eſſe dicebat. Il-
le me opibus/pecunia/pr̃imonio ſubleuabat. Deniq; ea erat inter nos mutua cha
ritas ac beniuolẽtia: ut illo viuo nullã fortunã extimeſcẽs/ſecurus rerũ in tranqllo
vicq; portu viderer qeſcere. Itaq; ſilẽtio meo cãm pbuit nõ obliuio/ſed mœror gra-
uis: qui diutius q; vellẽ tenebras quaſdã ita aĩo offudit: ut nulla adhuc concedat
ſcribendi facultas. Verũ ne nunc qdem parẽ eius vtutibus elegantiã repſentare



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſſum:dicā tñ ut facultas ſe dabit q̄ credā ad eius laudes ptinere. De qbus anteq̄
dicere aggrediar:imbecillitas nr̄a & cōis vitę cōditio/tū fortunæ iniqtas paulū mi
hi deplorāda eſt. Nam q̄uis optime cū Laurētio actū putem: qui ſūma fœlicitate
in fratris amātiſſimi/caſtiſſimę uxoris/oīm ſuorꝝ complexu / ſūma hoīm beniuo
fortunę vis lentia/pr̄ia deflēte vita functus eſt:tñ durū eſt atq; arduū fortunę arbitrio magis
q̄ rōi nobis eſſe parendū. Erāt ignobiles:inutiles:nefarij pmulti quorꝝ iteritus ma
gno emolumēto cōi paci & qeti eſſꝫ futurus. In eos libido fortunę craſſari poterat
ſūmo oīm plauſu & cōmēdatione. At eū ſibi delegit/in quo ſe maxīe nobis obeſ
ſe exiſtimauit:& vexare q̄pl'imos. Verſat em̄ ſingl'a ut libet:& cum nihil firmū ni
hil ſtabile/nihil exploratū/nihil certū eſſe pmittat:in rerū cōtinuo labentiū mutati
one & curriculo collocamur. Vxores/filij/pr̄es/res domeſticę oēs:& quicqd in hu
manis charꝝ habemus:illius arbitrio obtpent neceſſe eſt:ut ne in horā qdem hu
iuſmōi rerū certi eſſe poſſumus. Infirmitates quoq; ac debilitates corpis/mors no
ſtrorꝝ repentina/incerti obitus/varij caſus ante ocl'os obuerſant:ut non ſolū Lau
rentij mors/ſed mea quoq; cæterorūq; qui mihi ſunt chariſſimi dubia fortuna me
Xerxes tu ac ſollicitudine mentē cōturbat. Haud inſulſe Xerxes rex ille potentiſſimus/cū
tantū exercitū cōparaſſet quantū nunq; antea hiſtoriæ tradiderūt:fleuiſſe dicit con
ditionē imbecillitatēq; cōditionis humanæ:q nemo ex tot hoīm milibꝰ ſup cente
ſimū annū unus eſſet futurus. Genus itaq; humanū & caducū eſſe & mortale/ac
Pindarus. ea lege natū ut pereat neminē latet, Sic thebanus Pindarus hoīem ſcribit umbrā
Theocritus eſſe:& quoddā ſomniū. Sic Theocritus in duobꝰ paſtoribꝰ expſſit/dicens, Paſtorē
quendā cum iuuēcos fugare voluiſſet/paulo incōſideratius per quendā excurriſ
ſe collem:puaq; ſpina in talo fixa dolore ptēritū:ſociū cui Cridon nomē erat accla
maſſe:ut ſibi ſpinā euelleret. Illūq; cū intentis ocl'is vix eam vidiſſet:ac ſummis un
guibꝰ elicuiſſet:tandē his v̄bis cū admiratōe ſuſtuliſſe. q̄ pua qdē ſpina tam robu
Homerus. ſtum virū domat, Qua cā ſapient Homerus nihil hoīe imbecillius terrā nutrire aſ
ſeuerabat. Qd' etiā elegant apud Maronē Iuppit declarauit:dū Herculē p futura
Vergilius. Palladis morte cōſolat. Tum genitor natū dictis affat amicis. Stat ſua cuiq; dies:
breue & irrepabile tēpus Oībus eſt vitæ:ſed famā extendere factis Hoc v̄tutis
opus. Nihil aliud prudentē poetā ſenſiſſe credendū eſt:niſi cōem hūani gn̄is cōditi
Horatius onem oñdere. Idem Hora. Pallida mors ęquo pulſat pede pauperꝝ tabernas/Re
gumq; turres. Nulli igit diē pferre lꝫ: agimur em̄ fatis/atq; fatū ineuitabile eſt. Sꝫ
ne forte qd erroris in v̄bo capiat : nō hic fatū ſcd'm ſtoicorꝝ morē accipit:ſed per fa
tum dei voluntatē intelligo. Fato ergo/hoc eſt diuina volūtate oēs morimur:&
humanū quicqd eſt ut labat neceſſe eſt. Nec ſua cuiq; manet ſpecies:& alijs alias
reparat natura figuras. Nec tm̄ hoies deficiūt / ſꝫ oē qd' natū eſt: iuxta illud Cry
ſpi. Oīa orta occidunt:& aucta ſeneſcunt. Non manet Babylon mœnibus hor
tis penſilibꝰ/tēplo/arceq; mirabilis. Nō Tyrus oſtro ſupba atq; purpura. Non Co
rynthus ęre nobilis, Nō Athenæ oīm bonarꝝ artiū inuentrices. Non Creta centū
celeberrima urbibꝰ. Non Carthago Romani imperij æmula. Oīa pſtrata ac di
ruta iacent:& aliorꝝ paruę reliquię/aliorꝝ nullum veſtigiū apparet. Et licꝫ cornix
nouē ſæculis viuat:eamq; ceruus q̄druplo vitę tpe ſupet:uterq; tñ ſuam mortem
nouit. Fingunt ideo poetę Saturnū Celij filiū ſuos natos deuorare:ut ſub hac ficti
Vergilius. one oīa tpe cōſumi manifeſte demōſtrent. Tp̄us em̄ ( ut eſt apd' Vergil'.) edax
rerum/& inuidioſa vetuſtas oīa deſtruūt:vitiataq; dentibꝰ æui/paulatim nigra
Anaxago- cōſumunt oīa morte. Sapient itaq; Anaxagoras audita morte filij:Nihil inquit
ras. mihi inexpertū aut nouū nuncias:ego em̄ illū natū ex me ſciebā eſſe mortalē. So
Solon, lon etiam phūs Athenienſis veniens ad mortē: & dum multi amici & attinentes
ad eum cōfluerent:pcepit eis/ut nullus ipſorꝝ eum lachrymis honoraret : nec p eo
exeqas facerent. Aſſignās huius rei rōem. Oīa q̄ ſcd'm naturā fiunt habēda ſūt

in bonis. Quid eſt aūt tam ſcd'm naturā q̄ mors ſenibus? Vulgaris etem̄ illa de-
mentia eſt cēſenda: dum parētibꝫ/aut liberis/ꝓximis cognatis aut agnatis / notis
vel amicis orbamur; lugemus animiſq; cōtriſtamur : pilos euellimus : palmas ge-
naſq; ꝑcutimus : magnoq; replemus ululatu domū: & deū q̄ſi errantē accuſamus/
qui tam acerbe abſtuliſſe videt̄ qd' forte diu putabamꝰ manſurꝫ. Hoc facit aīo-
rum ignauia: mentiū hebetatio/atq; ſtulticia oberrans. Nec eſt modus iſte niſi qui
dam amor impatiēs: ut quę deſiderat ſemꝑ inueniſſe credat. Ignorat q̄ppe rectuꝫ
iudiciū: rōe multotiēs caret: modūq; neſcit: neq; aliud pōt cogitar̄ q̄ qd' diligit. Hic
amor nō accipit de īpoſſibilitate ſolatiū: neq; de difficultate remediū. Etem̄ quid at
tinet (ut ait Valerius) humano indulgere dolori: aut diuino numini iniuriā fieri: — Valerius.
q̄ imortalitatē ſuā nobis cōpartiri noluerit? Quaſi dicat, nō eſt aliud lamentari de
morte alicuius/niſi inuidere deo: q̄a ipm̄ imortalē nō fecit ſicut ſeipm̄. Sed qm̄ hęc
ita ſunt cōſtituta ut neq; flecti/neq; mutari q̄ant: cōparemus nos ad ea q̄ accidert
forti aīo ferēda: imitemurq; in hoc breuiſſimo vitę curſu & Laurētiū & reliquos q
cū laude & glīa vixerūt. Ipſe em̄ is extitit/ut ab eo ꝑ oēm vitā peti poſſint honeſta-
tis exēpla. Nam ut ad eum iam reuertar cuius grā hæc habet̄ orō: plena v̄tutis ac
doctrinę illius per oēm ętatē morū inſtitutio. De quo ita loquor: ut primū ætas ſan
ctiſſime per oīm officiorꝫ gradus exacta. Tum q̄ moderate / q̄ modeſte fortunæ
bonis/in q̄bus modū ſeruare difficillimū habet̄/uſus fuerit. Deinde v̄tutes eius a
me paucis referant̄. Vt em̄ ab adoleſcētia ordiamur: educatus eſt a parētibus opti — Laurentij adoleſcētia
mis atq; om̄i laude digniſſimis/in caſta ac religioſa domo: ita ut nulli unq̄ de ſe ma
ledico locū p̄beret. Habuit em̄ ipſe pn̄tes tum ꝑhumanos atq; honeſtate & v̄tute
p̄ſtantes: tum vero deū timētes: a q̄bus nihil niſi laudabile / piū/ caſtūq; ꝑceperit.
Ipſe aūt a natura optime inſtitutus/induſtria ac diligētia auxit patnas traditiones.
Studijs lr̄arum deditus/eam doctrinā ſecutus eſt quā humanitatis ſtudia appella
mus. Ab his optime eruditus adoleſcentiā/quę multis voluptatū illecebris ſtudia
eſſe ſolet: in v̄tutis atq; honeſtatis cōtentione collocauit. Erat ſpecimē atq; ingeniū
magni futuri cuiuſdā viri: quē patnas dotes nō ęquaturꝫ/ ſed & ſupaturꝫ ſꝑabāt.
In medio ferme adoleſcētiæ curſu: q̄ ætas infeſta libidine agitari ſolet : ut ſe caſtū a
vitijs q̄ m̄ltos peſſundāt ſeruaret: electiſſimā adoleſcentulā uxorē duxit : ut ſacro
cōiugio oēm labem libidinis ꝓpulſaret. Quid v̄o de moribꝫ adoleſcentię dicam?
Nulla eius petulantia/nulla laſciuia/nulli luxus/nulla ꝓteruitas/nullę cōtumelię/
nullę iniurię cōes illius cogitationes p̄ferri poſſunt. Nullos effuſos ſumptus vidi-
mus: nullū flagitiū: nullū ſcelus: nullas comeſatiōes: nullos cœtus nocturnos : ſed
integrā vitam/purā/modeſtā/tempatāq; nouimus oīm vitiorꝫ culpa & labe vacā
tem. Mirabant̄ oēs eam adoleſcētis grauitatē q̄ nec in ſenibꝫ q̄dem maior eſſet po-
ſtulāda. Maiores natu ſūma diligentia ꝓſequebat̄. Pudor & cōtinentia diuerſoriū
quoddā in eo feciſſe videbant̄. O adoleſcentia omni cōmendatione & beniuo-
lentia cōmendanda: quantū nōnullorꝫ morū ab eiuſmōi inſtitutiōe differunt. qui ſi
hunc nr̄m imitari voluiſſent: melius ꝑfecto & famę & honori cōſuluiſſent. At v̄o
poſteq̄ in virū euaſit: nunq̄d paulū ab inſtitutę vitę curſu deflexit? nunq̄d ſe a vir
tute priſtina īmutauit? Minime q̄dem: ſed p̄teritū tp̄s maiore laude & p̄ſtantia cu-
mulauit. Nam primū patrię/tum vero amicis ac familiaribus maxime cōſulebat.
Habebat em̄ in ore diuinā illam Platonis ſn̄iam: Primū deo/tum patrię/demū ami — Plato.
cis nos eſſe ꝓcreatos. Itaq; quāta religione fuerit/q̄ pietate qm̄ id p̄l'ibus exemplis
patet/nequaq̄ opus eſt narratione. Sed eorꝫ ego me p̄cipue teſtem ꝓfiteor quorꝫ
ille ſecretiora cōicabat. Vnam v̄tutem/ea eſt charitas v̄tutū oīm parens/quā cole-
bat maxīe. Egenorꝫ domiciliū erat. ille viduas/ille pupillos/ ille v̄gines ſuis facul-
tatibus ſuſtentabat. Aderat p̄ſto calamitoſis. Patrociniū eius nō rogari ſe patieba
tur: ſed admonere eum ſatis erat. Poſſem multos referre quorū ille inopię ſuis co-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

piјs ſubuenit. Neq; em̄ quæ homo optimus occulta eſſe volebat ſunt a me propa-
landa. Fugiebat enim hominū plauſus: ne id quod ei virtus ſuadebat ad pom-
Eccl'iaꝝ inſtaurator pam & inanem gloriam fieri videret̄. Referre poſſem plurima templa tum inſtau-
rata/tum a fundamentis cōſtructa: variaq; eccleſiaꝝ ornamenta: quæ ſunt ei cum
fratre præſtantiſſimo viro atq; optimo ciue cōmunia: niſi ea ita oibus nota eſſent/
ut ad ea referenda oratio ſupuacua videret̄. Verum ita excelluit in his ædificādis
ornandiſq; eoꝝ deuotio ac magnificentia: ut nulli noſtrę ætatis viri cum illis vale-
ant cōparari. Iam vero qualis in p̄riam fuerit perſpicuū eſt. Oēs ſuas curas/ſtu-
dia/cogitationes ad illius auctionem cōfirmationemq; cōferebat: nihil publici cō-
modi in priuatā utilitatem deriuabat: ſola patriæ ſalus ante oculos verſabat̄: tanq̄
e ſpecula quadam proſpectans ad illius cōmoda perſpiciebat. Itaq; eius periculis
propulſandis erat ſollertiſſimus. Deniq; eam vigilantiā ac ſollicitudinem in rei
publicę cura p̄bebat/ut nemo amantior patriæ videret̄. Neq; enim ut plures con-
ſueuerunt ex publicis calamitatib9 ditabatur: ſed ut virum decet bonum/& pa-
trię charitas requirit: publica dāna ſua eſſe dicebat: ea cōſulens/ea ſuadens quę ad
pacem & qetem publicā ꝑtinebant. Nullū deniq; p̄teribat boni viri cuiuſq; patriæ
amantiſſimi officiū. Præferebat priuatis cōmodis cōem utilitatē. Is erat ei queſtus
uberrimus: dignitatē atq; amplitudinē reipublicę augere: eiuſq; ipſius difficillimis tē-
poribus ſuas fortunas effundere pro illius cōſeruatione. Iam v̾o qs ignorat qua
obſeruātia/quo officio/quo ſtudio fuerit in amicos. Hoc mihi videōr veriſſimū di-
ſe dicturus: nullū noſtrę urbis ciuem plures habuiſſe amicos: nullū obſeruaſſe di-
ligentius: nullū ſanctius coluiſſe. Qd' eoꝝ mœſticia declarauit & fletus qui in fu-
nere affuerūt. Dolent certe maxīs incōmodis ꝗb eius interitū ſe affectos: deflentq;
ipm ſibi ꝑreptum eſſe unū/cui nemo ætatis noſtrę erat neq; officio erga beniuolos
neq; amore compandus. Erat natura ad amicitiā ꝓpenſa: erat iucunda eius cōſue-
tudo: erat humanitas facetijs cōiuncta: erat ſuauitas loquēdi ac ſale quodā reſpſa
urbanitas: ut quę ex eius ore ꝓdirent & riſu cōdita/& ſerio prolata viderent̄. Læ-
tabat̄ cum quempiā aut ornare dignitate poterat: aut iuuare opibus: aut augere
honore: aut ab iniuria tueri. Quapropt̄ plurimi illius amore tenebant̄ & beniuo-
lentia. Egregię id qdem v̾tutis indiciū. Quid vero bn̄ficia eius in amicos referam̄/
quę tot tantaq; ſunt/ut dies potius mihi in his cōmemorandis q̄ v̾ba deeſſent. Id
maxime præclarū: q̄ in cōcedendo bn̄ficio amicoꝝ deſiderio occurrebat. In refe-
rendo quoq; q̄ accipiendo ꝓpenſior. qd'q; rarum habet̄: nullis penes eum adim-
petranda bn̄ficia p̄cibus opus erat. Erat p̄ſto q̄rentibus auxiliū: inuitabat etiam ſę-
pe ut ſua liberalitate uti vellent ſine cuiuſq; inuidia aut maliuolētia. Sua in me of-
ficia exponerem: niſi ad oſtentatōem ea dici viderent̄: ſed ſcio multotiēs in me bn̄-
ficiū extitiſſe non requiſitū: ultroq; multis in rebus ſuas copias atq; opā obtuliſſe.
qbus & me uſum profiteor: cum ei res a me gratiſſima videret̄ fieri ſi bn̄ficiū rece-
piſſem. O virū egregiū: o vitam oīni laude cumulatā: vereor ne cum ſedare mœ-
rorem cupiam in eius laudibus cōmemorādis/recrudeſcat multoꝝ iam obductū
vulnus: qui eo magis dolendū eſſe cenſent/quo maiore vitę ſubſidio nudari vi-
deant̄. Sed fati neceſſitas æqua mente ferenda eſt: neq; ꝓpterea vir ſctiſſimus me-
rita laude priuandus: ut & honor debitus eius v̾tuti tribuat̄: & cæteri ſuo exēplo
ad glorię curricula inuitent̄. Plura autē in eum fortuna larga manu cōtulit: ea oīa
Fortunæ meritis dotatus. vidimus ab eo effecta meliora atq; illuſtriora fuiſſe: neq; ad fortunæ nutū/ſed ad
v̾tutis normā miniſtrata. Nam ut a fortunę meritis incipiā: natus eſt in magnificē-
tiſſima ac ornatiſſima totius Italiæ ciuitate. Illam tum publicis/tum priuatis ædifi-
ciјs auguſtiorē reddidit atq; ornatiorē. Eā vero vita/his moribus/ea cōtinentia fu-
it: ut plurimū ex eius v̾tute huic urbi dignitatis acceſſerit atq; ornamenti. Erat ex
nobili familia Medicoꝝ: ac primaria ciuitatis in centeſimū ferme annum ampliſſi-

mis eius muneribus functa, in qua multi equestris ordinis/plures omĩ laude insi-
gnes viri summis copijs ac honoribus claruerunt. Prẽm habuit eum quo neqꝫ iu-
stior vir/neqꝫ humanior/neqꝫ melior quisqꝫ/neqꝫ charior patrię ciuis fuit. At nulla
in re filius inferior extitit virtute paterna: sed id egit per om̃e vitę tp̃us: ut eam sua
industria clariorẽ efficeret atqꝫ uberiorẽ. Opes & diuitias nactus est tantas/q̃ntæ
in ciue optimo & liberalissimo & ciuitatis principe requiruntur. His nitidior/clari
orita modeste ad amplitudinẽ/ad magnificentiã/atqꝫ egenorꝫ subsidia usus est: ut
nullam ex eis obtrectationẽ/nullam inuidiã/nullũ maledictũ: sed laudem/cõmen
dationem & beniuolentiã omniũ consequeret̃: optarẽtqꝫ hoĩes eas sibi perpetuo
fore. Magna q̃dem virtus ac præclara: non efferri diuitijs: nõ labi ultra q̃ ratio po
stulat: nõ insolescere: nõ supbire: nõ esse iniuriosum. Sapient̃ eñ scripsit vir sapien
tissimus Hippocrates: diuitias vitiorũ magis q̃ virtutũ esse administratrices. At Hippocra-
id effecit noster Laurẽtius: u[illegible]is tanq̃ asseclis virtutũ atqꝫ opificibus uteret̃. Nullũ tes.
eius insolens dictũ: nullũ factũ imprudẽtius: nullę iniurię/nullę cõtumeliæ narrari
queũt. Ad honesti eñ p̃scriptũ fruebat̃ diuitijs: quæ oĩbus ꝓdessent: nocerent ne-
mini. Corpis dotes exoptatissimas natura tribuit: firmũ corpus: valitudinem inte
gram: staturã procerã: faciem liberalem: quæ om̃ia iudicio rõnis parebãt. Summũ
in rep. locum tenuit inter primores ciuitatis. Quem cum fortuna aliq̃n labefacta-
re voluit: virtus postea fortunę impetũ supauit. Adeo dignitati atqꝫ honoribus in
stitutus atqꝫ ampliatus: ut existimari possit illius iniuriã in beneficiũ fuisse conuer
sam. Hac p̃stantia moderate sẽp usus ad salutẽ patriæ & ciuiũ columitatẽ: nihil
aliud cogitans/nisi quo modo posset prodesse q̃ plurimis. Dixi de his quæ fortuita
æstimant. At vero ṽtutes animi q̃les in eo fuerint/vita eius & quotidianus usus
ostenderant: eñ in conspectu oĩm positi: ita ut nulla pars vitę esset occulta. Sed cũ
singulę ṽtutes maxime hoĩes exornãt & præclaros efficiunt: tum vero illę præci-
pue quæ nos inter nos charitate & beniuolentia deuinciunt: quæ eo mortalibus
sunt acceptiores/quo maior ex eis utilitas ac maiora cõmoda percipiunt̃. Etenim
prudentia/temperantia/frugalitas/continentia/rerum scientia illis tñ videtur
prodesse in quibus consistunt: parum quidem ad alios declinantes. At vero iusti-
cia/liberalitas/humanitas/comitas munificentia cõmuni reipulicæ conseruati-
oni ac præsidio accõmodant̃: iuuantqꝫ q̃ plurimos. Nam iusticia ea est virtus quæ
omnes reliquas complectitur. Nulla enim ciuitas/nulli hominũ cœtus/nulla socie
tas absqꝫ iusticia potest constare diutius. Emolumentũ quidem rerum publicarũ
est: & humani diuiniqꝫ iuris conseruatrix. Huic proximo accedunt quæ beniuo-
lentiam pariunt: societates contrahunt: amicitias conseruant: & tanqꝫ auxilium
egeno sunt & calamitosis. Nihil est profecto neqꝫ acceptius/neqꝫ quod magis cõ-
ferat nobis q̃ vir beneficus & liberalis. Itaqꝫ inter cæteras virtutes liberalitas ob-
tinet principatũ. Nam manum porrigit fessis: egenos sustentat: erigit lapsos: omni
bus opitulatur. Sed est mirum ꝙ raro reperiuntur huius virtutis cultores. Sibi
eñ quisqꝫ timens ac fortunę varietatem expauescens/prospicit rebus suis: & quæ
multis accidunt considerans/manum contrahit: estqꝫ in largiendo remissus. Sed
quo rarior eo præclarior habendus est huius virtutis assector. Verũtamen & su- ṽtutes eius
periorum virtutum in Laurentio splendor emicuit: & his maxime claruit. Nam
multarum rerum doctrinam tantam in eo perspeximus/quantam ne hi percipi-
unt qui studijs litterarum se totos penitus tradiderunt. Prudentia quoqꝫ fuit ac
temperantia singulari: nihil agens quod iure posse improbari videretur. Nam
continentiæ vita omnis attulit testimonium. Sed hæ virtutes versantur tantũ in-
ter domesticos parietes: reliquæ vero in aciem ac certamen publicum prodeunt.
Inprimis enim iusticia sustentaculum vitæ communis fuit in eo admirabilis. Non Iustus
enim solum ut sua cuiqꝫ tribuerentur: sed sua scilicet etiam alijs condonabat: cu

rabatq; ut boni p̄mio/mali debita pœna afficerent. Sed oībus in reb; ęquitatis rati
onem maxime cenſuit habendā. Id ius optimū exiſtimās quod procul ab omi ſu
**Liberalis.** ſpitione iniurię videret. Liberalitas quæ virtus grata eſt hominib;/pręceteris ſibi
præclara ac domeſtica fuit: ut nemini dubium ſit quin omnes noſtrę ciuitatis vi
ros maxime anteceſſerit beneficentia & liberalitate: qui non ſolum ad monitus
miſerorū fortunę ſubueniebat: ſed ultro offerebat quæ multi petere verebant. Ne
mo illum fruſtra rogauit: nemo enim qui rogaſſet inanis abijt. larga manu opitu
labatur egentibus: multa coram/ſed plura ſecreto erogabat: & quę ſepius palam
negabat/ad euitandam oſtentationem occulte largiebatur. Fuit ſemper domus
ſua officina quędā beneficiorꝝ: calamitoſorꝝ diuerſoriū: pauperꝝ domiciliū. Ita tamē
**Humanus** largiēs quę petebant/ut nullā grām hoīm vellet inire. Iam vero facilitas eius atq;
humanitas iure ab oībus laudabat. Nam cū mltos dignitate atq; honorib; ante
iret: tn̄ ſe parem p̄bebat inferiorib;. Non diuitię/nō opes/nō clientelę/nō dignita
tes vel paulo elatiorē hunc egregiū reddiderūt. Erat aſpectu gratus: familiaritate
benignus: iucūdus cōſuetudine. Non aſpernabat infimos: neminē cōdemnabat.
Facile aditus ad eū erant. Comes p̄cipue ac facetus. Nemo ad eum acceſſit qn pla
catus beniuolusq; abiret. Iam munificentię opa recenſenda non ſunt: cū ante ocu
los hoīm verſent. Tēpla eccleſię/ędificia pluribꝫ in locis cōſtructa: varia ornamē
ta diuerſis eccl̄ijs ad uſū religionis cōdonata: q̄ idcirco enarrare nolui: ne videar
q̄ diuini cultus cauſa facta fuere/ad hoīm grām velle referre. His vitę ornamēṫis
ac ꝟtutibus p̄ditus: non ſolū priuatorꝝ hoīm/ſed multorꝝ etiam principū beniuo
lentiā cōtraxit. Eugenio aūt ſummo pontifici ita charus fuit/ut eius mortē egerri
me tulit: & qd' extremū potuit/funus eius ſingulari pōpa honeſtauit. Naꝫ & ſuis
eccl̄ięq; inſignibus decorauit funus: & nepotes ad proſeq̄ndū defuncti corpus mi
ſit: neq; ſecus eam mortē tulit/ac ſi quiſpiā ſui gn̄is ſibi chariſſimus obijſſet. O virū
inſignē: o deflendā mortem. Quid eñi huic deerat qd' optimo homini ac frugaliſſi
mo dignū eſſet? Sūma prudentia/ſumma religio/ſūma pietas ac cōtinentia hunc
oīes illuſtrabant: vita integra: mores incorrupti: ſyncera ꝟtus: ratio: exoptāda cō
ſuetudo. Qui ita vixit: ut ne curioſis q̄dem oculis daret occaſio detrahendi. Hunc
veluti ex quodā virtutū ſacrario nobis datū/ſubtraxit mors īmatura atq; inexora
**In fortunaꝫ** bilis ſors fatorꝝ. O fortunę iniquā & inhumanā ſortē: quæ optimos quoſq; viros
decerpe & de medio auferre cōtendat. Quis eñi vir melior nr̄o Laurentio? quis
humanior? quis liberalior? Quis vita ſanctior? quis utilior ciuis? quis amātior pa
trię fuit? At ip̄m impetus fortunę in optimo vitę curſu abſtulit. Et cum eius opa
oībus fructuoſa/amicis magno uſui/ciuitati neceſſaria/ p̄riæ utilis eſſet: patriam
optimo defenſore/urbem ciue p̄ſtantiſſimo/nos amico optimo/reliquos optato
p̄ſidio ſpoliauit. Erant viles p̄multi in q̄bus fortunę vis poſſet impetū facere at ea
ſp̄ elegit nobiliores ac meliores: neq; q̄d vitę mortaliū cōducat/ſed q̄d eius libido
appetat pro imperio aduertit. Sed omittamus fortunę temeritatem: & Laurentij
virtutū memores/nomē eius cū oīi beniuolētia p̄ſeq̄uamur. Et cū nihil ſit ꝟtute
p̄clarius: nihil amabilius: nihil qd' magis cōſulat rebus nr̄is: demus illi nos toto (ut
aiunt) aīo: & in ea excolenda ætatem nr̄am & vitę oīe tp̄s collocemus. Eius eñi
ſplendore illuſtrati/primū ex ip̄ius p̄ceptis vitā agamus: tum mortis metū & for
midinē depellamus. Id aſſeq̄mur facilius: ſi Laurentij exemplū añ oculos poſue
**Cōſolatio mortis.** rimus. Tibi aūt Carole mi met debitū conſolandi p̄ſolue: ac aīaduerte: ut bonus
deus/& oīa q̄ bonus facit bona ſint neceſſe cōuenit: nec arbitreris id durꝝ qd' quęq;
aut q̄buſcūq; faciendū eſt. Ad hoc eñi nec nati ſumus ut maneamus ęterni: & q̄ppe
cū citius accidit hoc/arbitreris melius. Nā natura nihil hoībus breuitate vitę iucū
dius p̄ſtitit. Quis eñi inter anxietatē vagientis ſæculi erūnaſq; morborꝝ lędentiū/
nō magis mortē feſtinā deſiderare deberet: q̄ longā ſatis & languidā vitā? Nam

dum in mūdo ſumus, ꝓbamur quotidie in acie: & innumerabiles irę/auaricię/libi
dines/aliorūq; varioꝝ incentiua vitioꝝ nos ꝑtingunt ad ruinā: q̄ demū morte finē
ſuſcipiūt. In q̄ (ut ait Cice. in Tuſcu.) aut ſummū bonū: aut nullū malum eſſe co Cicero.
gnouimus. Non igit̄ dolere debemus: nec inuidere. ut Ennius vir prudētiſſimus: Ennius
Nemo me lachrymis decoret inq̄t: nec funera fletu faxit. Nos igit̄ ſi qd tale accide
rit: ut velut certe denunciatū: videamus ut exeamus e vita lęti: & agentes grās pa
reamus. Nā nulla hercle tanta cōmoditas quā ex vita alicuius vł expectare vł cō
ſequi valeamus: quin pluris facere debeamus ipm̄ eſſe ex tot malis ac ꝑiculis vitæ
exemptū. Nec tam cumulus bonoꝝ iucūdus eſſe pōt: nec ullū tam cōmodū expe Cicero
ctandū. q̄ beata diſceſſio. Si em̄ ſummus ille dies/ut ait Cice. & catholica bñ ſan
xit auctas: nō extinctōem/ſed cōmutationē affert loci: qd optabilius morte. Si aūt
perimit ac delet oīno: ut q̄buſdam ſtoicis placet: qd' abſurdū eſt ac rōne caret: quid
melius q̄ in medijs vitę laborib9 obdormire/& ſomno ſuaui ſopiri ſempit̄no. Ple
riq; etiā philoſophi vitę obprobriū attendētes/nihil aliud eſſe inferos voluert aut
humana corpa: q̄ veluti carceres tenebroſos/horridos/ſordidos/& cruore fœti
dos: q̄bus aīę ſunt incluſę. Corpus em̄ ſuo pōdere aggrauat aīam. Ideo ſolū mali
quoꝝ aīas in ſe pronas fecit corpis uſus/ad ſolutōeȝ corpis perhorreſcūt: & cū il
lud fieri neceſſe eſt/cū gemitu & dolore ex hac vita recedūt. Boni aūt cum cordis
dulcedine deſiderāt ad illū locū aſcendere ubi beatitudine ſempit̄na fruant̄: ubi illa
ſublimia āgeloꝝ agmina: Sanctus dñs deus ſabaoth/clamare nō ceſſant: ubi lucis
iucūditas ꝑpetua diffundit̄: ubi excuſſa oīmi palea granū purum in cordis horreo
collocat̄: ubi ſol ille nunq̄ in occaſum tendens/btoꝝ mentes in amore diuinitatis
accendit. Quę cōſiderans ꝓpheta Dauid adhuc per ſpeculū in ęnigmate: illius bo
ni capiebat̄ amore: ut vitaȝ iſtam pro tędio hñs diceret. Heu mihi: quia incolatus Pſalmiſta.
meus prolongatus eſt nimis. Senſerat em̄ q̄ dilecta nobis eſſe debeāt illa taberna
cula dñi ꝟtutū: ubi omēs amicti ſunt ſtolis albis/& palmę in manibus eoꝝ: & ſe
quunt̄ agnū quocūq; ierit. Non ergo mi Carole de magnifici & tam dilecti & me
rito diligendi fratris tui morte mens tua turbet̄/ſed ex intimis cordis exprimat cuȝ
btō Iob: Dñs dedit: dñs abſtulit, ſicut dño placuit ita factū ē: ſit nomē dñi bñdictuȝ. Iob
Neq; doleas q̄ talē amiſeris: ſed gaudeas q̄ talē habueris: dieſq; ille q ab ignorāti
bus reputat̄ extremus/per prudentiā tuā æternitatis natalis æſtimet̄. Cuius aīus
tantaꝝ ꝟtutū pſidio munitus/de pſenti pelago ad littus qetis/de exilio ad pr̄iam/
de carcere ad palatiū & ſanctiorē regionē vitaq; btām fœlici radio euolauit. Dixi.

POGGII Florentini Orō. V. ad ſummū Pōtificem Nycholaū. V.

ſ

Cio cōſuetudinis eſſe beatiſſime pr̄ oīm ferme qui ad tuā ſan
ctitatē tum viſitandi grā/tum legatōis officio primū accedant:
ut orōnem habeāt aut gratulatōȝ pro hac ampliſſima digni
tate/aut ꝟtutū tuaꝝ laudes cōtinentē. Qui mos adeo īoleuit
ut nō uti hoc uſitato dicendi gñe rudis cuiuſdā & ignari peni
tus exiſtimet̄. At ꝟo mihi lōge alia ſnīa eſt: qui cenſeā neutꝝ
horū a bonis & prudentib9 laudandū viris. cum alteꝝ hoīs
parū cōſiderate loq̄ntis/alteꝝ adulatoris officiū eſſe videat̄. Quid em̄ ei gratule Papatus of
ris: aut qd illi cōgaudeas/qui ad immenſos ac cōtinuos animi corpiſq; labores/ad ficiū onus
maximas curas/ad diuerſaꝝ gentiū regimē/ad infinitas moleſtias/ad ſollicitudi
nem omniū eccleſiarū: & qd' his maius eſt oībus/ad difficilem ac moleſtā ſerui
tutē eſt aſſumptus. Rectius meo iudicio tali viro tanta rerū mole oppſſo cōdolen
dum cōpatiendūq; eſt: & q̄dam tantis laborib9/tanteq; ſeruituti miſericordia ha
benda. Non em̄ ſi recte & ſcd'm Dei p̄cepta velis regere nauem Petri: tibi tuo iure
ſomnū/non q̄etem/non cibū capere: non animi relaxatiōem q̄rere: nō tibi indul

gere:non cũ ſolitis amicis/qđ tibi eſt grauiſſimũ/more tuo viuere: nõ tempus qđ
ſcimus etiã bene utentibus breuiſſimũ eſſe/tua volũtate tranſigere: nõ lr̃is in qui
bus & educatus es:qua in re maxĩa conſolatio capit/ operã pro tuo deſiderio da
impẽdere. Alieno eſt tibi arbitrio viuendũ: propria quodãmodo ſalus eripienda/
ut ſalutẽ alijs largiaris. Totius chr̃iani populi cura & ſollicitudo tibi ſuſcipienda:
audiendę ppl'orꝫ legationes:rogationũ voces:oppreſſorũ querelę exaudiendę fe
renda poſtulantiũ moleſtia:multorꝫ importunitas atq; inſolentia tolerãda: miſeri
cordia om̃ibus/iuſticia ſingulis miniſtranda. Tibi uni pro om̃ibus / quieſcentibus
cęteris labor ſuſcipiẽdus. In ſpecula em̃ quadã poſitus es:in qua tibi pro om̃ibus
vigiliæ agendę ſunt: ut nulla requies/nullũ ociũ/nulla remiſſio in tãta rerũ ſit va
Seneca. rietate. Veriſſime noſter Seneca inquit. Magna ſeruitus eſt magna fortuna. In hac
tam graui rerum ſarcina/tanta negociorꝫ incũbentiũ grauitate/ tanto rerum con
fluentiũ turbine/atq; multiplicibus tam diuerſis curis quid gaudij/ qd iocundita
Chryſoſto. tis/qd leticię inſit:cur gratulari deceat nequaq; cõperio. Q. ſi Ioãnes Chryſoſto. ſu
per epl'a ad Hebręos adeo multa incũbere unico eccl'ię rectori ſcribit: ut mirũ ſit
aliquẽ eorꝫ ſaluari poſſe:quantã molem rerum iminere/ quantũ vitę futurę peri
culum inſtare illis dicemus:quorꝫ regimini ipimet om̃s orbis eccl'ias & cõmiſſas
ſibi a Deo & creditas eſſe teſtanť. Certe cum plus ab eo exigať cui plus cõmiſſum
eſt:immenſum quoddã onus/& humanis viribus nõ ferendũ fateri neceſſe eſt il
lud:ad qđ nõ ſolũ deputatus es / ſꝫ quodãmodo religatus. Adde ꝙ hmõi imperia
non ꝟtutẽ largiunť:non ſciam:non doctrinã:non longiorẽ vitam/ſed potius effici
unt breuiorẽ. At multi hunc ſtatum tam amplũ appetiuerũt: & qdem plures ſtul
ti q̃ ſapientes repti ſunt. Feruntť quaſi om̃es cõmuni hoĩm ſtulticia & errore: ut ea
optima ducãt/ad quę velut ampla & ſpecioſa mortaliũ ambitio ferť. Maior mor
taliũ pars duciť opinione vulgi: & imperitorũ vocibus moueť: ut magnã fœlicita
tem & vitę cõmoda in excelſo imperio ac dignitate ſita eſſe putent. Sed nõ errore
opinionis/aut ſtultorũ inſcitia hæc metienda ſunt: ſed rõne & ſapiẽtia iudicanda.
Cuius p̃cepta ſi ſequi voluerimus:ipa nos inſtruet:integritatẽ/ clementiã / pietatẽ/
ſanctimoniã vitę / humanitatẽ raro in magna rerum licentia contineri. Nõnullos
quoq; ſecus/ac religio & Chr̃i p̃cepta poſtulent/hoc imperio abuſos vidimus. Sed
de his loquor qui ambulant in vijs & lege Dñi:qui non qđ liceat/ ſed quod dece
at ſpectant: quibus neceſſe eſt ut eiuſmodi vita ſi ad labores & rerum difficultatẽ
ſpectes/anguſta & miſera potius q̃ fœlix eſſe videať. Illi ipi ſanctiſſimi viri tui p̃
deceſſores/qui parũ cum ſæculo cõmercij habuere:grauitatẽ ponderis eorũ hume
ris iminentẽ ſentientes:ſe Dei ſeruorꝫ ſeruos appellauerũt: ut proculdubio more
poetarũ Siſyphi ſaxum voluere Pontifices/ſi vicarios ſe noſtri ſaluatoris conſide
rent:hoc eſt ad eius imitationẽ cõſtitutos dici poſſint. Qui vero pater ſancte/tuas
laudes:quæ qdem exquiſitę ſunt: ſua orõne cõplectunť:q̃uis vere id & tuo meri
to videanť poſſe facere:tñ meo iudicio aut verborꝫ oſtentatores/aut aſſentatores
Ariſtoteles improuidi cenſendi ſunt. Sententiã profecto legiſti Ariſtotelis in ij. Rhetoricorꝫ li
bro:p̃ſentem laudare/eſſe opus adulationis. Quã ſi gentilis phũs improbat:nõ vi
Laus ſui ipi detur apud Chr̃i vicariũ ullo modo probanda. Non em̃ niſi cum neceſſitas/ & cũ
us & aliorꝫ cauſa poſtulet/aut ſeipm/aut aliũ p̃ſentem laudare decet. Laudat ſe Aeneas apđ
Vergilius. Vergiliũ cũ dicit. Sum pius Aeneas fama ſup æthera notus. ſed apud ſuæ virtutis
ignaros:& in ſuo ſuorũq; ſummo diſcrimine:ut auerteret iminentẽ in ſuos peſtem
Cicero ſe laudare inſtans periculũ coegit. Laudauit Cęſarem p̃ſentem Cicero pro Marci
marcelli exulis reſtitutione:pro defenſiõe Ligarij:pro tutela Deiotari regis. At ea
non hoĩs/ſed cauſę & temporũ fuit oratio. Vrgebať em̃ vir ad omnia prudentiſſi
mus/illum clementiæ laudare:& quo exulis Marcelli reſtitutio erat impetrata:&
aliorũ quærenda ſalus:tum ut idipm quod egerat cõfirmaret: tum ut & alios ab

exilio quoq; reducendos incitaret. Nam extra illas orationes non ſolum non lau-
dauit Cæſarem/ſed illius acta deteſtatus eſt: nõ clemẽtię/ſed crudelitatis noĩe inſe
ctatus. At vero ubi nulla talis urget occaſio: ſupflua videt̃ præſentis laudatio/ &
aſſentatori q̃ laudatori cõuenientior. Periculoſa quoq; eiuſmodi laudatio eſt. Ex
iſtimant eñ nõnulli vera eſſe quæ de ſe predicant̃: ac ſapientię virtutiſq; opinione
inflati/tumidiq;: ſuę prudentiæ/ne dicam ſtulticię innitunt̃: reiectiſq; ſanis conſilijs
in magnos ſepius errores incidunt: non effugientes temerarij nomen. Eſt tamen
peruetus ſententia: ut creſcat laudata virtus. Incitant̃ eñ quandoq; noſtris laudi-
bus: & perſępius enitimur: ut hi euadamus quales deſcribimur a laudante. Sed
oĩa modum/tempus/locum requirunt. Parce p̃ſentem laudare licet: & ita ut nõ
ſentiat mentientes: ut plus in ſe eſſe cognoſcat q̃ exprimant dicentis verba: ut nõ
ruborẽ p̃ſenti excutiãt/aud[…]tibus riſum. Sunt eñ quidã ita mentiẽdo impuden-
tes: ut quecunq; in hoĩem ſapientiſſimũ ſanctiſſimũq; dici poſſint/cõgerant quan-
doq; in laudes eius qui potius vituperationẽ q̃ laudẽ mereat̃. Verum etiam in vi-
rum probiſſimũ ac doctiſſimũ pręſens laus cõgeſta/ruborem ingerat neceſſe eſt.
mauult eñ vir probus eſſe q̃ dici bonus: & eiuſmodi voces recuſat. Quid igitur/
dicet quiſpiam/agendũ cenſes? quam orõnis materiã concedes? quem dabis cam
pum in quo excurrere noſtra poſſit oratio? Mihi quidem admonitiones quędam Quibꝫ pa-
cohortationeſq; ad recte imperandũ vident̃ eſſe Pontificibus adhibendę. Primũ pa admo
ad iuſticiam miſericordię cõiunctam cohortandi ſunt. Miſericors miſerator & iu- nendus
ſtus inquit propheta. uno ad iuſticiã/ duobus ad miſericordiã noĩbus uſus. Tum Pſalmiſta.
ad beneficentiã ac liberalitatem: quę [v]tutes hominibus ſunt gratiſſimę: & magnos
Principes decent. Ad humanitatẽ quoq; adhortandi: in qua magnus virtutis ſplen
dor relucet. Eſt eñ virtutũ omniũ condimentũ. Admonendi ſunt: ut meminerint
ſe hoĩes eſſe/hoc eſt mortali ac fragili corpore: & q̃ morbis affici poſſint: licet ſan-
ctiſſimi & beatiſſimi appellent̃. Quę cogitatio ſi ſepius mentẽ ſubeat: nõ ſinet Prĩ
cipes ultra humanã conditionẽ ſuperbia efferri. Alexander Macedo qui ſe ut deũ Alexander
adorari coliq; p̃ceperat: Iouis progeniẽ ementitus/dolore vulnerũ ob crus ſauciũ/
coactus eſt ſe hoĩem fateri. Ita his noĩbus uti decet: ut nullũ faſtũ/nullam arrogã
tiam/nullam inſolentiã ſecum ferant. Illud p̃terea Pontifices admonẽdi vident̃: in
magna fortuna magnã animi moderatĩoem eſſe pręſtandã. Difficillimũ quippe
eſt ſeruare modũ in rebus ſecũdis/& rationis imp̃io uti. Arduũ quoq;: in ſumma
rerum licentia cõſiſtere infra rationis cancellos. Nam cum magna diuturnaq; im-
peria etiam ſapientũ animos fatigẽt: ac ſoleant reddere ut plurimũ hoĩes ſup̃bos
atq; animi impotentis: p̃clarum videtur honeſti viam ſequi: neq; ad extrema de-
flecti. Q. ſi Paulo apl̃o/qui viuus eſt in cœlũ raptus: in quo loquebat̃ Chr̃us: cu-
ius cõuerſatio in cœlis erat: qui Doctor gentiũ datus eſt angelus ſathanę qui eum
colaphiçaret/ne reuelationũ magnitudine extolleret̃. Quanto magis verendum
eſt his qui in terris verſant̃: ut ſupra modũ elati/ ac inani rerum pompa quæ bre-
uis eſt & ad modicũ p̃ſeuerat tempus decipiant̃. Certe hmõi vocibus reſonare au
res Pontificũ ſemp̃ decet. Et quo maior eorum dignitas eſt: eo magis ſemp̃ ut ſuę
fragilitatis meminerint admonẽdi. Permulta eñ ſunt quæ aliq̃n Principes errare
cogunt: adulatores/ doloſi/ſuſurrones/inuidi/ detractores: quorꝫ verbis perſæpe
etiã boni Principes in magnos errores inciderũt. Falſus p̃ſępe rumor/et quorundã
p̃uerſa rerum interp̃tatio oĩa in peius trahentiũ m̃ltos errare coegit. Vndiq; eñ
inſidię tendunt̃ principantiũ auribus/ab his qui aliorũ etiam periculo expleri cu-
piunt ſuas cupiditates. Horum fallacijs ne decipiantur/ magna cura & diligentia
eſt prouidendum. Cohortandos inſuper ad clæmentiam cenſeo. Durum quippe
eſt/acerbitatem aut iracundiam ad magnam fortunam adiungere: & non pate
re miſericordiæ refugium calamitoſis. Illud vero in primis iterandũ memorię in-

ſixum eſſe oportere:id quod virtuti debeat/nullo modo pecuniȩ concedendum. Iniquiſſimũ eſt enim & fere calamitoſum/pecuniam virtutibus prȩferri;& quam rem ſerui loco eſſe deceat/obtinere probitate poſthabita principatũ. Verum pater ſanctiſſime difficilior mihi ꝙ reliquis dicendi ratio videt̃ eſſe propoſita. Nam quæ alijs orationibus copiam prȩſtarẽt:ea mihi eripuit egregia tua virtus ac ſingularis. Quid eſt ẽm ad quod te cohortari aut admonere ſit opus? cum tua ſapientia alios monere poſſis. Quid quod alterius verbis egeas? cum tamen ipſe in eo dicẽdi genere ſis admodum exercitatus. Quid enim grauius/quid ſanctius/quid ſapientius (ut alias omittam) illa ultima oratione tua poſt Eugenij exequias ad Cardinales habita:in qua veluti præſagium fuit:talem te futurum/qualem tunc Pontificem exoptaſti? Nunquid ad pacem/optimum omniũ mortaliũ bonum:cuius nomen dulce eſt/& res ipſa ſalutaris:inter Italos cæteroſq; chriſticolas ſtatuendam es cohortandus? At tu ipſe tanta affectione/tanto ardore illam appetis ac cõcupiſcis:ut nemini omniũ qui viuãt cedes illius deſiderio cõſequendȩ. Nunqd ad humanitatẽ/clȩmentiã/cȩteraſq; virtutes es impellendus? At hȩc tibi tuis ſtudijs/tua doctrina/tua natura ad honeſtum propẽſa iamdiu parta eſſe vidimus. Nunquid ad labores appetendos/ac ſubeundas curas quæ tanto faſtigio iminent? At al's tanto ſtudio tam cõtinue ſubis:ut potius tibi fræno ꝙ calcaribus opus exiſtat; cum ne ad quietẽ quidem ſomni ullum tibi tempus vacuum relinquat. Nullo admonitore/nullo cohortatore indiges beatiſſime pater. Legiſti omniũ precepta virtutum. Tum ſacras/tum gentiliũ litteras didiciſti. Nullũ te doctrinȩ genus effugit. Legiſti omniũ prædeceſſorũ tuorum geſta Pontificum. Noſti qui ex eis laudādi tibiq; imitandi ſint:aut qui ut dicam leuiter tolerandi. Quoſdam fuiſſe ſcimus qui bonis ſatiſfacerent; quoſdam in quibus multa deſiderarent. Vnum tamen mihi relinqui video cohortationis genus:quo abſq; faſtidio & recte videar uti poſſe. Id eſt:ut te exhorter/ut teipm̃ imiteris:ut ſimilis ſis tui; ut memineris quibus artibus/quibus moribus/qua vita hanc ſis tam amplam/tam deſideratã a multis dignitatem cõſecutus. A teipo ẽm oĩs bene gerendȩ reipublicæ inſtitutio mutuanda eſt/& recta viuendi ratio. A teipo virtutũ omniũ exempla petenda. Nihil tibi extra teipm̃ quȩrendũ eſt:nullis tibi opus erit externus ad bene agendũ præſidijs/ſi tuis copijs uti voles. Scis qua vixeris cõtinentia:qua moderatione vitæ. Scis poſtulare hoc tempus:ut pecunia doctrinæ/ambitio bonis artibus/virtuti cedat impudentiã; iportunitas a modeſtia ſuperet̃. Scis te ſemp̃ in optimis lr̃arum ſtudijs fuiſſe verſatũ:& viros doctos ac bonos coluiſſe. Priſtina tibi humanitas atq; benignitas cõſeruanda eſt:& hi mores continuandi qui tibi hanc dignitatẽ pepererũt. Odiſti vitia ſemp̃:virtutũ es iter per oẽm vitam cõplexus. Non ẽm rebꝫ externis nõ ambitione/nõ p̃cibus/nõ pecunijs hunc tibi oneroſum honorẽ a Deo demandatum ſcimus:ſed v̾tutibus & ſanctimonia morũ. Sed cũ tuã cogitationẽ ad ea cõuerteris quȩ tuis moribꝫ & dignitati intelligis cõuenire:illud te rogo pat̃ ſctiſſime:ut illi tui amici priſci quos inter me unũ eſſe ꝓfiteor/nõ excidãt e memoriã; prout multis iam vidimus cõtigiſſe. Coniũgit amicitiã/ut optime noſti ſtudiorꝫ eorundẽ & bonorũ morũ ſimilitudo. Qua licet maxima Imperia & dignitates diſſuere ſoleant:tamen beniuolentiã retinere decet:eum p̃ſertim qui non utilitate/ſed virtutum officijs amicitiã metitur. Et magni quoq; Principes amicis eguerunt; quos licet cuiq; ſibi beneficentia atq; indulgentia compare. Itaq; inter cæteras tuas curas & hanc non poſtponas oro:ut priſcorum amicorum/quorum numero me fuiſſe profiteor/in mentem veniat:ut eis ſubſidio ſis; neq; egere patiaris:ut faueas ingenijs. Et plurimos tui ſimiles tua opera eſſe velis; ut ſeminarium quoddam virtutum ſtatuas in hoc tuo principatu; ut liberales diſciplinæ efflorefcant hac veluti Saturni ætate; quæ iam pene collapſæ & extinctæ culpa temporum videbantur

Oratorẽ & oĩm exptũ cõmendat.

Adhortatõ ad eundeꝫ.

Vt amicorꝫ meminerit.

bantur. Nam bonę artes & ṽtutis alumnę/a quibus rerum cognitio & honeſti ra
tio petit̃:deſertę cultoribus velut in obſcuro latent/ tanq̃ in ſolitudinẽ & quoddã
exilium relegatæ. Hæ tibi in lucem erigendę ſunt: & in uſum cœtumq; hominũ
reſtituendę. A quo em̃ illarũ ſalutem implorabimus:ſi tu nobis deſis/ quem illæ
tamdiu velut alumnũ præcipuũ ſuis uberibus nutrierũt? Iacuerũt pater ſanctiſſi
me lr̃arum ſtudia:& egregij doctrina viri poſthabiti diutius q̃ religionis ipſius &
virtutis ratio pateret: ex quo iam lr̃arum cupiditas refrixit. Vbi em̃ virtuti honor
& præmiũ deſunt/nulli ad eius exercitia excitant̃. Sed iacent ſemper/ut ait Cicero: Cicero.
quæ apud quoſq; vident̃ improbari. Vides philoſophiam utramq; bonarum ar-
tium parentem/& vitę ac morum magiſtram/iam obſoletam ſqualidãq; diſcentiũ
inopia effecta/latere in tenebris:neq; ut olim cõſueuit in luce hominũ verſari. Hæ
ſolum appetunt̃ artes & ſunt in precio/quæ ad ſerendas lites ac iurgia & ad quæ-
ſtum ſpectant. Nullos aut pauciſſimos virtus ipſa & ſciendi ratio mouet. quoniã
inglorij habent̃ & ignobiles: ubi pluris ambitio & pecunia q̃ virtus & probitas
eſtimatur. A te uno pater ſanctiſſime/expectantur ea quę multis vident̃ defuiſſe.
Ab alijs alia ſunt quærenda:tibi ſoli honor hic/hæc prouincia debet̃:ut lr̃arum ſtu
dia/& docti viri tua opera recreati/in priſtinam dignitatem auctoritatemq; reſti-
tuantur. Scis quantã utilitatem uniuerſo orbi ad bene viuendũ attulerint ſapien-
tes:quorum conſilio/ſtudijs/prudentia & humanitas ad homines introducta: &
vita moribus/& res publica legibus conſtituta. A doctiſſimis quoq; viris religio Doctorũ vi
noſtra contra hæreſes plurimas defenſa & propagata eſt. At iſtis & vitę cõmodis rorũ utilitas
& fidei defenſoribus caruiſſemus: niſi ad proborum ac ſanctorũ virorum vitam
fuiſſet admixta rerum plurimarũ ſcientia & doctrina:quibus tanq̃ armis uſi ſunt/
ad oppugnandũ hæreticorum vires:& tuendam fidem. Itaq; inter cęteras tuas cu
ras (repetam em̃ iterum) hæc ſit potiſſima pater ſanctiſſime:ut ſubleues atq; effe-
ras doctos viros:& reuiuiſcere facias ſtudia artium optimarum: ut oſtendas in
te dignitatem auctam:non immutatos mores. Hoc tuum eſt proprium exercitiũ:
hoc tui & nominis & glorię opus:hic tui põtificatus erit fructus uberrimus. Hoc
tibi pariet apud Deum æternum præmium; laudem apud homines ĩmortalem.
Sed cum om̃ia pater ſanctiſſime tibi agenda propoſueris / quæ tanta mole onus Seſe com-
requirunt:illud nunc te rogo:ut memineris Poggij tui:qui tot annis/tanto tempo mendat.
re/tanta familiaritate fuit tuę virtuti deditiſſimus:qui te ſemper coluit & in primis
dilexit. Sum iam veteranus in Curia miles:ut qui eam ãnos quadraginta fuerim
ſecutus:& certe minori cum emolumento q̃ deceat eum qui non omnino fuit ali
enus a virtute & ſtudijs humanitatis. Iam emeritis ſtipendijs in coloniam priſcorũ
more ſum ad quietem corporis/ad laborem animi deſtinandus. Quod niſi tua in
me beniuolentia aſſequar:neſcio cuius fauor & opera ſit amplius expetenda.

LIBER ORATIONVM
Poggij finis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# POGGII FLORENTINI ORATORIS CLARISSIMI LIBRI EPISTO LARVM CONTENTA.

De laudibus RVRIS ſiue rei ruſticæ.
Thermarũ Badeñ. prope Thuregum deſcriptio.
De Hieronymi hęretici obitu & ſupplicio.
Epſa Ducis Mediolanenſis ad Poggium: & reſponſiua eiuſdem / ſuper laudibus Florentinorum.
De laudibus Traiani Cæſaris ad Borinium Bononienſem.
Epiſtola Antonij panormitę ad Poggiũ / excuſantis ſe de laſciuis ſcriptis. & reſponſiua eiuſdem.
Vter pręſtantior fuerit Imperatorum: Iulius Cæſar: an Scipio aphricanus.
Interſeruntur his paſſim epiſtolę familiares.

## FACETIARVM LIBER OPERI POGGIANO FINEM PONIT.

Subnexo pręḋictis oṁibus INDICE ſingula totius operis quotationibus ſuis per chartas tradens.

Ad clariſſimū atq; doctiſſimū virum Ioānem Streler Vlmenſem: utriuſq; iuris Doctorem: ep̄la Henrici Bebelij Iuſtingenſis poetę laureati extempalis.

## De Laudibus & fœlitate pagorū/ruris & ſiluarū.

¶ Cum nuper legiſſem vir humaniſſime/ ep̄lam Poggij Florentini de re ruſtica
venuſtiſſimā/ veritateq; & delectatione pleniſſimā: venit mihi in mētem is ſermo
quem in autumno tecum in ędibus tuis habui. Vbi cum diceres mihi: quoſdam
amicos tuos te ſollicitare & admonere: ut relicto tuo pago/ ad honeſtiorē aliquā
in urbibus/ uti tibi facile eſſet: conditionem aſpirares. Ibi ego viſa tua quiete/ iuſto
emolumento/ veraq; fœlicitate/ dixi: O ſi mihi cum honeſtate & cōditione oppor
tuna uti te/ in rure viuere concederet: ubi & deos natos & verſatos tradit gentili
tas: q̄ non mutarem illum cum Creſi diuitijs. Proinde ſi vis eſſe ſecurus/ tranquil
lus/ ſanus/ longęuus/ diues/ & tandem fœlix in vita: reliquū ætatis tuæ cōſumas
in rure: in quo honeſtiſſime/ & tranquilliſſime es hactenus multos annos verſa
tus. Omnino enim triſtiſſima vita eſt cēſenda eorum: qui plauſum vulgi/ qui in ur
bibus conſpicabiles & glorioſi videri volunt: qui ambitioni ſeruiūt: honoribꝰ/ di
gnitatibus & magiſtratibus inhiando. Nihil eſt enim in toto orbe triſtius/ miſeri
Saluſtius. us/ & iniquius ambitione: quæ multos (ut ait Saluſtius) mortales falſos fieri co
egit. Hæc nos ad imenſos labores ſubeundos impellit: hæc iniurias/ ignominias/
contumelias toleranter ferre perdocet: oīmbus tam animę/ q̄ corporis periculis ſe
Columella intrepide exponens: atq; miſerrimo famulatu/ auctore Columella/ per dedecus
faſcium decus mercatura: & tam inquieta q̄dem/ ut non ſecus ac furijs agitari vi
deantur ambitioſi: & quibus p̄ſens ſemper adeſt pœna. Nulla quies illis eſt: nullus
Seneca. ſomnus dulcis: nullus cibus ſapidus. Vt optime dixerit Seneca tragicus. Stet qui
cunq; volet potens Aulę culmine lubrico: Me dulcis ſaturet quies. Obſcuro poſi
tus loco/ Leni perfruar ocio. Q. ſi eſt fœlicitas tam animi q̄ corporis in rebus hu
Ruris deliciæ manis: ea non eſt niſi in rure. Quæ enim hæc eſt fœlicitas: q̄ ſyncera: q̄ ſtabilis: q̄
diuturna: ſecuras cepiſſe dapes: oīmbuſq; ſanctiſſimę matris terræ opibus p̄frui:
nullo dolo/ nulla fraude/ nulla circūſcriptione/ ſimultatiſq; ſtimulis ſupuacaneiſq;
curis moleſtari. Nōne hęc urbanis honoribus atq; diuitijs oīmbus ſunt antepōen
da? Nonne delicię pene cœleſtes ſunt merito nuncupandę? Adde q̄ tibi ip̄i viue
re potes: nunc legere Poetas/ oratores/ philoſophos/ theologos/ & cætera ſcripto
rum genera: quorū tibi copia eſt: nunc in rus ſecedere: interq; roſas/ lilia cōuallij/
cæteroſq; flores odoratiſſimos ſuauiter & tute requieſcere: inuitantē te ad ſomnū
philomelę omniūq; auium vario/ mellifluoq; cōcentu: ſed nec ſolum ad ſomnū/
verum etiam ex pulchritudine rerum/ & iucundiſſima diſpoſitione fabricę huius
mundi/ ad efficaciſſimā diuinarū rerum contemplationē. Potes & in rure nunc vi
ſere montes: nunc in vallibus circa riuos deambulare: nūc in ſaltus & nemora pro
gredi: nunc canibus fugare lepores: nunc accipitre volucres terrere: & ita in delici
is ruris currēdo/ venando & recreare animū/ & corpus exercitatiōe firmare ſum
mo robore. Hoc Rus Regibus & illuſtribus viris urbicas moleſtias & turbulen
tias pertęſis/ ſummū eſt ſolatium: philoſophiſq; & poetis unicū ad contemplatio
nem & animū litteris & virtutibus formandū diuerſoriū. Hanc fœlicitatem ruris
Gyges delphicum etiam oraculū pronūciauit. Cum enim Gyges Lydorū rex ditiſſimus/
ob idq; ſupbiſſimus/ Apollinem pythium ſciſcitatum veniſſet: an aliquis mortaliū
ſe eſſet fœlicior. Reſpondit ei deus: Aglaum Sophidium pauperrimū Arcadię ru
ſticum/ multo ei eſſe fœliciorem: qui in ſumma innocentia/ fructibus ſui agelli cō
tentus: ſumma animi tranquillitate cunctas Regum diuitias/ perſonatamq; fœlici
tatem longe ſuperaret. Et cum gētilitas ſibi deos deaſq; finxiſſet faunos/ ſatyros/

panes/dryadas/napeas/nymphaſq; plurimas: eorum terrenæ maieſtati / non urbes attribuit: verum montes/fontes/rura/& ſiluas, non obſcure intelligens: nõ niſi in rure conſiſtere terrenam fœlicitatem. Quid ꝙ ſummus optimus maximus Deus/ cum hominem ad ſui ſimilitudinẽ formaret: non eum in urbem aliquam/ ſed in paradiſum/id eſt hortum ( ut Græci dicũt: & ut noſtri in hortum deliciaꝝ) collocauit: & eiectum non niſi in agros miſit. Qui cum cœlos formaſſet / urbem condere potuiſſet facillime. Sed quid dicam de fœlicitate humana? Si querimus vitam æternam/cœleſtemq; fœlicitatem: ubi eam cõmodius inueniemus ꝙ̃ in rure? Vbi minor occaſio peccandi: ubi maior ſimplicitas: maior innocentia: maior probitas: maior iuſticia. Hoc mihi aureum declarat ſæculum: in quo ante conditas urbes dij deęq; ( per quos virtutes intelligimus ) cum hominibus conuerſabantur. Nam ut Heſiodus canit.

Tunc homines diuum viuebant more: neq; illos
Anxia curarum moles/ operumq; labores
Laſſabant: aberat triſti cum mente ſenectus.
Nulla mali labes: conuiuia lęta placebant.
Mors ſimilis ſomno fuit: atq; uberrima tellus
Omnia liberius nullo cogente ferebat
In commune bonum: nec quiſq; inuidit habenti.
Q; fœlix ætas: erat omnibus una voluntas. Heſiodus.

Et poetæ ſcribunt: tandem ob flagitia iuſticiam ab urbibus ad rus conceſſiſſe. Sed ut omittamus poetarum figmentum/licet rationabiliter & veriſſime excogitatum: nonne præter philoſophos & reliquos rerum ſcriptores/ qui contemplationibus dediti in rus & ſiluas receſſerunt. Nõne inquam creſcente eccleſia Chriſtiana/ſanctiſſimi patres/& maxime in Aegypto: ut expeditius / tranquillius / & ſanctius Deo ſe deuouerent relictis urbibus / in nemora ſe & ſolitudines: a quorum ſolitudine omne genus monachorum/id eſt ſolitariorum deſcendit contulerunt. Exiſtimantes non abſurde: rus & horridas ſiluas nihil habere cõmune cum vitijs/cum ſceleribꝰ/cum ambitione/ luxuria/ auaricia: & ſimul tam bene quadrare & congruere ſiluas humanę naturę ſua amęnitate/vigore/& ſalubritate: ut viuaces ipſi non facile ullo labore vel meditatione deficerent/aut frangerentur. Hęc omnia huc pertinent: ut ſiue quęras ſalutem humanam/ſiue ęternam: ciuiles procellas ſtrepitũq; vulgarem fugiens/in ſolo rure inuenias. Sed lege Poggium: qui tibi copioſius hæc explanabit. Vale, & me ama. Ex Tübinga, xxv. die Februarij. Anno domini Milleſimo quingenteſimo tredecimo.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# POGGII FLORENTINI ORATORIS CLARISSIMI LIBER EPISTOLARVM.

Poggius florētinus ornatiſſimo atq; optimo viro Coſmo de medicis S.P.D.

De laude ru ris ſiue rei ruſticę.

Si unq; mihi antea rei ruſticę cura & vita exercitio dedita iocunda viſa eſt & ſua
uis: nunc his paucis diebus quibus in ſolo natali vixi procul a Curiæ moleſtijs cō
ſtitutus/iucundiſſimā ac ſuauiſſimā iudicaui: dulcis ocij/honeſti negocij/ & mode
ſtę voluptatis plenam. Cognoui em̄ hoc viuendi genus/ quod multi præclari viri
poſthabitis rerum ciuilium fluctibus elegerunt/eē maxime expetendū: cum in
in eo vitam quietam/liberam/honeſtam/frugalitati cōiunctam agere valeamus:
ut non mirer Horatij flacci ruris viuendi/cum in urbe eſſet cupiditatem. Qui ſcri

Horatius. bens ad Mecœnatē: O rus inquit/quādo ego te aſpiciam: vel qn̄ licebit Nunc ve
terū libris/nūc ſomno & inertibus horis Ducere ſollicitæ iocunda obliuia vitę: Et
certe ſi qua virtuti & lr̄is vacandi via eſt: hanc ꝓfecto eſſe conſtat/remotam a vi
tijs/& honeſtati propinquā. Neq; vero eam exiſtimo tantū a doctiſſimis quidem
viris rei ruſticę ſcriptoribus laudatam/ quantū dignitas eius & merita erga huma

Ruris fructus & cō moditas. num genus poſtulare videnť. Nam ut omittam quas utilitates ex agricultura ꝑci
pimus: ut non recenſeam queſtus uberrimos quos largitur: quanta voluptas &
quies ruris/quanta curarū remiſſio/quanta naturalis oblectatio/quanta virtus in
eius vitę ratione verſatur. Hæc eſt ſola naturę hoīm uſuiq; ꝑcipue accōmodata:
quæ oīa ad victum cultumq; noſtrum ſpectantia ſuppeditat nobis ac ſubmini
ſtrat. Hæc eſt quæ ſemota a tempeſtatibus ciuilis inſanię/ tanq; ex quadā ſpecula
cæteros veluti naufragantes deſpicit & cōtemnit. Hæc procul a malis vitiorum ex
emplis/relictis fori & contentionū iurgijs/ſibi ſoli vacat & bonę menti. Hæc ſpre
tis ſupuacaneis cupiditatibus/cōtempta oīm ambitione/neq; ſupflua cupit/neq;
abutiť queſitis. Hæc populari cura & vulgi honoribus nihilipenſis/ honeſto fruit
ocio & oīm tranquillitate: quæ rariſſime aſſequunť qui urbana tractant/& vulgi
plauſum querūt. Hęc eſt vere philoſophādi dux: in qua & rerū ſecreta rimari licet/
& bonos mores facile amplecti. Hæc bonis/hæc ſapiētibus/hęc doctis viris/hæc

Cyrus Regibus atq; Impatoribus digna exercitatio. Cyrus Perſarū rex/ille a Xenophon
te celebratus/gloriari ſolitus eſt/hortū ſuis manibus conſertū/ & arbores in ordi

Diocletianus nem poſitas. Diocletianus depoſitis Imperij inſignibꝰ/in villa Salone agriculturę
detinebať ſtudio. ut hæc ſola res verā quietē/a curis ſupfluis vacatōem largiri ho

Cicero minibus videať. Hanc vitā cum mľti egregie laudarint: Cicero noſter in orōne ꝓ
roſtris oīm laudes meo iudicio ſupare videť. Qui eam parſimonię/ diligentię/ iuſti
cię eſſe magiſtrā tradit: maximeq; diſiunctā a cupiditate/& officio cōiunctā. Quę
laus haud ſcio/an in aliam vitam recte poſſit cōferri. Plures excellētis doctrinę vi
ri/ut philoſophādi ſtudio & bonarū artiū ꝑueſtigationi facilius penituſq; poſſent
vacare: relictis urbibus ſe rus in vitā priuatā cōtulerūt: ubi dies ſuos ſūma in quie
te & honeſto ocio tranſegere. Multos vero ciuitatū gubernaculis inherētes/ciuilis
tēpeſtas ad ſcopłos alliſit. M. Tullius ciuilē vitā priuatę anponit: laudatq; eos qui
ad gubernandā remp. acceſſerūt. At ipi Demoſtheni/ multiſq; alijs eloquētiſſimis
viris/ſatius fuiſſet nullas reip. ꝑtes attigiſſe. Quis talis eloquētia Ciceronē in tan
ta Imperij magnitudine/& in tanta amplitudine honoris facile ſuāq; ſniam tueri
pōt: cū ea quēuis egregiū ingenio hoīem q̄ant incēdere & erigere ad laudis & glo
rię appetitionē. Multū em̄ pollet in ciuitatibus vis dicēdi/& ingenij laus. Sed mul
ti ſudores/labores ꝑlīmi/vita anxia ꝓpoſita ſunt eiuſmōi viris: & varij fortunę ca
ſus. Ego aūt cui ſeneſcēti quies & ociū cordi eſt: degentē ruri cōmendo: & eū pſer
tim qui a cura rei ruſticę ad lr̄as tanq; in arcē animi poſſet cōfugere. Neq; ego nūc

ruſticana aut fodiendi/aut arandi/at plantandi/ ꝓprio ſudore opera ſubeũda no
bis cenſeo. Non n em̃ ſum Serranus: aut Cincinatus: qui ab aratro ad ſenatũ arceſ-
ſebantur. Non ſum Scipio ille ſuperior Aphricanus: quẽ Linterni exulantem
agrũ ſuis manibꝰ coluiſſe Seneca ſcribit. Manus em̃ meę aptiores ſunt calamo q̃
operę ruſticanę. Sed cõmendo vitã quietã qua rure viuit: curã laudo rerũ ruſtica
rum/cõſerendi plantãdiq; ſollertiam: laborẽ leuem/qui corpus paulũ exerceat ac
corroboret. probo victus modeſtiã: integritatẽ vitę: remiſſionẽ animi/ quæ eſt ve-
ra ratio philoſophãdi. Non em̃ illic degentẽ rerum urbanarũ ſtrepitus & ſollicitu-
do anxia premit: non curioſitas ſupuacua noſcendi mentẽ ſollicitat: non quicquid
ubiq; terrarꝫ agit̃ indagamus. Non curis ſupfluis abrumpit̃ ſomnus: non peſtilẽs
inuidia/non liuor edax fraudem ꝓximo machinat̃: non ſcelerũ officinę/ quæ er-
rant urbibus/ad mala facinora impellũt: non ſexcenta alia/ quæ ciuilis & occupa-
ta vita nequit effugere. Sed dulcis ac ſecura quies/ vita frugi/& ociũ officio plenũ
oĩbus honoribus ac dignitatibꝰ p̃ferendũ. Hanc vitam fidentius apud te extollo:
quẽ ſcio ſepius rus tanq; in portũ ex ciuili inundatõe cõfugere: delectariq; admo-
dum cultura villę: ac ſtudio tum plantandarũ/tum cõſerendarũ arborũ detineri:
digno ſane docto liberoq; hoĩe exercitio. Hortarer te ad eã viuendi normã/ſi aut
res tua/aut tpa paterent̃: attñ ſi frequent̃ hos qbus neceſſario implicaris ciuiles tu
multus linieris iocũditate atq; amęnitate ruris: & te in libertatẽ animi / quã etiã le-
gendo ocioſus acqres/ q̃nq; vẽdicaris: cognoſces viuere aliqñ te tibi: & tpus id tuũ
eſſe: qđ aut in remiſſionẽ curarũ rure colendo impenderis: aut cõtuleris ad ſtudia
lr̃arũ/q̃ eſt maxĩa oĩm & honeſta voluptas ac p̃ ceteris appetẽda. Vale. Florẽtiæ.

## POGGII FLORENTINI DE BALNEIS
### prope Thuregum ſitis deſcriptio.

Poggius plurimam ſalutem dicit Nycholao ſuo.

Si vales bene eſt: ego qdem valeo. Per quendã contribulũ meũ ſcripſi ex Cõ-
ſtantia ad te ad. x. Kal. Martij ut opinor: quã ſi recępiſti/profecto ad riſum te debu
it promouere. Erat em̃ longiuſcula/iocis referta ac ſalibus. Dicebã multa de litte-
ris hebraicis/quibus operã dabam. Plura iocabar in doctorẽ ipm̃: ut captus eorũ
mos eſt qui ex iudęis chriani efficiunt̃: virum leuem/inſulſum atq; inconſtantẽ: lit-
teras vero ac doctrinã ut rudem/incultã/atq; agreſtem/facetijs quibuſdã leuiter
perſtringebã. Verũetiam ſuſpicor eam epl̃am/& item alteram quã Leonardo are
tino dabam/vobis redditas non eſſe. Nã mediuſfidius/ q̃ tua eſt diligentia in offi-
cio lr̃arum reſcripſiſſes poſtmodũ aliquid: vel ſaltẽ mecũ gratulatus eſſes hanc no
uã noui Doctoris diſciplinã: quã ad perdiſcendã me ſæpius es hortatus. Quã & ſi *Hebraica-*
nullius uſus eſſe conſpiciã ad ſapię facultatẽ. cõfert tamẽ aliqd ad ſtudia noſtra hu *rum lr̃aruꝫ*
manitatis vel ex hoc maxĩe: ut morẽ Hieronymi in transferẽdo cognoui. Has ṽo *fructus.*
lr̃as ex his balneis ad te ſcripſi: ad quę cũ me cõtuliſſem/ iũcturas manus curandi
gr̃a: rem dignã putaui ut eorꝫ ſitum atq; amęnitatẽ/ ſimul & mores harũ gentiũ ti
bi deſcriberẽ/& cõſuetudinẽ balneandi. Multa dicunt̃ ab antiqs de balneis Puteo *Puteolana*
lanis: ad quæ uniuerſus ppl̃s pene Romanus voluptatis cauſa cõfluebat. Sed ne *balnea*
quaq; arbitror illa ad horũ iocũditatẽ accedere potuiſſe: & haud cũ his noſtris fuiſ
ſe compãda. Nam voluptatẽ puteolanã magis afferebat amœnitas locorꝫ & vil
larum magnificẽtia/q̃ feſtiuitas hoĩm aut balneorꝫ uſus. Hæc ṽo loca nullã / vel
admodũ paruã p̄ſtant aĩo relaxationẽ: reliq̃ alia oĩa imenſam tribuũt amœnita-
tem: ut p̄ſepe exiſtimẽ/& Venerẽ ex Cypro/& quicqd ubiq; eſt delitiarꝫ ad hæc
balnea cõmigraſſe: ita illius inſtituta ſeruant̃: ita ad unguẽ eius mores & laſciuiã
rep̄ſentant: ut quanq; nõ legerint Heliogabali concionẽ: tñ ipa natura ſatis docti/
ſatis inſtituti eſſe videant̃. Sed qm̃ balnea hæc tibi ſum deſcripturus/nolui præter
mittere viam qua huc itur ex Cõſtantia: ut cõiectare poſſis qua parte Gallię ſint



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Deſcriptio itineris ad balnea thuregia.*

cõſtituta. Prima die nauicula veniẽs ꝑ rhenũ ad oppidũ Schaffhuſen/mille paſſu
um q̃ttuor ⁊ viginti: cũ deĩn ꝓpter ingentẽ fluminis deſceſum/per arruptos mõtes
⁊ cõfragoſa ſaxa iter eſſet pedibus cõficiendũ milia paſſuũ decem: ad caſtellũ ap
plicuimus qđ eſt ſuꝑ Rhenũ nomĩe Keiſerſtul: hoc eſt eoꝝ lingua/Cæſeris ſedes.
Hunc locũ opinor ex eius noĩe ꝓpter ipſius oportunitatẽ: eſt em̃ colle excelſo im
minens flumẽ qđ paruo põte Galliã cõiungit Germanię: quondã Romanoꝝ
caſtra fuiſſe. Hoc in itinere Rheni vidimus caſuꝫ ex alto mõte/ſcopulis interruptis
magno fragore ac ſonitu: ut ipm̃ met caſum ſuũ queri ⁊ lamẽtari poſſis. Tum mi
hi venit in mentẽ eorũ quę feruntͥ de Nili deſcenſu tam p̃cipiti. Nec mirũ accolas
circũuicinos propter illius ſtrepitũ ac fragorem fieri ſurdos. cum hmõi fluminis/
qui torrens eo loco exiſtimari põt/ad inſtar Nili tribus ꝗ̃ſe ſtadijs rumor exaudi
atur. Oppidũ eſt deinde Baden ſatis opulentũ: qđ eſt balneũ / lingua alemãnorũ
ſitum in cõualle montibus circũuenientibus: prope flumen ingens rapidiſſimi cur

*Balneorũ deſciptio.*

ſus: quod in Rhenũ fluit/longe ab oppido milibus paſſuũ ſex. Prope oppidũ ſta
dijs q̃ttuor eſt villa ſupra flumẽ pulcherrima/ in uſuꝫ balneoꝝ fabricata. Area eſt
pampla media parte villę: ⁊ circum hoſpitia magnifica multaꝝ receptacula gen
tium. Singulę domus ſua habẽt balnea interius: in q̃bus abluuntͥ hi ſoli qui ad ea
diuertere balnea: tum publica/tum priuata ſunt/numero circiter. xxx. Publica tñ
duo exiſtunt palam ab utraq; parte/lauacra plębis/⁊ ignobilis vulgi: ad quę mu
lieres/viri/pueri/innuptęq; puellę/⁊ oĩm circumfluentiũ fęx deſcendit. In his val
lus quidã interraneus/utpote inter pacificos cõſtructus/viros a fœminis ſeiungit.
Ridiculũ eſt videre vetulas decrepitas ſimul ⁊ adoleſcentiores nudas / in oculis
hoĩm aq̃s ingredi/verenda ⁊ nates hoĩbus oſtentantes. Riſi ſępius hoc tam præ
clarum ſpectaculi genus: mentẽ reuocãs ad florales ludos: ⁊ mecũ met iſtoꝝ ſim
plicitatẽ admiratus ſum; qui neq; ad hæc oc̃los aduertũt: neq; quicq; ſuſpicantͥ aut
loquuntͥ mali. At vero balnea in domibus priuatoꝝ ꝑpolita ſunt/ ⁊ ipa viris fœ
miniſq; cõia. tabulata q̃daꝫ hęc ſecernũt. Et in his feneſtrellę ꝑplures dimiſſę: q̃bus
⁊ una potare/ſimul ⁊ colloqui / ⁊ utriq; videre ⁊ attractare queant: ut eoꝝ fre
quens eſt cõſuetudo. Hæc deſuꝑ fiunt deambulatoria : in quibus conſpiciendi ⁊
cõfabulandi cauſa hoĩes cõſiſtunt. Nam cuiuis licet viſendi/ colloquẽdi / iocandi/
ac laxandi animi gr̃a aliorum balnea adire ⁊ aſtare: adeo ut ⁊ cũ exeũt/ ⁊ ingre
diuntͥ aq̃s fœminę maiori p̃te corpis nudę cõſpiciantͥ. Nullę aditus cuſtodię obſer
uantͥ: nulla oſtia ꝓhibent: nulla ſuſpitio inhoneſti. Pluribꝰ in locis idem qui viris ⁊
mulieribꝰ quoq; ad balnea eſt ingreſſus: ut ſępiſſime accidat; ⁊ virum fœminę nu
dę/⁊ fœminã viro nudo obuiam ire. Maſculi cãpeſtribus tñ utuntͥ: fœminę vero

*Balneantiũ mores.*

lintheis induuntͥ veſtibꝰ/cruratenus ab alto/vel latere ſciſſis: ita ut neq; collũ/neq;
pectus/neq; brachia aut lacertos tegant. In ipis aquis ſępe de ſymbolis eduntͥ/co
poſita menſa deſuꝑ aquã natante: q̃bus viros aſſiſtere cõſueuerunt. Nos q̃dem ea
in domo qua lauabamur/ſemel vocati ſumus ad eã conſuetudinẽ. Ego vero ſym
bolum cõtuli: intereſſe nolui: licet etiã atq; etiam rogatus; nõ ꝑmotus pudore qui
pro ignauia habetͥ ac ruſticitate/ſed inſcitia ſermonis. Fatuũ mihi quoddã videba
tur: hoĩem Italum horũ inſciũ loquelę/ una cum fœminis adeſſe in aquis mutũ ⁊
elinguẽ: ubi uniuerſus dies ſorbillando ac potiſando terendus erat. Duo tñ ex ſoci
is balneũ ingreſſi ſunt/magna cum animi iocũditate: una aderant: tãgebant potũ:
una ſumebant ⁊ cibũ. Colloquebantͥ licet per interp̃tem : ꝑſæpe flabello ventulũ
faciebant. Reſtat nihil aliud niſi pictura illa Iouis: quo pacto Danaem per imbri
uium aureũ impregnauit. ⁊ reliq. Illi tñ linthea ſtola/ut moris eſt viris cũ in muli
erum balnea acceſſuntͥ/veſtiti erant. Ego aũt ex deambulatorio oĩa cõſpiciebam:
mores/cõſuetudinẽ/ſuauitatem/victus viuendi libertatẽ/ac licentiam cõtempla
tus. Permirũ eſt videre qua ſimplicitate viuant: qua fide videbant viri uxores ſuas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

as a ꝑegrinis tangi. Non cõmouebant: non animũ aduertebant: omĩa in meliorẽ
ꝑtem accipiunt. Nil eſt tam difficile quin eorũ moribus facile fiat. Plane in politiã
Platonis cõueniſſent: ut oĩa eſſent cõmunia: cum & iam abſq; eius doctrina: tam
prompti in ipſius ſectam reperiant. In nõnullis balneis maſculi reſidẽt promiſcui
cum fœminis: quibus ſunt ſanguine proximi / aut beniuolentia. Quotidie ter aut
quater balnea intrant: maiorẽ in his diei ꝑtem agentes / ꝑtim cantando / ꝑtim potã
do / ꝑtim choreas exercendo. Pſallunt & iam in aquis paululũ ſubſidendo. In quo
iocundiſſimũ eſt videre puellas iam maturas viro / iam plenis nubilas annis / facie
ſplendida & liberali / in Dearũ habitum ac formã pſallẽtes, modicas veſtes retror-
ſum trahunt / deſuꝑ aquã fluitantes: ut alteraꝫ Venerẽ extimares. Mos eſt mulie-
ribus: ut cum viri eas deſuꝑ [illegible] proſpectãt / iocandi gratia ſtipem petere. Itaq; pro-
iiciunt nũmuli / & quidem pulchrioribus: quos illę partim manibus excipiũt / par
tim lintheis extẽſis: altera alterã ꝓpellens. quo in ludo q̃nq; etiã occultiora detegũ-
tur. Proiiciunt pręterea & ſerta variis diſtincta floribus: q̃bus capita exornãt dum
abluunt. Ego hac ꝓfuſa videndi atq; iocandi feſtiuitate pellectus: cũ bis tm̃ in die
lauarer / reliquũ tp̃us conſumebã in aliis balneis viſitandis: nũmos pſępe iaciẽs / &
ſerta ad morem cæterorũ. Neq; em̃ vel legendi / vel ſapiendi quicq̃ tp̃s erat / inter
ſymphonias / tubicinas / citharas & cantus undiq; circũſtrepentes: ubi velle ſolũ ſa
pere ſumma fuiſſet demẽtia: pſertim ei qui neq; eſt ut Menedemus heautontimo-
rumenos / hõ nihil humani a ſe alienũ putans. Ad ſummã voluptatẽ deerat cõmer
cium ſermonis: qđ rerum oĩm eſt prim[illegible], Itaq; reſtabat nihil niſi oculos paſcere: ſe-
ctari: in ludum ducere & reducere. Ambiendi inſuꝑ locus erat: & ea tanta licentia
ut legem ambitus non ferat. Præter has multiplices iocũditates / eſt & alia non me *Recreatio*
diocris. Pratũ eſt ingens poſt villam ſecus flumen multis arboribus contectũ. Eo *& ludi*
poſt cœnam conueniũt undiq; oĩes. Tum varii ludi fiunt: q̃dam choreis gaudẽt:
cantant q̃dam: plurimi pila ludunt. Non eq̃dem more noſtro / ſed viri ac mulieres
pilam tintinabulis plenã / alter ad alterã dilectiorẽ proiiciũt. Tum cõcurrit undiq;
ad illam excipiendã, qui eam capit potior habet. Itq; eam proiicit iterũ ad perſonã
ſibi acceptiorẽ: cum illam multi petant porrectis manibꝰ: atq; ipſe modo ad hunc /
modo ad illam ſimulat ſe iacturũ. Multi ꝑter hos ioci fiunt / quos longũ eſſet recẽ-
ſere. Hos aũt rettuli: ut cõprehẽdas quanta ſit hęc ſchola Epicureę factionis. Atq;
hunc illũ locũ eſſe credo: in quo primũ hoĩem creatum: quem Gamedon Hebręi
vocant. hoc eſt hortum voluptatis. Nam ſi voluptas vitam beatam efficere põt:
non video quid huic loco deſit ad perfectam & oĩni parte cõſummatã voluptatẽ.
Q, ſi q̃ ſit virtus aquarũ quæras. Cum varia & multiplex ſit: tñ illa eſt admirabi
lis eorũ virtus & pene diuina. Nec ego eſſe ulla in orbe terrarũ balnea credam ad *Balneorũ*
fœcunditatẽ mulierũ magis accõmodata. Itaq; cum plures ſterilitatis cauſa illic ac *virtus*
ceſſerũt / miram illorũ virtutem experiunt. Seruant diligenter præcepta / quibꝰ ad-
hibent remedia ad eas quę cõcipere neq̃unt. Inter cætera vero illud eſt memoriæ
dignum. Innumerabilis multitudo nobiliũ & ignobiliũ / ducenta miliũ paſſuum
huc venientiũ: non tam valitudinis cauſa / q̃ voluptatis: oĩes amatores / oĩs pro-
ci / oĩes quibus in delitiis vita eſt poſita huc cõcurrunt / ut fruant rebus concupi-
tis. Multę corporum ſimulant ęgritudines / cum animo lab[illegible]ent. Ita videbis innu
meras forma præſtantes ſine viris / ſine cognatis duabus ancillis & ſeruo / aut aliq̃
affini anicula: quam leuius ſit fallere q̃ nutrire. Singulę autem quoad poſſunt ve
ſtibus / auro / argento / gemmiſq; veniunt ornatę: ut non ad balnea / ſed ad cele-
berrimas nuptias eas dixeris acceſſiſſe. Hic quoq; virgines veſtales. vel ut ve-
rius loquar florales. Hic abbates / monachi / fratres / & ſacerdotes maiori licen-
tia q̃ cæteri viuunt: & ſimul quandoq; cum mulieribus lauantes: ſericis quoq;
comas ornantes / omni religione abiecta. Omnibus etiam vna mens eſt: tri-

ſticiam fugere:q̃rere hilaritatẽ:nihil cogitare niſi quemadmodũ læti viuãt/gaudijs fruanť. Non de cõi diuidendo agitur/ſed de cõicando diuiſa. Mirabile dictu eſt in tanta multitudīe ( eſt fere hoĩm mille ) in tam varijs moribꝰ/turba tam ebria nullam diſcordiã oriri/nullam ſeditionẽ/nullũ diſſidiũ/nullum murmur/ nullũ maledictum. Cernunt viri uxores tractari:cernũt cum alienioribꝰ : & qdem ſolũ cũ ſola:nihil his permouenť:nihil admiranť:oĩa bona & domeſtica mẽte fieri cogitãt. Itaq; nomen çelotypi/qď quaſi oĩes maritos oppſſit/apď iſtos locũ nõ habet. Incognitũ eſt id v̾bum inauditũ. Neſciũt id generis morbi nomẽ:quõ hæc paſſio nominet̃ non habent. Nec mirũ eius rei nomẽ apď iſtos non eſſe/ cuius res non ſubſit ipa. Neq; eĩn quiſq; adhuc inuẽtus eſt in iſtis qui çelotypus eſſet. O mores diſ-

In Italorũ mores

ſimiles noſtris:qui oĩa ſemp accipimus in deteriores cogitatões:qui adeo calumnijs delectamur & obtrectatiõibus:ut ſi qd pꝛuula vidimus cõiectura/ſtatim pro manifeſto crimine atteſtemur. Inuideo pꝛ̃ēpe iſtorũ quieti: & noſtras execror animi pꝰuerſitates/qui ſemp q̃rimus/ſemp appetimus:qui coelũ & terras & mare peruertimus ad pecuniã eruendã:nullo quæſtu contenti:nullo lucro ſatiati:dum futuras expaueſcimus calamitates:cõtinuis calamitatibus / anxietatibuſq; iactamur. & ne miſeri ſiamus/nunq̃ miſeri eſſe deſiſtimus:ſemp inhiantes opibus:nunq̃ neq; aĩo neq; corpori indulgentes. At iſti in paruo cõtenti/in diem viuunt:quoſlibet dies feſtos agunt:non appetentes diuitias minime pꝛofuturas/opibus gaudẽt ſuis: nõ pauent futura:ſi qd aduerſi acciderit/bono animo ferũt. Ita hac ſola ditanť ſententia. Vixit dum vixit bene. Sed hæc omittamus. Neq; eĩn eſt ꝓpoſitũ meũ vel hos collaudare:vel nos rephendere. Volo epĺam totam iocũditatis eſſe plenã:ut eius voluptatis quã pꝛ̃ſens in balneis percepi/tu quoq; abſens ex lr̃is meis portiunculam aliquã conſeq̃ris. Vale mi Nycholae iocundiſſime. harum litterarũ Leonardum noſtrũ (cũ amicorũ inter ſe cõmunia ſint)participem facito. Verbis meis Nycholaũ & item Leonardũ ſalutato:& Coſmam ſaluere dicito.

## POGGII FLORENTINI DE HIERONYMI HERETICI OBITU & SUPPLICIO DESCRIPTIO.

Poggius ſuo Leonardo Aretino. S.D.P.

Cum pluribus diebus ad balnea fuiſſem/ſcripſi Nycholao ex ipis balneis epiſtolam:quã exiſtimo te lecturũ. Deinde cum Conſtantiã reuertiſſem/ paucis poſt diebus cœpta eſt agi cauſa Hieronymi/quem hæreticũ ferũt:& qdem publice. Hãc vero tibi recenſere inſtitui/tum ꝓpter rei grauitatẽ:tum maxime propť eloquen-

Eloq̃ntia hieronymi.

tiam hoĩs & doctrinã. Fateor me neminem vidiſſe unq̃ qui in cauſa dicendi/præſertim capitis/magis accederet ad facundiã priſcorum/ quos tantopꝛe admiramur. Mirũ eſt vidiſſe qbus verbis/q̃ facũdia/qbus argumẽtis/quo vultu/quo ore/qua fiducia reſponderit aduerſarijs:ac demũ cauſam perorarit. ut dolendũ ſit tam nobile ingeniũ/tam excellens/ad illa hæreſis ſtudia diuertiſſe. Si tñ vera ſunt q̃ ſibi obijciunť. Non eĩn mea eſt tantã rem iudicare. Acquieſco eorꝝ ſententijs qui ſapientiores habenť. Neq; tñ exiſtimato in morem oratorꝝ me ſingulatī hanc cãm referre:longũ id eſſet/& multorꝝ dierũ opus. Pertingã quoſdã locos illuſtriores:quibꝰ viri doctrinã poſſis pꝛ̃ſpicere. Cũ multa in hunc Hieronymũ congeſta eſſent qbus arguebať hæreſis:atq; ea re ſcʒ firmata/tandẽ placuit:ut publice ſingulis q̃ ſibi obijciebanť reſpõderet. Ita in cõcionem deductus/cũ iubereť ad illa reſpõdere/ diutius recuſauit:aſſerẽs ſe debere prius cãm ſuam agere/q̃ rñdere maledictis aduerſariorũ:itaq; ſe prius pro ſe dicentẽ audiendũ eſſe aſſerebat/q̃ ad æmulorꝝ ſuorꝝ pꝛobra in eũ cõgeſta veniendũ. Sed cũ hæc cõditio ſibi denegaret:tunc ſtans in medio

Verba Hieronymi miræ grauitatis.

cõcionis. Quænam eſt hæc iniqtas inqt:ut cũ trecentis q̃draginta diebus qbus in diuerſiſſimis carceribꝰ fui in ſqualore/in ſtercore/in cõpedibus / in rerũ oĩm inopia: aduerſarios atq; obtrectatores meos ſemp audiretis: me unam horã nolitis audi-

re: Hinc eſt: ut cū illis ſingulorū aures patuerit: atq; in tam lōgo tp̄e vob̄ pſuaſerit/
me hereticū/hoſtē fidei/ eccl'iaſticor̄ pſecutorē: mihi aūt me defendendi nulla det̄
facultas: vos prius mētibus veſtris/ me tanq̄ improbū hoīem iudicaueritis/ q̄ qui
fuerim potueritis cognoſcere. Atqui inquit: hoīes eſtis/ non dij: nō ppetui/ ſed mor
tales. labi/ errare/ falli/ decipi/ ſeduci poteſtis. Hic mundi lumina/ hic orbis terrarū
prudentiores eſſe dicunt̄: maxime decet vos laborare: ne qū temere/ ne quid inſul
ſe/ ne quid p̄ter iuſticiā faciatis. Ego qdem homūcio ſuꝫ: cuius de capite agit̄. Nec
pro me hęc loquor qui mortalis exiſto: verum indignū mihi videt̄: ſapientiā tot vi
rorum/ aliqd aduerſum me ſtatuere p̄ter ęquitatē non tantū re/ quantū exemplo
nocituram. Hæc & multa p̄terea ornate diſſerens: ſtrepitu & murmure plurimorū
ſermonē eius interpellente/ decretū eſt: ut primū ad errores qui in eum cōferebant̄
reſpōderet: deinde loquēdi quæ vellet facultas daret̄. Legebant̄ ergo ex pulpito
ſingula capitula accuſationis. Cum rogabat̄ an quid vellet obijcere. deinde teſti/ — In laudē & cōmendationem Hieronymi.
monijs confirmabant̄: incredibile eſt dictu q̄ callide reſponderet: quibus ſe tueret̄
argumētis. Nihil unq̄ protulit indignū bono viro. ut ſi id in fide ſentiebat qd' ver/
bis profitebat̄/ nulla in eum nedū mortis cauſa inueniri iuſta poſſet: ſed ne qdem
leuiſſimę offenſionis. Oīa falſa eſſe dicebat: oīa crimīa cōficta ab ęmulis ſuis.
Inter cætera cū recitaret̄: illum ſedis ap'licę detractorem/ oppugnatorē Romani
pontificis/ cardinaliū hoſtem/ perſecutorē platorū/ & cleri chrianę religionis inimi
cum. Tunc ſurgens q̄rebunda voce/ manibus porrectis: quo nunc me vertam in
quit p̄res cōſcripti: quorū auxiliū implorē: quos dep̄cer: quos obteſter. Vos ne?
At iſti pſecutores mei vr̄as mentes a mea ſalute alienauerūt: cum uniuerſorū me
hoſtem eſſe dixerūt eorū qui ſunt iudicaturi. Namq; arbitrati ſunt: ſi etiā ea quę in
me cōfinxerūt leuia viderent̄: tamē vos vr̄is ſentētijs oppſſuros cōmuniū oīm ho/
ſtem atq; oppugnatorē: q̄lem iſti me eſſe falſiſſime ſunt mentiti. Ita ſi eorū verbis fi/
dem dabitis/ nihil eſt qd' de mea ſalute ſperandū ſit. Mltos ſalib; pſtrinxit: multos
ledorijs: multos perſępe in re mœſta ridere coegit/ iocando in illorū obiurgatiōes.
Cum rogaret̄ quid ſentiret de ſacramēto. inquit: a natura panem: in cōſecratiōe &
poſt verum Chr̄i corpus: & reliqua ſcd'm fidem. Tum qdam. Atq; aiūt te dixiſſe/
poſt cōſecrationē remanere panē. cum illud inquit apud piſtorē remaneat panis.
Cuidā ex ordine Prędicatorū acrius inuehenti: Tace inquit hypocrita. Alteri p cō/
ſcientiā ſuam ſe iurāti, Hæc inqt tutiſſima fallendi eſt via. Quendā p̄cipuū eius ad/
uerſariū nunq̄ niſi canē/ aut aſinū appellauit. Cū vero p̄pter criminū m'titudinē/
ac pōdus res eo die tranſigi nequiret/ ad diem tertiū dilata eſt. Quo die cum ſingu
lorum criminū argumēta recitata eſſent/ ac ſubinde plurib; teſtibus cōfirmarent̄.
Tunc ſurgēs/ q̄m inquit aduerſarios meos tam diligent̄ audiſtis: conſequēs eſt/ ut
me quoq; dicentē ęquis animis audiatis. Data tandē licet multis pſtrepentibus di/
cendi facultate: hic primū a deo exorſus dep̄catus eſt/ eam ſibi dari mentē/ eam di/
cendi facultē/ quę in cōmodū ac ſalutem ſuę animę verteret̄. Deinde: Scio inqt vi/ — Hieronymi pulchra defenſio.
ri doctiſſimi/ plures fuiſſe excellentes viros indigna ſuis virtutib; perpeſſos: falſis
oppreſſos teſtibus: iniquiſſimis iudicijs cōdemnatos. Incipiens autē Socratem in/
iuſte a ſuis damnatū rettulit: neq; cum poſſet euadere voluiſſe: ut duo quæ aſper/
rima hominib; viderent̄/ metum demeret: carceris ſcilicet & mortis. Tum Plato/
nis captiuitatē: Anaxagorę/ ac Zenonis tormēta: multorū præterea gentilium ini/
quas damnationes: Rutilij exitium: Boetij ſimul/ & aliorū quos Boetius refert/ in
dignam mortem cōmemorauit. Deinde ad Hebręorū exempla tranſijt: & primū
Moyſen illū liberatorē popl'i/ legū latorē/ ſępius a ſuis calumniatū eſſe dixit/ tanq̄
ſeductor eſſet & contemptor populi. Ioſeph inſup a fratribus venditū ob inuidiā:
poſt ob ſtupri ſuſpitionem in vincula coniectum recenſuit. Præter hos Eſaiam:
Danielem: & ferme prophetas omnes/ tanq̄ contemptores Dei/ tanq̄ ſeditio/

ſos iniquis circumuentos ſententijs. Hic etiam ſubiecit Suſannę iudicium: multo
rumq; præterea qui cum viri ſanctiſſimi extiſſent / iniuſtis tamen iudicijs perierũt.
Poſtea ad Ioannem baptiſtam: deinde ad ſaluatorẽ noſtrũ deſcendens / falſis teſti
bus / falſis iudicijs condẽnatos inquit oĩbus conſtare. Deinde Stephanũ a ſacer
dotum collegio interfectum: Apoſtolos aũt morti oĩes damnatos: non tanq̃ bo
nos / ſed ut ſeditioſos populorq; cõcitatores / contemptores deorũ / & malorũ operũ
effectores. Iniquũ eſſe damnari iniuſte ſacerdotẽ a ſacerdote: ac id factũ fuiſſe do
cuit iniquius a ſacerdotũ collegio. ac id quoq; exemplo probauit. Iniquiſſimũ uo
a concilio ſacerdotũ id etiã accidiſſe monſtrauit. Hęc diſerte & magna cum expe

Teſtiũ abie ctionẽ per ſuadere conatur.

ctatione omniũ diſſeruit. At cum oĩe cauſę pondus in teſtibus ſitũ eſſet: multis ra
tionibus docuit / nullã his teſtibus fidem adhibendã: pſertim cum non ex veritate /
ſed ex odio / maliuolentia / & inuidia oĩa dixiſſent. Tũm odij cauſas ita recitauit:
ut haud procul fuerit a perſuadendo. Ita erant veriſimilẽs: ut excepta fidei cauſa /
parua illis fides teſtimonijs adhibita eſſet. Cõmotę erant oĩm mentes: & ad miſeri
cordiam flectebant. Addiderat eñ ſe ſponte veniſſe ad conciliũ ad ſe purgandũ,
vitam ſuam / & ſtudia expoſuerat officij plena & virtutis. Dixerat hunc morẽ pri
ſcis doctiſſimis ac ſanctiſſimis viris fuiſſe: ut in rebus fidei inuicem ſentẽtijs diſcre
parent: non ad peſſundandã fidem / ſed ad veritatẽ fidei reperiendã. Ita Auguſti
num & Hieronymũ diſſenſiſſe: neq; ſolum in diuerſa ſenſiſſe / ſed in contraria nul
la hereſis ſuſpitione. Expectabant oĩes / ut vel ſe purgaret retractando obiecta /
vel erratorũ veniam poſtularet. At ille neq; ſe erraſſe aſſeuerans: neq; ſe retracta

Ioãnes hus

re velle aliorum crimina falſa. Tandem deſcendit in laudatõnem Ioãnis Hus, ad
ignem damnati: virum illum bonum / iuſtum / & ſanctũ appellans: & illa morte in
dignum: ſe quoq; paratũ quoduis ſupplıciũ adire forti animo ac conſtanti. Seq; ini
micis ſuis cedere / & teſtibus tam impudenter mentientib9: qui tamẽ quandoq; co
ram Deo quẽ fallere non poterant / eſſent rationẽ eorum quæ dixiſſent reddituri.
Magnus circumſtantiũ animi dolor. Cupiebant eñ virum tam egregiũ ſaluari ſi
bona mens affuiſſet. Ille aũt in ſentẽtia pſeuerans / mortẽ appetere videbat. Lau
danſq; Ioãnem Hus ait: nihil illum aduerſus eccleſię Dei ſtatum ſenſiſſe / ſed ad
uerſus abuſus clericorũ: aduerſus ſupbiam / faſtum / & pompam pręlatorũ. Nam
cum eccleſiarũ patrimonia deberent primũ pauperib9 / tum hoſpitibus / deinde ec
cleſiarum fabricis: indignũ illi bono viro videri / diſperdi illa meretricib9 / cõuiuijs /
equorum canumq; / cultui veſtimentorũ: & alijs rebus indignis religione Chriſti.

De ingenij excellentia Hierony.

Hoc autẽ maximi ingenij fuit / cum interrumperet ſepius oratio ſua varijs rumori
bus: laceſſeretq; a nõnullis eius ſentẽtias captantibus / neminẽ eorum intactũ reli
quit: pariterq; oĩes ulciſcens / vel erubeſcere coegit / vel tacere. Surgenti murmu
re ſilebat / turbam quandoq; increpans. Poſtea orationẽ proſequebat: orans atq;
obteſtans ut eum loqui paterent: cum ſe non eſſent amplius audituri. Nunq̃ ad

De memoria ſua.

hos rumores expauit / mente firma atq; intrepida. Illud vero admirabile memo
rię argumentũ: trecentis quadraginta diebus fuerat in fundo turris fetidę atq; ob
ſcurę: cuius aſperitatem ipſemet queſtus eſt: aſſerens ſe ut virum fortem decet / nõ
propterea ingemuiſſe: ingemiſcere q̃ ſe indigna perpeſſus eſſet: ſed admirari ho
minũ aduerſus ſe inhumanitatẽ. quo in loco nedum legendi / ſed ne videndi ullam
habuit facultatẽ. Mitto anxietatem mentis quo oportuit illũ quotidie agitari: quę
oẽm memoriã excutere debuiſſet. Tamẽ tot doctiſſimos & ſapiẽtiſſimos viros in
teſtes ſuarũ opinionũ allegauit: tot doctores eccl'iaſticos in mediũ protulit in ſentẽ
tiam ſuam: ut ſatis ſupq; ſatis fuiſſet / ſi toto hoc tempe ſũmo in ocio / ſũma ingẽte
ſapię ſtudijs operã dediſſet. Vox eius ſuauis / aperta / reſonans erat quadã cum di
gnitate oratorũ geſtus / vel ad indignatõem exprimendã / vl' ad cõmouendã com
miſerationẽ. quã tamẽ neq; poſtulabat: neq; cõſequi cupiebat. Stabat impauidus /

intrepidus: mortem non contemnens ſolum/ſed appetens. ut alterum Catonem dixiſſes. O virum dignum memoria hominũ ſempiterna. Non laudo ſi quid ad- uerſus eccleſię inſtituta ſentiebat: doctrinam admiror: rerum plurimarũ ſciẽtiam: eloquẽtiam: dicendi ſuauitatem: & argutiam reſpondendi. Sed vereor ne hæc oĩa in peſtem ſuam ſibi fuerant a natura conceſſa. Datum deinde ſpaciũ pœnitendi biduo: multi ad eum acceſſere viri eruditiſſimi/ ut ipm a ſententia ſua dimoueret. Inter quos Cardinalis florentinus eum adijt/ ut illum flecteret ad rectam viam. Sed cum ptinacius in erroribus pſeueraret: per conciliũ hæreſis damnatus eſt/ & igni combuſtus. Iocunda fronte & alacri vultu ad exitum ſuũ acceſſit. non ignem expauit: nõ tormenti genus/ non mortis. Nullus unq̃ ſtoicorũ tam conſtanti ani- mo/tam forti mortẽ perpeſſus/ q̃ iſte appetiſſe videt̃. Cum veniſſet ad locũ mor- tis/ ſeipm exuit veſtimentis. Tum procũbens flexis genibus/ veneratus palum ad quem ligatus fuit. Primũ funibus madentibus/ cum catena nudus ad palum conſtrictus fuit. Ligna deinde circumpoſita pectotenus nõ minuſcula/ ſed groſſa paleis interiectis. Tum flãma adhibita/ canere cæpit hymnũ quendam: quẽ fumus & ignis vix interrupit. Hoc maximum cõſtantis animi ſignum: cum lictor ignem poſt tergum ne id videret/ inijcere vellet. Huc inquit accede: & in conſpectu accen de ignem. Si eñ illum timuiſſem/ nunq̃ ad hũc locum quem fugiẽdi facultas erat acceſſiſſem. Hoc modo vir præter fidem egregius eſt cõſumptus. Vidi hunc exi- tum: ſingulos actus inſpexi. Siue perfidia/ ſiue pertinacia id egerit: certe ex philo- ſophię ſchola interitũ viri deſcripſiſſes. Longam tibi cantilenam narraui ocij cauſa nihil agens. Aliquid agere volui: & r q̃ tibi narrare paulũ ſimiles hiſtorijs priſco- rum. Nam neq̃ Mutius ille tam fidenti animo paſſus eſt membrũ uri/ q̃ iſte uni- uerſum corpus. Neq̃ Socrates tam ſponte venenũ bibit: ſicut iſte ignem ſuſcẽpit. Sed hæc ſatis. Parces verbis meis ſi longior fui: res tamen ampliorem narratõne poſcebat. Sed nolui eſſe nimium loquax. Vale mi iocundiſſime Leonarde.

Coſtnantia hieronymi

Mutius Socrates.

Poggius florentinus Guaurino Veronenſi S.D.P.

Dij malefaciant illis nequiſſimis tabellarijs/ qui tam male nobis ſatiſfaciũt in reddẽdis epiſtolis: & me priuant fructu litterarũ mearũ: & tibi adimunt volupta- tem quam pro tua in me ſolita beniuolentia permagnã ex his capere ſoles. Cæte- rum maximas ago tibi gratias pro libello quem ad me miſiſti: immẽſum quoddã tibi deberem ſi eſſem ducturus uxorem: ſed parua erat antea voluntas uxoris ca- piunde/ nunc nulla. Poſtq̃ video quot & quanta iudicio ſapientum requirat uxo- rum munus: quæ magis optari licet/ q̃ ea nos conſequi poſſe. Sed hæc ioco. Quũ primũ mihi redditus eſt liber: ita auide eum legi: ductus tum nouitate materiæ/ tum ordine & ſuauitate dicẽdi: ut uniuerſum tranſcurrerẽ uno die: poſtea v̾o ma- turius relegerim. Res qdem iocũda & ſuauis: & q̃ plurimis ornata exẽplis: ita v̾o in ordinẽ digeſta/ ut nihil ordinatius dici q̃at. Id aũt qđ me maxime mouet/ eſt gra- uitas dicendi quã aſſidue ſeruat. Videt̃ mihi Franciſcus Barbarus alterũ de Offi- cijs librũ cõſcripſiſſe/ ſed uxoris: ita ad unguem Ciceronẽ exprimit dicendo. Non ſum adulator ut noſti: quæ loquor proficiſcunt̃ ex animi ſententia. Cum ſumma eloquẽtia cõiuncta eſt dignitas quædã ſententiarũ/ quouis grauis grauiſſimo vi- ro digna. Horteris rogo Franciſcũ noſtrũ ad ſcribendũ. Nam mirabiles prę ſe fert primitias. Cõcius noſter librũ legit probatq̃. Deinde de ga[illegible]conibus diſſemina bo illum: vbi videro aliquẽ fructũ glorię & laudis Franciſco allaturũ. Accepi abs te præterea mi Guarine epl'am grandiuſculã: qua deſcribis elegantiſſime naualẽ victoriam/ quã ex nequiſſimis generis noſtri hoſtibus Veneti fuerũt egregia vir- tute cõſequuti. Eam vero epl'am quum mihi maiorem ĩmodum placeret/ pluribꝰ oſtendi: quibus viſum eſt ea a te luculenter magnificeq̃ narrari. Sed de his alias. Vale. Conſtantię pridie Kalẽ. Ianuarij.

Narratoria de varijs.

Poggius Florentinus Leonardo Aretino S.P.D.

Credo obliuione eſſe abs te factum / quo minus me certiorē feceris receſſus
tui:quem ita repentinū fuiſſe & incognitū mihi moleſtum ſane fuit. Cupiebā em̄
te deducere extra Vrbem ut moris eſt:tecumq́ꝫ colloqui de reſtituenda/ quod no
ſter Barbarus ſumme cupit/inter te & Nycholaum antiqua beniuolentia. Qui di
xerat ante pluribus verbis ſe id a te contendiſſe:verum reſpondiſſe te quidem:q
licet ad dignitatē tuam nōnihil conferre videaṫ:tamen obeſt ad reconciliationem
Pro recōci-liatōe ꝯſiliū plurimū.Non em̄ aut accuſatione/aut excuſatione opus eſt: ſed obliuione præte
ritorum.Deinde amicitia illa eſt introducenda:ut omne ſeminariū/ om̄is radix diſ
ſenſionū funditus vellaṫ ex animis.Præbe ergo te nobis cum cupimus/ & quē re
cepi te futurū.Memineris maioris eſſe animi obliuiſci iniurias/ꝙ ulciſci:neq́ꝫ quiq̄
eſſe tanti quod ſit amicitiæ anteferendū.Leuia ſunt ea quæ mihi extimare videris
& quæ plus tibi laudis afferent ſi cōtemnanṫ/ꝙ ſi aduertanṫ.Quę tecum egi ver
bis/iterum litteris repetam:eaq́ꝫ ut ꝙprimū cures volo.Primū.ut peruestiges quō
nō eximi poſſim a tributis/ea rōne quā tibi expoſui. Deinde:ut mittas ad me ope
ra Senecę:quibus ꝑmaxime indigeo:tum ad emendationē eoꝝ que ſcripta ſunt:
tum ad tranſcriptionem aliorum.Idq́ꝫ ut ꝙcitius efficias/ etiam atq́ꝫ etiam rogo,
Vale, Romæ.v.Kal.Octobris

Poggius Florentinus Ioāni Lamolę S.P.D.

Cum paucis ante diebus Romam reuertiſſem:abfuimus em̄ duobus menſi
bus ruſticandi cauſa:ac deinde ſcripta quędam quæ reliquerā ſuper menſa/ euol
uerem diligentius:incidi in epl'am tuam quæ mihi reddita fuerat paulo ante diſ
ceſſum meū.Et cum eam denuo legiſſem:ut tibi pro mea cōſuetudine reſponde
Nimis ſe laudatū in-cuſat. rem:erubui profecto:aduertens quantis mendacijs epl'am referſiſſes.Totus em̄ oc
cuparis in me ornādo:ſcribens multa ac ſi me nunq́ꝫ vidiſſes:q̄ & tu perſpicere po
tuiſti:& egomet ſcio quantū ſunt a me aliena.Sed ut hodie Romani dicere ſolent/
cū quis eos præter modū laudat:ꝙuis te plane mentiri ſciam/inquiūt:cum me tu
laudes/tuę delectant,Ita quoq́ꝫ oblectauit ſuauitas ſermonis tui:cōſiderantē non
ꝙ vera eſſent quæ ſcribis/ſed ꝙ venuſte ornateq́ꝫ a te dicerenṫ: ut veriſimilia poſ
ſint videri/& ſi procul abſint a veritate.Quid vero ad ea reſcribam nil ſane occur
rit:niſi me extimaturū fuiſſe/ridendi Poggij cauſa tam copioſas a te litteras confe
ctas :niſi ab eo ſcriberenṫ quem non dubito eſſe amantiſſimū mei.Hortor igitur
te:ut omittas deinceps hoc litterarū genus:quod qui utunṫ/adulatores qui liben
de ſe audiunt/impudentes videri poſſunt. Semper id ſcribas quod ſentis:neq́ꝫ te
longius amor peruehat ꝙ veritas.Neq́ꝫ quantū dicendo queas cōſideres:ſed quā
tum poſtulet cauſa pro qua es dicturus . Q. ſi quempiā gratia ingenij exercendi
vis laudare:eum tibi aſſume quem ornare/non vitupare videaris.Ego aūt te dili
go & ingeniū tuum:mores vero etiam amo, Atq́ꝫ ut verbis tibi coram ſum polli
citus:& littetis abſens recipio:me tuum eſſe / quo pro facultatibus utaris, Volo
Panormitam meis verbis ſaluta. Vale.Romę.vij.Kal. Octobris.

Poggius Florentinus Franciſco Mareſcalco Ferrarien̄. S.P.D.

Cum Scipione noſtro Ferrarien̄.quem non ſolum diligo / ſed etiam amo pro
pter ſuam humanitatem & doctrinam / eſt mihi frequens & iocunda cōſuetudo.
Sumus ſæpius vna cōfabulantes varijs de rebus:ut ſit aliqn̄ inter ocioſos. Sæpiſſi
me ṽo/cum ipē ſit vir eruditiſſimus/incidit inter nos ſermo de viris doctis & elo
quentibus:inter quos te unum eſſe aſſeuerat.Aſſeritq́ꝫ te nō ſolum litteris deditū/
quod ipm̄ magni eſt ęſtimandū:ſed quod plurimi facio/ſuauiſſimis moribꝫ & vir
tutibus præditum.Quod mihi admodū placet/teſtaṫ inter cætera te amantiſſimū
mei.Quare ſum eq̄dem maiorē in modū delectatus.Nihil eſt mi Franciſce/quod
magis appetam:in quo magis conſoler ; ꝙ habere ꝙplures mihi beniuolentia &

charitate cõiunctos. Etem̃ ut ſcis: iocunda atq; opulenta poſſeſſio/ diligi a multis
& charum haberi: ab his p̄ſertim qui & ipſi digni ſunt ut diligant̃ propter ſuam vir
tutem. Complector itaq; toto animo & pectore/ ut aiunt / propẽſum tuum erga
me amorem: quem mihi & voluptati & ornamento exiſtimem eſſe futurũ. Hoc
ſcias volo: me tuum eſſe: daturũq; operam: ut quod tua ſponte cępiſti / nullo meo
in te officio adductus/ deinceps mea in te obſeruantia/ ne dicam merito ſis factu-
rus. Vale. & me ama. Floren. prima Kalen̄. Aprilis.

Poggius florentinus Coſmæ de Medicis S.D.P.

Hieronymũ de Bardis dilexi ſemp̄ ut filium: tum ꝓpter nos/ tum quia viſus eſt
mihi bene agendi. Humaniſſimus quippe eſt adoleſcẽs & bonę indolis. Ip̄e eſt mi-
hi teſtis: me ſemper exhortatũ eſſe eum ad honeſtatẽ & virtutem: neq; pepercíſſe
obiurgationi: etiam ſi qñando ut adoleſcentes ſolent/ lapſus eſt in rebus leuiuſcu-
lis. Sentio autem nunc eum incidiſſe nuper in errorem quendã/ ſi ad ætatem refe- Pro lapſo
ras grauem: ſi ad rem/ nõ magni extimandũ: preſertim cum error fuerit / nõ vitiũ. intercedit
Qui tñ ne in mores tranſeat/ v̄bis caſtigãdus eſt: ſed ita/ ut odio criminis melior fi-
at. Video eum pœnitere errati ſui: faterîq; ingenue culpã/ & caſtigatione dignum
profiteri: quę ſunt optima pudẽtis animi ſigna/ & errore ſuo dolentis. Ego illũ ob-
iurgaui vęhemẽtius. Non diſſimulat erratũ: neq; excuſat excuſatõem peccati / ſed
ſigna pœnitẽtis oſtendit: aſſerens emendaturũ ſe delictũ ſuũ: tibiq; & famę ſuę ſa
tiſfacturũ. Non cõmendo eum tibi: neq; em̃ eſt opus/ ſed rogo: ne aſp̄a nimis cen-
ſura in eum utaris. Itaq; aĩaduertas hanc culpam ut emẽdatior fiat. Om̃is em̃ pœ-
na ad utilitatẽ delinquentiũ cõſtituta eſt. Labunt̃ etiam ut ſcis firmiores / & ætatẽ
matura: ut ignoſcendũ ſit ętati tenerę/ ſi ulterius non progrediat̃ culpa. Credo te re
cte facturũ ſi ei remiſeris: ne hac ĩfamia recepta tanq; pro malo repulſus/ infirmos
mores ad peiora cõſilia conuertat. Qui em̃ non ex malicia/ ſed imbecillitate labũ-
tur: erigendi ac ſubleuandi ſunt/ non propellendi aut deijciendi. Sed nimis multa/
tibi præſertim qui es omniũ ſapiẽtiſſimus/ hæc motus charitate ſcripſi: quæ velu-
ti a Poggio in bonam partem accipias/ volo. Vale.

Poggius florentinus Guarino Veronenſi S.D.P.

Philippus tuus archipreſbyter Veronenſis reddidit mihi a te litteras: quæ fue-
runt mihi admodũ gratę. Lectis litteris/ pollicitus ſum ei: non rem unam aut alte-
ram/ ſed quicqd in me erat auxilij & conſilij: meq; ſociũ ad viſendas reliquias Vr-
bis/ ſi id vellet obtuli. & ſimul rogaui: ut cum redire vellet/ dignaretur ad me veni
re/ ut afferret ad te litteras meas. Sed homo ut ſolent locupletes & rerũ abundan- Silentij ex-
tes/ qui non aduertũt paruula: itidem cum vidiſſet Principes ac ſatrapas noſtros: cuſatio
obumbratus magnitudine cæterorũ/ oblitus eſt Poggij. viſum eſt forſan ei me nõ
eſſe illum quẽ putabat. Ita abijt ſine reſpõſione. Sed in hoc parua eſt iactura. Hoc
ideo ſcripſi: ut nullam in me negligentiã videas reſcribẽdi. Excuſatione taciturni-
tatis non eſt opus. Nam eadem quoq; eſt in me culpa. Sed maluimus officio litte
rarũ uti/ q̃ defenſione ſilentij. Petiui de te/ deq; tuis diligenter: qbus bene eſſe ſum-
mę eſt mihi voluptati. Notũ fac mihi quid agis eorũ quę ſpectãt ad noſtra ſtudia:
ſi quid ſcribis: ſi qd meditaris. Ego em̃ obmutui: licet aliqñ vox reſtituet̃. Nam bar
barum noſtrũ audio ita diſtrahi occupationibus publicis: ut difficile ſit illi ſcriptio
ni opam dare. Sopiunt̃ muſę noſtrę/ niſi excitetis eas vos: quib9 & ocij ſatis eſt / &
plurimũ facultatis. Ordire igitur aliquid: aut ſi iam egiſti: facito me p̄ticipem nõ ſo
lum actionis/ ſed recogitatõis tuę. Alexander qdem Veronẽſis/ qui ſacerdos eſt/
& mihi admodũ familiaris: utitur domo mea & rebus oĩbus ut ſuis. Ego eũ quia
obſequentiſſimũ cognoui hoĩem & obſeruantẽ mei / valde diligo. Vide quid ex
his v̄bis cõficere volo: eum eſſe ſcȝ virum bonũ/ hac vulgari cũ nota qua hoĩes bo
ni dicunt̃. Scis em̃ malos mihi non placere. Intellige quid dicam. Non accipias hoc



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Seneca. ut dicit Seneca. Qui malos odit/ omes odit. Oms em mali ſumus, Sed hos malos
deſigno/ qui facinoroſi & aperte ſunt mali, cũ his mihi nulla eſt cõicatio. Hunc au
tem Alexandrũ ita bonum appello: ut nullũ malũ facinus/ nullũ ſcelus/ nullã frau
dem de eo audierim, Hæc ob eam rem ſcribo/ ut teſtimonio meo eum excuſes/ ſi
qui de illo obloquerent. Nam pridie mihi retulit ſcriptũ eſſe ſibi: dici a quibuſdã/ in
domo Epi eum hic manere: neſcio cuius fœminę cauſa, Hoc falſum eſt. Nam no
ui hũc ſatis recte/ & vitã ſuã. Non dico eum nõ eſſe amicũ/ dimona Catherina diri
uer; ſed caute/ & ita ut ego cæteriq; qui pudorẽ ſeruãt / & vitãt turpitudinẽ. Vale.

Poggius florentinus reuerendiſſimo domino Iuliano
Cardinali ſancti Angeli legato per Germaniã S.D.P.

Doleo pater optime/ hanc expeditõem Germanicã in tanto labore/ tanto ſuo
ſtudio cõflatam/ tam ridiculũ/ tam turpem exitũ habuiſſe. Mirum eſt audire tan
ta vecordia eam gentem cõfectam fuiſſe: ut ne hoſte quidem cõſpecto / tanq̃ le
pores effugierũt ad inanem aurę cõmotionẽ. Sed in cõmuni dolore hæc cõſolor;
me hæc futura non prępidiſſe ſolum/ ſed p̃ſenti quoq; tibi denũciaſſe. Cum tu me
deridens dicebas: me non poſſe errare/ ſi quid mali euenturũ p̃dicerem: ut eiuſmo
di vates ut plurimũ ſolerent eſſe veredici. Ego vero non diuinatione utebar/ ſed
certiſſima quadã cõiectura: qua pręteritis cõnectens p̃ſentia/ cauſaſq; rerũ & prin
cipia recordans/ veluti oculis videre videbar neſcio quam futuram pręgrandem
tempeſtatem. Ea aũt quotidie accidunt/ ut magis in ea opinione cõfirmer. Video

De deſola- quædã veluti pręſagia timoris mei. Solebant eſſe in pplo Chriſtiano tum Reges/
ta ecclię rui- tum principes: quorũ viribus freta eccl'ia ſe tuebat aduerſus malignantes. Et licet
na. multis iactaret fluctibus: ſemp tamẽ aliquẽ portum nacta eſt: in quo acquieſceret
tuta a turbinibus ventorũ. Nunc aũt quem dabis ad quẽ confugiat: ut non tanq̃
ad ſcopulũ allidat? Cõmunis quaſi inſania omes pſuaſit: ut gaudeant aduerſitatibꝫ
noſtris: & mala inſup imprecent. Nos vero ſperemus bonam fortunã; aduerſa ſi
acciderit modice feramus. Ego ita me cõparo: ut quicqd tempa tulerint/ in bonam
partem accipiam. Neq; ita me dabo rebus exteris / ut in me multũ poſſit fortuna.
Nam ut nũc meę quidẽ res ſunt: eſt ut non timeã impetũ eius: cuius eſt maxime ve
luti fulgura ſolent eminẽtiora q̃tere ac diſſipare, Sed tamẽ quicqd ea moliat: ſapiẽ
tiſſimũ erit non multũ cõmoueri aĩo: neq; in cõmuni calamitate/ præter priuatam
portiunculã cõturbari, Sed oremus Deum ut auferat facultatẽ experiẽdi hinc no
ſtram ſapiam. Neſcio em ſi quã ſcribendo oſtentamus fortitudinẽ/ eam ferendo
rep̃ſentaremus, Audio te cõuocaſſe hoĩes ad conciliũ/ multoſq; cõuenire. Laudo
prudentiã tuam: qui poſtq; arma non ſucceſſere/ cõfugis ad conſilia ſacerdotũ: in
q̃bus ꝓpter vitę integritatẽ/ propterq; huius extinguẽdę peſtis cupiditatẽ magna

germanos ſpes habenda eſt. Vaſa vinaria ad paſtum & ſomniũ nata, Fuit aliqñ bellicoſa ger
vinoſos manica natio: nunc pro armis vino pugnant & crapula: tantũq; habent viriũ/ quã
tum vini poſſunt cape. Qd' ubi deficit/ & aĩo deficiant neceſſe eſt. Itaq; exiſtimo
potus inopiã/ non hoſtiũ quos ne vidiſtis quidẽ formidinẽ ad tam ꝓbroſam fugã
eos cõpuliſſe. Tu vero putabas ſobrietate pugnãdũ eſſe. Sed ſi hæc expeditio de
nuo ineũda eſſet: exiſtio te ſentẽtiã mutaturũ: putaturũq; maximã vini copiã plu

Ennius. rimũ in bello poſſe. Nam ſi priſci ferũt: Enniũ poetam nunq; niſi potum ad arma
dicenda acceſſiſſe: certe ad ferenda tractandaq; arma/ multa potatione vini opus
eſſe fateri optet: cum mlto maius exiſtat bellũ gerere/ q̃ deſcribere. Et fortaſſis nõ
nulla culpa apud te fuit: qui cæteros ex moribus tuis exiſtimaſti. Quod ne iterum
in concilio tibi accidat prouide: & verborũ meorũ fac memineris / quibus tecum
uſus ſum anteq; abires. Inijce aliquã offulam faucibus: quã non facile deglutiant.
Sed ſatis iocorũ in rebus p̃ſertim turbidis, Nos hic pace fruimur. Curia tenuis eſt
& exilis. Hoc & bello accidit/ & morbo Põtificis nimis lõgo: & multo magis q̃ ex

pediat nobis. Sed in diem meliuſcule ſe habet. Scripſi ad Angelotũ Cardinalẽ ſan
cti Marci ep̄ſam quandã: quam te quoq; volo legere. Eam ad te mitto. nam in ea
ſunt nõnulla quæ ad plures ptineant: non propter eloquentiã quæ arida eſt & ſic
ca/ ſed ut aduocem te paululũ a conuocatione concilij. Vale. & me ama.

Poggius florentinus archiep̄o Cæſarauguſtano S.D.P.

Cum primũ te vidi Gebennis olim pſtantiſſime pater: dum ibi Romanus pon
tifex eſſet: cognouiq; excellentẽ in om̃i lr̃arum genere doctrinã tuam: dicaui me
totum tibi: non qdem ſpe aliqua premij ut multi ſolent cõmotus: ſed egregia ani-
mi virtute/ quam in te eſſe intelligebã cum ſumma humanitate cõiunctam. Equi
dem dilexerã antea abſentẽ tuam probitatẽ fama & v̄bis cognitam mihi. Poſtea
vero q̄ te pſentem cõſpexi: & ſimul perſpexi mores tuos/ ſuauitatem ſermonis/ vi
teq; integritatẽ/ & ꝙ plurimũ valuit ad beniuolentiã cõciliandã: ſenſi te plurimũ de
lectari eiſdẽa quibus ego non eram penitus alienus/ ſtudijs humanitatis. Ita uni-
ce amare te cœpi: ut nihil fere ad meũ in te amorem addi poſſe videret̃. Nam licȝ
homo ſim paulo indoctior: cõplector eos tamẽ animo/ in quibus aliqd' ſpecimen
aut ſapientię/ aut v̄tutis eluceat. Magna eſt nimiũ profecto bonorũ & ſapientiũ
virorum inopia: quos ſi quãdo/ qd' tamen raro accidit/ inter mortales apparet̃/ ma
xime venerari & colere debemus. Hoc egerrime tuli: ꝙ non licuit mihi frui diuti
us exoptatiſſima cõſuetudine tua. Ita eñ tempa tulerunt: ut cum primũ pontifex
Mantuam veniſſet/ ego ſubito me in Angliam cõferrem. Atq; ita de repente: ut
neq; tui qd' pręcipue cupiebã/ neq; alterius amici cõueniendi fuerit ulla facultas.
Longo vero interuallo poſt redij ad Curiam: & ſepius de te percũctatus ſum eos
qui a vobis huc accedebant. cui cum bene eſſe audirem: ſummaq; in te dignitate
verſari: gaudebã profecto tui cauſa: referens memoriã ad ea tempa quibus tecũ
familiarius loqui ſolitus eram. Subijt ſæpe animus ad te ſcribendi aliquid dignũ
tua priſtina in me beniuolentia: ſed cupiditatẽ meam ſupauit pudor quidẽ ruſti-
canus: verentẽ ne longa admodũ tum locorũ/ tum vero temporũ intercapedo ex
animo tuo Poggij memoriã oẽm excuſſiſſet. Solent tam magni viri facillime ob-
liuiſci inferiorũ/ quorũ opera non utunt̃. At vero nunc mecũ ipe conſiderans/ quẽ
pudorem ſupius appellaui/ ignauiã videri poſſe ſi perpetuo ſilerem: ſtatui poſtq̄
verbis/ qd' mihi iocundiſſimũ fuiſſet nequeo: at ſaltem litteris qd' datur tecum lo-
qui. Qd' ut maturius facerem/ tum Angelus de firmo impulit: tum aũt maxime
libellus quidã a me contra auariciã editus cohortatus eſt. Quem ad te mitto: ut ſi [Libr⁊ cõtra auariciam mittit.]
quid offenſionis apud te meum ſilentiũ cõtraxit: is pro patrono intercedat penes
tuam humanitatẽ: teq; mihi eundem reſtituat qui dudum eſſe cõſueueras: hoc eſt
mei cupidiſſimũ atq; amantiſſimũ. Neſcio tamẽ an tibi videbit̃ vel dignus/ qui le-
gi mereat̃ a viro omniũ doctiſſimo occupatiſſimoq; maioribus in rebus: vl' tanti/
ut interceſſoris officio fungi poſſe videat̃. Vtrũq; tamẽ ſis iudicaturus: oro libellũ
legas cum tibi ocium ſupeſt: nec eum pluris facias q̄ meret̃. Licet eñ res ſit haud
magno extimanda: malui tamen ut inſcitiam ſeu ſtulticiam meam/ potius q̄ deſi-
diam crimineris. Vale. meq; ut ſolebas ama velim. Rome.

Poggius florentinus D. Cancellario Senenſi S.D.P.

Chariſſime pater/ vellem alia ex cauſa initium mearũ ad te lr̃arum profecto/
aliamq; ad te ſcribendi datam eſſe facultatem/ q̄ calamitatẽ & miſeriam hoĩs in-
digni hac tanta fortunę iniquitate: qui cum agrũ meũ coleret/ mihiq; eſſet chariſſi-
mus: nup direpta/ incenſa/ euerſa patria/ amiſſis rebus oĩbus/ cum uxore afflicta/
miſerrimis liberis/ in ptãtem hoſtiũ venit: & Senis cum aduleſcẽtulo filio in duriſ-
ſimis vinculis detinet̃. Alter quinq; annos natus/ neſcitur aliq̃ ne clade aſſumptus/
an viuus ſit. Quid ad hanc flebilem conditionẽ addi acerbitatis poteſt? Vtinã hæc
mala in auctores redirent. Sed miſeri atq; inopes ruſtici aliorũ pœnas luunt. Im-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pro captiuorum redemptiõe.

pedior non ſolum dolore/ſed & lachrymis ne ſim longior:referens mẽtem ad eo
rum pro quibus intercedo iniquam vicem. Verſatur ẽm ante oculos cõfecti moe
roris parentis ingens moeror/afflictę uxoris turpis ſqualor/moeſtus luctus filij ine
foelicis:quibus nihil præter turpem & odioſam vitam reliqui ſupereſt. Parenti de
cem/filio quadraginta florenorũ redemptionem aſcripſere/ grauem & ſupra vi
res eorum:quorum calamitati nulla niſi ſpirandi / flendiq; ac plangendi facultatẽ
crudelitas militum reliquit. Et niſi aliquorũ miſericordia eis opituletur / in carcere
& cõpedibus miſere pereant licebit. Hos tibi maiorem ĩmodum cõmendo tanq̃
ipm me. Si quid mihi pro cõiunctione cõmuniũ ſtudiorũ/quæ plurimũ valere co
ſueuit:ſi quid mihi gratum ex tua humanitate/ aut acceptũ cupis facere:rogo obe
teſtorq;:ut in his liberandis elabores : agaſq; ut q̃ minimo redimanẽ. Si quid meę
preces apud te valent:ſi quid te pietas mouet / etiam atq; etiam oro:ut horũ miſer
rimorũ curam ſuſcipias ; efficiaſq;:ut bonis omĩbus euerſi/ſumma inopia ac men
dicitate oppſſi/tua ope atq; opa extremã ſortem euadant:ne in vinculis viles ani
mas exhalent. Id facile conſequenẽ/ſi egeris ut paruo redimanẽ: & id parum quic
quid futurũ ſit/a me proficiſcaẽ oportet. Aſſume ad hanc rem tecum ſi opus fue
rit dñm Petrum:quem confido tibi affuturũ/cum me diligat. A te peto ut mihi re
ſpondeas quid agere hac in re poſſis:vel potius quid egeris. Scio te ẽm poſſe:vel
le non diffido. Sed feſtinatione opus eſt:ne illi trahendo tps male crucienẽ. Vale.

Poggius florentinus Coſmæ de Medicis S.D.P.

Conſolatoria pulchra

Quamuis hic tuus grauiſſimus caſus maior ſit q̃ ut verbis cõſolari poſſit/ ho
minis præſertim imprudentis atq; indocti:tamẽ amor in te meus ſingularis requi
rit:ut etiam ſi mea culpa id qđ cupio minus fuerim cõſecutus:malui tamẽ culpari
abs te imbecillitatẽ ingenij/q̃ amicitię officiũ requiri. Cum audierim ſæpius: par
ua quædã momenta quandoq; ad res maximas plurimũ cõtuliſſe. Non ſum diffi
ſus animo:quicquid id futurũ ſit qđ a me proficiſceẽ: & ſi non leuationẽ moleſtia
rum/at ſaltem legendo conſolatõem tibi aliquã allaturum. Accepiſti obſcoenam
fortunę inquitatem ( hanc ẽm culpari impune licet ) grauem iacturam dignitatis
tuę : qua in re licet ea ſapientia atq; animi virtute te ſemp præditũ eſſe pſpexerim:
ut quę cæteri grauiter & inique ferunt/tibi ob ſingularem animi magnitudinẽ le
uia viderenẽ:tamen ex tanta rerum cõmutatione vereor: ne ut homines ſolent/
maiori aliqua ęgritudine cõmouearis. Itaq; ſi adhibes nobis animũ conſtantẽ &
excelſum/atq; huiuſmõi fortunę tela deſpicientẽ:ſi plus roboris in ṽtutis pſidio/
q̃ in bonis fortuitis cõſtituiſti:ſicq; ea non pluris exiſtimas/q̃ quanti ſint a viris ſa
pientibus iudicanda:gratulor admodũ tibi : qui ea ſapientia exiſtis ut aliena non
egeas conſolatione. Sin vero quoniã te natura hominẽ genuit:pluſculũ te contur
bant hæ ſubitę rerum ac temporũ varietates / tẽpeſtateſq; fluctuum: quibus etiã
quandoq; viri clariſſimi ſuccubuerunt: in aciem tibi rationis eſt confugiendum/
extimanti in primis:nihil tibi qđ quidem tuum dici poſſit eſſe ſublatum. Nam di
gnitates/imperia/honores/diuitię/opes/valitudo ſunt eiuſmõi:ut in ea & vis for

virtutes ab omĩ iniuria liberas eſſe

tunę/& inimicorũ impetus plurimũ poſſit. At vero prudentia/magnitudo/ animi
conſtantia/probitas/virtus/fides quoniã noſtri iuris ſunt:noſtroq; opere/ nõ alie
no beneficio nobis tribuunẽ:nullam externam ſuſcipiunt iniuriã : neq; ullo infor
tunio labefactanẽ. quæ quoniã tu te tibi tanq̃ tutiſſima ac firmiſſima contra omĩs
aduerſos caſus adiumẽta preparaſti: magis tuis bonis te lętari decet / q̃ alienam in
iuria dolere. Neq; vero te ex eorum numero eſſe nouimus/ qui totus pẽderes ex
beneficio fortunę. Quæ q̃uis plurima in te ſua indulgentia cõtulerit: & neſcio an
tantũ hoc tempe in quempiã noſtrę ciuitatis virum. cum multo maiora atq; ampli
ora ſint extimanda quæ tibi egregia virtute animi comparaſti : in quibus nullum
ius/nullam auctoritatem ſibi vendicari poſſit temeritas / aut libido fortunę. Tu

publicis in rebus deliberandi prudentiā cum agendi ſollertia coniungens: ea vitę
integritate/ea fide ſemp̄ fuiſti: ut nihil præter honorem & gloriam domum referſ-
res. Quod idem ſi om̄es facerent/tranquilliori rerum ſtatu noſtra res publica ute-
retur. Tu pietatem in patriam/liberalitatem in amicos/in om̄es beniuolentiā ex-
hibuiſti. Tu egenorum pręſidium/opp̄ſſorum refugium extitiſti. Tu doctorū vi-
rorum fautor & ſubleuator fuiſti. Tu muneribus fortunę ea moderatiōe/ea mo-
deſtia/humanitate uſus es: ut non illius officia in te collocata/ſed virtuti & meritis
attributa viderent̄. Pretereo ſtudia lr̄arum: quibus ab ineunte ætate deditus/ma-
gnum decus atq; ornamentū doctis viris attuliſti. Qui cum propter rerum graui-
tatem/quā tibi res publica imponebat/lectioni cōtinue vacare non poſſes: at ſal-
tem eruditiſſimoꝝ virorū vocibꝫ/quibus domus tua referta erat: aures tuę recre-
abant̄. Audiebaſq; p̄cepta atq; inſtituta ſapientū: quibus domi foriſq; obtempera-
res. Permagna ſolet eſſe cōſolatio in aduerſis/cōfirmatioq; mœrentis animi: recte
factorū dictorūq; cōſcientia. Bene em̄ ſenſiſſe: tum publice/tum priuatim honeſta-
tem ſeruaſſe: reipublicę recte atq; ex eius cōmodo conſuluiſſe: in ea adminiſtran-
da fidem ac pietatem pręſtitiſſe: amicos conſilio/egentes opibus iuuiſſe: nocuiſſe
nemini/ne iniuria quidē prouocatū: magnum præſidiū afferre debent ad ferēdos
modice fortuitos caſus. Hæc animū fortem atq; inuictum reddere/ferre mœro-
rem/conſolari in aduerſis ſolent. Hæc veram & ſolidam in ſe cōtinent dignitatem.
Hæc te egregium virum & ſummū ciuem conſtituerūt. Hæc tibi ſummā laudem
& imortalem glīam attulerunt. Hęc te quocūq; ieris proſequent̄: & fortunę donis
& om̄ibus vulgi fauoribus anteferēda. Atq; harū rerum quidē poſſeſſio: q̄n qui-
dem ita tua propria exiſtit: ut neq; viuo/neq; mortuo quidē auferri queat. Erecto
atq; excelſo aīo eſſe debes: tam amplo/tamq; ornato cōſcientię ſpectaculo cōten-
tus. Quid em̄ eſt aliud in quo vere gloriari poſſumus: niſi in his quæ nobis virtu-
tum ſtudijs cōparauimus? Noſtra em̄ iſta ſunt: noſtro ope/cura & vigilijs parta:
quę aduerſum fortunę impetū ferre leuiter ſecundū curſum moderate docēt. Cū
igitur habeas veluti certam atq; incōcuſſam ſedem in qua tua mens poſſit cōſiſte-
re ingens vię virtutis & conſciētię theatrū: referas animū volo ad ea quę tecū ex-
tuliſti: liberalitatem/prudentiam/grauitatem/honeſta conſilia/rectum conſilium/
optimi ciuis nomen/patrię ciuitatem: cui cum ſemp̄ ope & conſilio ſubueniſſes:
tum vero hoc turbulento motu/pietatem erga illam inſignem atq; egregiam de-
monſtraſti. Quid loquar de ſtudijs humanitatis: quę maxime eſſe adiumēto ſolēt
ad leuandas ęgritudines animi: atq; ad corroborandā mentem/vel exemplis/vel
ſanctiſſimoꝝ virorū auctoritate? Scis em̄ diſputari ab eis/extra oēm fortunā eſſe
animū ſapientis: qui cum liber ſit/nulla in eum vis externa deſcēdit. Virtutē vero
ſummū bonū eſſe. Reliq̄ proinde haberi utq; eius ſit animus qui illis utitur. Sed
nolo te ex illo ſapientū eſſe numero/qui aut nuſq̄/aut raro reperti ſunt: tm̄ te req̄-
ro: ut te unum pręſtes nobis ex eis qui ſecūdum cōem hominū vitam habent̄ ſapi-
entes: conſidereſq; in primis: q̄tenus fortuna exercuerit in te principatū ſuū. Si em̄
ſemota ęgritudine mentis/diſcutere tecū ipſe volueris: quid illa abſtulerit: quidue
reliquerit tibi: cōperies parū quid nocuiſſe: aut potius profuiſſe. Abſtulit uſum
patrię: quam tu pe ſponte ſæpius reliquiſti. At reddidit libertatem/qua ne tum
eądem fruebaris cum liberrimus omniū viderere. Abſtulit inanē quandā digni-
tatis ſpeciem/ac popularem extimatōem vulgi: qui ſemp̄ miſerrimū quenq; fœli-
ciſſimū putat. At reliquit liberos: coniugem: diuitias: ſoſpitatem: exoptatiſſimū fra-
trem: quæ tibi gratiora eſſe debent q̄ illa quæ ademit acerba. Abſtulit neſcio quā
ciuilem pompam/& ſtatum popularem plenum moleſtijs/laboribus/inuidia/vi-
gilijs/& continuis curis. At ea multi viri prudentiſſimi cōtempſerūt. Harū rerum
amiſſio illis debet videri grauis/quibus bona eſt: quiue ex eis queſtum facere co-

Ad ferēdos fortunę caſus.

nantur. At tibi cui ultro propter labores oblata damno atq; impedimento erant:
minime debet eſſe moleſtum: priuari his rebus/quas nulla cupiditate tenebas: nul
la ambitione aſſequebaris. Nam magis ſubleuandę patrię gratia a te publica mu
nera ſuſcipiebant: q̃ aut honoris cauſa: aut ſpe commodi cōſequendi. Adde q̃ in
veram libertatem te fortuna reſtituit: cum antea premereris iniqua & miſerrima
ſeruitute. non dormire/non vigilare/non edere/non deambulare/nō rei priuatę/
non amicis operam dare: non vacare animo: non tibiipſi vel parum indulgere con
cedebat. Ad nutum aliorum viuendū erat: quid quiſq; diceret/ quid ſentiret aīad
uertendum. Indulgendū multis prætervoluntatem: ne dicam ęquitatem: plura
ſimulanda ac diſſimulāda. Vindicauit te ergo in libertatem cōmutatio hęc fortu
nę: quę haud ſcio an ultro tibi fuerit exoptanda. Primū ut libero arbitrio potireris.
Deinde ut amicorum fidem/ vel potius perfidiam experireris nōnullorū: quibus
quantū credendū/ quantū fidendum eſſet fortunæ eī bñficio cōſecutus. Tum autē
maxime ut eluceret virtus animi: quę plurimū probari & pſpici in aduerſis cōſue
uit. Viderant oīes quanta humanitate/ facilitate/ clæmentia/ æquitate/ modeſtia
tuleras ſecundā fortunā: in qua etiam ſapientiores plerūq; prolabunt̃. Viderant ni
hilo te propterea elatiorem/ aut impotentiorē factum: ſed parem infimis & æquo

In fortunā conſolatur.

iure viuentem. Danda ergo tibi fuit tanq̃ paleſtra fortuita quędam colluctatio:
in qua robur animi expertus oſtenderes: etiam te per aduerſam tempeſtatem in
tranquillum portum poſſe conſcendere. Multi ſecundū vitę curſum ſumma cum
moderatione tulerunt: at iidem reflante vento debilitant̃ animo/ atq; frangunt̃.
Alii aduerſis in rebꝰ fortes & clari viri euaſerunt: qui iidem in ſecūdis diffluunt: &
ultra q̃ ratio poſtulet elati fortunę fauoribus prouehunt̃. Te vero neq; proſperis
rebus inflatum/ aut ſupbientem vidimus: neq; cōtrariis remiſſum/ aut abiectum:
ſed eadem æquitate & volens & animo utramq; tuliſſe fortunam. Illa vero cogi
tatio precipuam vim habere poteſt ad te confirmandū. Neq; primū extitiſſe: neq;
poſtremum fore: qui bene meritus de patria ciuis fuerit expulſus. Habes refertos
hiſtoricorum libros eorum exemplis quos excellentes ac ſingulares viros inique
mulctauit ſua res publica: cum ob res geſtas ſumma pręmia mererentur. Accidit
enim: ut qui alienę virtutis ſplendorem pati non poſſunt/ ne cōſpicere quidem ve
lint. Comes quippe laudis & glorię habetur inuidia: quæ eos ſemper torquet qui
ad eandem honoris amplitudinem accedere non valent: ut quos virtute imitari
nequeunt/ obtrectatione conent̃ ac maliuolentia inſectari. Quo fit: ut pauciſſimi
prestantes in re publica viri effugiant ciuilium fluctuum tempeſtates. Nolo inſi
ſtere domeſticis exemplis: ne quam offenſionem contrahat oratio. Attamē ſi quis
pręterita tempora ſcrutet̃ diligenter: inueniet plures egregios ciues inuidia & con
tentione ciuili magis q̃ culpa/ e ſuis ciuitatibus fuiſſe eiectos. Sed non fuit noſtrę ſo
lum ciuitatis hæc labes & ignominia: verum aliarum quoq;: quarum facta ſum
mopere admiramur. Res publica Romana (ut de Græcis ſileam ac Barbaris)
etiam tunc cum omniū virtutum genere florentem annales deſcribunt/ hoc mor
bo ęgritudinis laborauit. Referam paucos quo ſermo effugiat ſatietatem. Non tu

Proſcripti Romani.

lit ſua ætas/ neq; virtute/ neq; probitate/ neq; rebus geſtis Furio Camillo ſuperio
rem: hic tamen tribunorū & plębis iniquitate pulſus/ in exilium abiit: & quidem
eo tempore quo maxime patria ſuo exilio egebat. Quid egerit ſuperior Aphrica
nus in patria ex faucibus Hannibalis liberanda: qua fuerit animi moderatione:
qua continentia & morum grauitate vixerit/ non eſt ignotum tibi: hunc tamen tri
bunorū inſania exulare coegit. P. Rutilius integerrimus vir fuit/ ac ſanctiſſimus:
quem quia iuſtior videretur q̃ vulgi opinio ferret/ urbe eiecerunt. Cuius in hoc
pręcipue claruit virtutis ſplendor: q cum ei per Sillanam victoriam liceret in pa
triam redire/ perpetuū ſibi exilium elegit: recuſans in eam urbem reuerti in qua

plus arma/ ꝙ leges valerent. Nequitia Clodij cōſeruatorem patrię expulit Marcum Tullium Ciceronem: quem poſtea gloriari ſolitum accepimus: ſe Italiæ humeris in patriam reportatum. Q: plures præterea hiſtorię memorant ſummos ac clariſſimos viros ſimilem exitium ſortitos. Sed hos quattuor tm̄ retuli/ ne mireris caſum tuum: cum videas tot patrię conſeruatores/ talia ſuorum meritorum præmia reportaſſe: quibus licet neq; fama hominū/ neq; geſtarum rerum gloria par extitas: eandem tamē ingratitudinis ſortem perpeſſus/ parem quoq; laudem una in re tibi & tuis poſteris peperiſti. Hoc enim tuis meritis ad ſempiternam hominū famam cenſeo aſcribendū: ꝙ cum præſenſiſſes quid aduerſus te ſtatuerēt: obtemperare tamē magiſtratus īperio ſatius duxiſti: ꝙ aut obſiſtere/ aut aliqua ex parte rem publicam conturbare. Cum enim (ut plures ferunt) potuiſſes vel armis/ vel fauore populi vim paratam propellere: rectius eſſe putaſti/ accipe ꝙ propulſare iniuriam. Et quoniā ciuiles motus nequaꝙ eos quos nōnulli ſibi proponunt exitus ſortiunt: more ſuperiorū quos retuli/ cōſulens quieti patrię/ & ciuium tranquillitati: prudenti conſilio paſſus es potius hanc repentinam procellam in te tuoſq; ſolos deſcendere/ ꝙ quempiam excitare tumultum/ quo ciuitas in aliqđ grauius diſcrimen poſſet adduci. Quo uno facto non ſolum noſtrorum/ ſed priſcorū quoq; hominū gloriam coęquaſti. Quid enim laudabilius/ quid saluti hominū accōmodatius: ꝙ velle periclitari ſolum/ ut cęteri ab imminenti tempeſtatū periculo ſaluarent? Ea unica eſt virtus quæ alias oms̄ exuperat: conſulere cōmuni ocio & paci: hoc boni viri & præſtantis ciuis officium/ publicum bonum anteponere priuato. Hoc acceptiſſimū patrociniū: ſe unum pro patrię ſalute occumbere malle/ ꝙ multos perire. Hac duce virtute tum plures alię creuere: tum vero maxime romana res publica rerum potita eſt. Præclariſſimarū ergo virtutū pręſidio ſeptum non ſuccenſere/ ſed gratulari te potius fortunę decet: quæ illa exercēdo excitauit: atq; in illud certamē eduxit/ qđ tibi ſummā laudem pręberet/ & glīam ſempiternam. Quę quidē duę res cum viris bonis ſint maxime appetendę: v̄tutis em̄ exiſtunt premia: fruere bonis tuis tranquillo ac pacato animo viuens: atq; ubicūq; fueris: ibi patriam/ ibi dignitatem/ ibi rem publicam eſſe putes: & quidem eo meliorem/ quo diuturnior ac firmior ſit futura. Vale. & parce verboſitati meę: quæ a magna mea erga te beniuolentia profecta eſt. Romę.

Patia Coſmi.

Poggius florentinus Philippo ſuo S.D.P.

Et verbis tecum/ & poſtmodū litteris egi: ut velles eſſe nobis conſultor atq; adiutor in cauſa Angeli de Geneçano/ ut fiat ciuis: cum ea conditione de qua tecum locutus ſum. Verum adhuc neq; tentatum/ neq; actum eſt: quia nequaꝙ tibi/ aut Serpaulo viſum eſt tempus id poſcere. Nunc conſtituit rem aggredi: ſi accedat ad tuum & aliorum conſilium. Quanq; quidem nunc commode poſſe fieri dicant. Ideo te rogo: ut eſtimes non Angeli/ ſed meum negocium agi. Huic em̄ cupio ſatiſfacere propter eius in me beniuolētiam. Suſcipias hanc rem oro: & nos conſilio atq; auxilio adiutura. Multa potes non ſolum ſcribendo/ componendoq; hoc decretum: ſed & ſuadendo. Serpaulus tecum loquetur hac de re: duo eſtis huiuſmodi rerum peritiſſimi/ quos nihil poteſt fugere. Cura igitur ut intelligam tuam operam Angelo plurimum profuiſſe: quod erit mihi gratiſſimum. Vale. Romę.

Poggius florentinus Albertho ſuo S.D.P.

Tantum abeſt mi Alberthe/ ut grauiter feram quæ a te ſcribuntur: ut etiam maximas tibi & habeam & debeam gratias: ꝙ me pro tua in me beniuolentia & charitate admonere voluiſti eorum/ in quibus me aberraſſe in meis litteris arbitratus es. Non em̄ ſum is qui tantū meis viribus confidam: ut non aliorum quo

Excuſatoria ſuſpitius.

q̧ opibus ſubleuari velim/atq̧ adiuuari ad errores vitæ corrigendos.Ille Lacedę
monius detrahentiũ vocibus diſcere ſe dicebat/queadmodũ fieret emendatior:&
in eo gloriari videbat. Quanto magis mihi iocundę eſſe debent non detrahentis/
ſed amice monentis atq̧ arguentis voces.Ille eſt aſper monitoribus / qui per ætat
tem eſt inſolens veritatis audiendę. Ego autem ea ſum iam ætate:ut acerbę mihi
eſſe non debeant bonorũ virorum caſtigationes. Cum & verum audire utile ſit:
emendari pulchrũ. Si eñ emẽdatio morũ oĩbus eſt annis neceſſaria:illorũ eſt ta
men maxime meliorẽ vitę curſum ſequi/qui iam vergunt in maturitatẽ.Itaq̧ nõ ti
bi ſolum/ſed & reliquis agam grãm ſemper/qui errata mea rephendere voluerit:
& me reddere certiorem vel meliorem. Verum ut aſſentiar:poſtq̧ tibi ita videtur
litteras meas nimis acerbas ac maledicas fuiſſe:itidem & tu mihi concedas volo:
ne teſtibus agatur cauſa:nõnullorũ facinora & errores mihi ita ſentiendi cauſam
prębuiſſe.Neq̧ eñ ita ſum impudens:ut aliquod finxerim crimen ad obloquen
dum:neq̧ ſcripſerim aliquod inauditũ / ſed ea de quibus aperte diſputare liceret/
cognoſceres me nihil eſſe mẽtitũ . Sed reticebo ea quæ inhoneſtiſſime per nõnul
los facta/honeſte narrari non poſſunt.Preteribo non quæ cogitando aliquis ſuſ
Acerbita/ picatur:ſed quæ hiſce oculis vidi/hiſce auribus hauſi.Ne tamen me oĩno aut ru
tem litteraꝝ ſu dem/aut harum rerum ignarum putes:patiare paulum me & honeſte/ & verbis
arum tuet. paucis tuis litteris reſpondentem. Videris mihi multum admirari/ & id querens:
q̧ dixerim paucos ex veſtro ordine reperiri bonos. Hoc quippe iuſtiſſime poteſt
abs te reprehendi.Nam cum veritas dicat.Nullus bonus niſi ſolus Deus: recti
us dictum eſſet a me:nullos bonos/q̧ paucos reperiri.Cumq̧ etiam illud prophe
Pſalmiſta. ticum legeris.Oẽs declinauerunt:inutiles facti ſunt : non eſt qui faciat bonum/
non eſt uſq̧ ad unum.neſcio ſi aut te/aut Bernardinum prudenter excęperim: in
quo ſi me erraſſe volueris/fatebor errorem meum.Sed non agam tecum hoc mo
Hieronym̃ do:pinguiorem Mineruam requirit epiſtola.Nonne legiſti apud Hieronymũ: In
omni conditione & ſtatu optimis permixta ſunt peſſima. Nonne alibi: Omnia
præclara rara.Quid autem præclarius q̧ virtus / q̧ bonitas: Non eſt res facilis/
bonum eſſe. Arduũ quippe eſt & difficile aditu: & quo pauci perueniũt. Vnde &
Heſiodus. Heſiodi eſt præclarus ille verſus.Ante virtutem Dij ſudarium poſuere. Altera ſa
pientiſſimorũ Græcię virorũ ſententia.Difficile eſt bonum eſſe. Tu me forſan exi
ſtimas:cum quempiam ex veſtris conſpexi ingredi veſte vili atq̧ abiecta:me ſta
tim illum virum bonum cenſere:& cuius acta vita fuerit in ſęculo turpiſſimis fla
gitijs inquinata / hunc veſtis mutatione e veſtigio vitæ ſanctitatem aſſecutum.
Aliud afferas oportet:ut quem iudicem bonum . Q. ſi nõnullorum mihi nota &
comperta ſunt ſcelera : an pro ſacrilegio habendum eſt / ſi quis liberius de eis ad
amicum ſcripſerit: Hoc eſt/in quo multorum ſuperbiam ſum expertus:cum eos
paulo exagitarem ad eliciendum eorum potentiam:qui ita ferunt inique / ita indi
gnum putant / ſe non haberi bonos & ſanctos viros cenſeri : ut blaſphemiæ loco
putent / ſi quid minus recte de eis ſentiri videatur:tanq̧ ut non tm̃ laborent ut bo
ni ſint / q̧ ut cæteris appareant. Tu tamen inſpice litteras meas diligentius. Dixi
quodam in loco/paucos eſſe bonos.utinam hoc falſum eſſet.Dixi in alio:Non eſ
ſe omnes bonos hos arculatores. Num videor tibi mentiri: Sed ægre audis hoc
In mendi/ verbum . At honeſtius fuit : quo videlicet poſſem deſignare hos importunos/
cantes. ac moleſtos nebulones : qui aſtant in triuijs : qui macellum/forum / piſcatorium/
olearium percurrunt : nummos in ſumptus erogari poſtulantes:qui manibus per
ambulantium togas apprehendunt: nunc calceos / nunc aliud quippiam petent
tes.Quos ſi tu bonos cenſes/ego non moleſte fero me longe abeſſe ab opinione
tua. Dixi quoq̧ eiſdem in litteris me multos diligere ex vobis/quibus ineſſet vitę
bonitas ; non excipiens Bernardinum & te ſolos ; ſed addens vobis / & aliorum

quorundam ſocietatem. Q₃ antẽ addidi: multos errores ſatos per aliquos/qui vitę
integritatem oſtentant: turpe noſti conuocationẽ de vobis nuper habitam: nõ ob
virtutem multorum/ſed ob nõnullorum vitioſitatem eſſe factam: non ad laudan
dos/ſed ad cõprimendos quoſdam eſſe indictam. Nam de ſceleribus a me ſcriptũ
ita tibi indignũ videri/ſatis miror. Si ratõnibus iſta probanda eſſent/nõ exemplis:
ſatis poſſem dicta mea defendere. ſed neminem volo a me nominari. citius a cau
ſa decidam/q̃ aliquos proferam. Quos ſi ignoras: beatum te iudico qui careas ea
moleſtia. Sin diſſimulas: laudo prudentiam tuam: qui occulta velis eſſe & tecta ea
quibus cognitis/& multi ad imitandũ incitarent: & paucorũ culpa lederet uniuer
ſorum famam. Non ſum infenſus/mihi credas velim/illi religioni. Sed deſpicio il
los/qui religionis ſuę habitum ſpe quęſtus faciunt: & veſtes tñ mutantes/prioris
vitæ ſordes minime abiecere. De ſe tamen ipſi viderint: mihi id agendũ eſt/ut mihi
ipſi proſpiciã. Reddet unuſquiſq; rationem villicatiõis ſuę. Vnum ſcias: me q̃uis
ſim malus/tamen abhorrere ab eorũ ſecta qui ſimulatione boni non tñ cæteros/
quantũ ſeipſos fallunt. Quibus neq; amicum me/neq; beniuolũ profiteor. Nil cõ
fert veſtis ſordida ad virtutem: ſed mores & vitæ ſanctimonia. Cæterum de loco
illo/ędificet ne/an deſeratᷓ mihi parua eſt cura. Videant illi quibus id eſt utile futu
rum. Nam ego illorum doctrina/aut expenſis non egeo. Lętabor tamen cõmodo
contribulorũ meorũ: eoſq; quoad potero iuuabo cum tempus ſe dabit: ut qđ cu
piant aſſequantᷓ. Verum miror multorum curioſitatem: qui maiorem ſalutis alte
rius/q̃ ſuę ſollicitudinem capiunt. Sed alios omittamus. Tu inſta prædicationi: &
eam prouinciam ſuſcipe quæ demandetur tibi. Aedificandorũ vero locorum alijs
curam relinque. Tibiq; perſuade ubicunq; fueris/ibi te poſſe ſeruire Deo. Boni
vero publici ſollicitudinem atq; onus tantũ ſuſcipe/quantũ tibi imponitur. Nam
neq; Epiſcopus es: neq; cõmiſſa eſt tibi cura cæterorum. Scis quotquot venerunt/
fures eſſe & latrones. Dixit: qui venerunt/non qui miſſi ſunt. Vale. & me ama.
Romę octauo Kalen͂. Martij.

Poggius florentinus Ioanni Pratenſi S.D.P.

Ita mihi recte agendi mens perpetuo detur: ut ſumme gaudeam te eſſe vicariũ
archiepiſcopi Piſani. habes em̃ virum & prudẽtem & perhumanũ eum/cum quo
eſt mihi iamdudum ab adoleſcẽtia ſumma vitę cõſuetudo: ut exiſtimem tum vir
tute tua primum/tum etiam amicitia noſtra te illi accæptiorem futurũ. Scio em̃
te non reticuiſſe/qua ſumus inter nos manſuetudine ac beniuolentia: quod illi nõ
dubito fore admodum gratum: ſi tamen priſtinum in me amorem ſeruauit. Quiſ
quis tamen is fuerit/non diffido ex noſtra coniunctione propenſiorem erga te fo
re archiepĩ voluntatem. Nunc vero te pro noſtra amicitia hortor moneoq;: ut has
ſtudiorum tuorum primitias tales eſſe velis/ut ex agro & fertili & bene culto pro
dire videantᷓ. Cultura vero animi v̓tus eſt: quę ubernimos fructus parit. Hanc am
plectere: hãc exerce: curaq; om̃i diligentia: ut præter doctrinam iuris/recte quoq;
viuendi ſtudium conſequaris. In primis corruptelas fuge: teq; immaculatũ a pe
cunijs ſerua: neq; quicq; agas/quoad poteſt fieri/cuius te pœnitere neceſſe ſit. Inter
cætera iuſticiam cole: recte iudica: & quicquid agis/Deum ſpectatorem cogita.
Pręſtat enim pauperiorem eſſe integris moribus/q̃ diuitem vita pdita. Id age: ut
iuris ſcientia non ſolum afferat ſubſidiũ/ſed & virtutis ornamentũ. Hi em̃ rectiſſi
me mihi vitam inſtituere videntᷓ: qui rerum doctrinã cõiungũt cum ſanctimonia
viuendi. Sed om̃ia aſſeq̃ris ſi fugeris auariciam malorũ omniũ irritamentũ. Scripſi
hæc paucis propter amorem in te meum: quę tu accipias in bonam partem volo.
Alter fortaſſe te ad lucrum & quęſtum exhortaretᷓ. Illud & ego tibi ſuadeo: dum
modo non ſit a virtute ſeiunctum. Nam in turpitudine nihil poteſt eſſe utile. Sed
hæc tu melius. Vale.

Conſilium frugi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Poggius florentinus Franciſco Mareſcalco S.D.P.

Excuſatoria de ſcribēdi tarditate

Cum pluribus in rebus factus ſim negligentior ac tardior q̄ ſolebam: tum ve
ro maxime in ſcribendi cura. Eius rei culpam primū tribuo ætati: quæ natura ipſa
reddit homines remiſſiores. Deinde occupationib⁹ quæ maiori ex parte verſant̄
in ſcripturis: ut me tędium perſæpe & ſatietas ſcribendi capiat. Tum autem uxor
ſuo & optimo iure nōnihil ſubripit tempis: neq; me inuito. Id em̄ & honeſtum ve
luti curarū diuerſorium/ & omniū amœniſſimū. Adeſt etiam rei domeſticę ſollici
tudo: quæ & ipſa vendicat ſibi ſuam & præcipuam portionem. Quorſum hæc
tam multa inquies? Vt non mireris ſi non reſpondeo om̄ibus ep̄lis tuis: quibus
tamē vel paucis verbis reſcriberem/ ſi quid eſſet qđ magnope reſponſionē poſtu
laret. Sed ſunt ea quæ vel me tacente tibi poſſint ſatiſfacere. Nam abs te me ama
ri: meq; ꝓbitatem tuam ſumē diligere/ iam & cognita & trita inter nos ſunt: ut ea
repetere ſuperfluū videatur: tua tamen obſeruantia & diligentia in conſeruanda
amicitia eſt mihi gratiſſima. Epiſtolas ad Nycholaū quando cōmoditas ſe offeret/
ad me remittas velim. preter eas nullas adhuc habere potui. Addam illis oratiun
culam funebrem/ in teſtimoniū amoris erga ſe mei: & ſi qua alia poſtmodū in ma
nus inciderint. permulta enim illis adijcientur. Orationem quam ſcripſi in funere
Cardinalis Florentini/ cura per aliquem ex tuis hic ſcribi. Vel expecta quoad nos
Ferrariam veniamus: tunc rebus meis utere ut tuis. Vale. & Guaſparem noſtrū
meis verbis ſaluta.

Poggius florentinus Suffreto Rhodi cōmoranti S.D.P.

Vir inſignis/ exiſtimo te fortaſſis miraturū: me hoīem ignotum tibi/ longoq; a
te terrarū tractu diſiunctū audere te aliqd rogare: ac ſi tibi magna cōſuetudine cō
iunctus eſſem. Sed cum videam te eiſdem rebus delectari q̄s ego ſummo ſtudio
perquiro: ſcio te mihi veniā daturū/ ſi diligentiā tuam fuero imitatus: ut q̄ tu om̄i

Rogatiua ad ignotū pro ſignis antiq̄tatis.

cura inueſtigas/ mihi quoq; ſumē ſentias placere. Dedi olim in mandatis egregio
viro fratri Franciſco Piſtorieñ. magr̄o in theologia/ ad ptes Græcię proficiſcenti:
ut diligent̄ inquireret/ ſi qd ſignoꝝ repire poſſet/ quæ ad me deferret. Delector em̄
admodū picturis & ſculpturis in memoriā priſcorū excellentiū viroꝝ: quoꝝ inge
nium atq; artem admirari cogor: cum rem mutam atq; inanem veluti ſpirantē ac
loquentē reddunt. In q̄bus per ſepe etiā paſſiones animi ita rep̄ſentant: ut qđ neq;
lętari/ neq; dolere p̄ot/ ſimile triſtanti ac ridenti cōſpicias. Scripſit mihi nup Franci
ſcus magnā copiā horū ſignorū te cōgregaſſe: & illa pręcipue quæ fuerūt Gallię:
quoꝝ & aliqua mihi deſcripſit. Hoc idē aſſeuerabat modo mihi Petrus Lauiola/
theſaurarius religionis/ vir mihi amiciſſimus. Quo cum de hm̄oi ſignis agerē pcu
cunctarēq;: quō aliquid ex tuis habere poſſem. Dixit mihi e ueſtigio/ ut ad te ſcri
berem/ aliq̄dq; poſtularē: te virū doctiſſimū eſſe atq; humaniſſimū: ideoq; mihi q̄
peterē non negaturū. Credidi equidē te talem eſſe. Neq; em̄ eiuſmodi ſigna exti
mant̄/ niſi a viris excellenti ingenio & doctrina eleganti: & p̄ſertim dedito ſtudijs
humanitatis. Sed quo doctior es ac liberalior/ eo pudētior eſſe debeo in poſcēdo.
Vrget me cupiditas ad petendū: pudor tepide & remiſſe cogit rogare. Itaq; tantū
a te petam/ quantū patit̄ humanitas ac liberalitas tua. Gratiſſimū mihi erit & pręceteris
cæteris acceptuꝫ/ ſi quid ſignorū q̄ habes egregiorū: quæ q̄dem multa eſſe dicun
tur/ & varij generis: mihi impertitus fueris. Collocabis munus apud hoīem non
ingratū: ſed qui agere gr̄as & reddere paratus ſit/ cum tp̄s dederit facultatē. Fran
ciſcus tecū ſup huiuſcemōi re loquet̄: rogabitq; noīe meo/ qui & ip̄e maiorē īmo
dum rogo: ut aliqd mihi cōcedere velis/ aut p̄cibus / aut precio: meq; hoc b̄n̄ficio

Cicero.

deuincire: qđ non fruſtra in me cōferes. Dulce eſt inquit Cicero/ officiū ſerere/ bn̄e
ficium ut poſſis metere. Sed nolo multis precibus tecum agere: ne videar diffide
re tuę liberalitati. Vale & me ama ut ſoles. Romę.

Poggius reuerendo pr̄i Meoloiſio archiep̄o florentino S.D.P.

Cum diutius mecū ip̄e cogitarē p̄ſtantiſſime pater/quo nam maxime modo tu
is erga me meritis ſingularib⁊ aliqua ex p̄te gr̄as referrē / nihil ſane ocurrit in quo
vel minime portiunculę tuorū in me beneficiorū/quæ quidē maxima exiſtūt/poſ
ſe videar reſpōdere. Quid em̄ mediocris ingenij vir minime ōpulētus/ & hoc me
diocri rerum ſtatu quo fruimur/ in eum cōferre pōt:qui ſua virtute/vigilantia/in
tegritate/& ſumma in agendis prudētia ampliſſimā dignitatē/ p̄cipuū apud Pon-
tificem locum/ſummū honorem/ſummū in eccl'iaſtica repu. gradum fuerit conſe
cutus: Eqdem p̄ter meram voluntatē nihil reliquū mihi video eſſe cōceſſum. Cum
meę facultates ita in arctū cogant: ut nihil ex eis te dignū queat p̄dire. Verū cum
a nobis nil amplius reqri debeat/q̄ q̄ntū aīo atq; ope poſſimus cōtendere: poſtq̄
referendi b̄n̄ficij ſublata eſt facultas: ſtatui in eo qd' datur ſaltem grati animi ſignū
aliqd' per me ferre. Exilis qdem r̄es erit: ſed tua in me q̄ ſum̄a eſt beniuolētia rem
paruā maiorē reddet ſua exiſtimatiōe: cū p̄ſerti ab hoīe ſibi deditiſſimo p̄ficiſcat̄.
Scripſi dum poſteaq̄ redij ad Curiā ex Britānis nōnullas ep̄l'as / & alia q̄da3 pro
ut tempa ferebant: quę cohortatione amicoꝝ/qui p̄pter ſuam in me affectōnem
aliquid in eis eſſe vel leporis/vl' urbanitatis putant/coegi in paruū volumē: exiſti
mans ut ſi non doctis/at ſaltem rudiorib⁊ aliq̄ in re me ſatis eſſe facturū. Sunt em̄
varijs de rebus quę paulo accuratius/reliq̄ vero ut plurimū ex temp̄e p̄ua admo-
dum diligentia id q̄d' in eis cōſpicit̄ a me cōſcripta. Ea cum ſciam te cum ociū ſup-
petit a cōtinuis curis cupide ſolere legere: teq; illis intelligā admodū delectari: qp-
pe qui meis rebus a deo tribuas/ut etiam coram Pōtifice legenda curaris: nolui de
eſſe cupiditati tuę. Itaq; ſtatui hoc volumē ad te mittere: tū ut ſit veluti teſtioniu3
quoddā animi erga te mei: tum vero / quia ex tuo noīe adijciet̄ volumini auctas
quædam minime cōtemnenda. Nam qui illud ad te deſtinatū legerint: proculdu-
bio exiſtimabūt aliquid ponderis ſibi ineſſe: q̄ fuerit dignū noīe talis viri. Suſcipi-
es igitur ęquo ut ſoles aīo munuſculū hoc a mente tibi amiciſſima profectū: qd'
licet exiguo iudicandum videat̄: tn̄ tua cōmendatiōe maiorē ſuſcipiet dignitatem.
Qm̄ rerum p̄ſentiū tum ex animo dantis/tum v̄o ex eius qui recipit iudicio per-
pendi maxime cōſueuit. Vale. mei memor. Ferrarię Idus Februarij.

In hanc epi ſtolā Valla inuexit

Opus ep̄l'arum cur col legerit.

Poggius florentinus Antonio Cremoñ. S.D.P.

Eſt mihi frequens ac iocunda cōſuetudo cum p̄ſtantiſſimo patre ac dn̄o meo
Epiſcopo Laudenſi: quem ego obſeruo ac colo diligenter: tum propter morū ſu-
auitatem: tum propter cōmuniū ſtudiorum coniunctionē. Eſt em̄ vir tum omni
doctrinę genere excellēs: tum vero deditus ſtudijs humanitatis / a quibus ego nō
ſum alienus. Accedit: ut me quoq; diligat habeatq; loco filij: neq; me excipiat fa-
ſtu quodam/ut multi ſolent quos adimus: ſed ſumma cum humanitate ac beniuo
lentia. quæ res reddidit me ſibi admodum familiarem: cum & ego illum frequen-
ter conuenia: ut ip̄e me veluti ſibi deditiſſimum complectatur. Is cum ſæpiſſime
te multis laudibus inter loquendū extulit: tum vero maxime nudiuſtertius/ cum
Leonardus & Carolus Aretini / Nycholaus de Nicolis viri omnium doctiſſimi/
egoq; una apud Epiſcopum pranderemus. Nam te ſtudijs deditum eloquentiæ
ſummo ingenio/ſuauiſſimis moribus/ exquiſita doctrina preditum pluribus ver
bis retulit: adeoq; in tua cōmendatione immoratus eſt / ut om̄es ad tuum nomē
excitaremur: diligeremuſq; & cognitum & abſentem. Tanta eſt enim virtutibus
vis ut noſti: ut etiam ignotos in quibus ea cōmendet̄/nos prouocet atq; impellat
ad amaudum. Ego autem licet his quos retulit nulla in re ſim comparādus: ęqua
bo tamen om̄es affectione erga te & charitate. Quā ut cognoſcas: q̄ primū exara
ui ad te hos verſus/tanq̄ voluntatis meę iudices. Ea eſt: ut te diligā deinceps/cha-
rumq; habeam: qd' ut fiat mutuū te vęhementer rogo. Vale.

Amicū cō mendatū.

Poggius florentinus Bildeſtino archidiacono Vincoñ. S.D.P.

Pater chariſſime/ſilui tecum diutius q̃ tua in me beniuolentia poſtularet non
quidem obliuione tui:nam ſemp animo meo infixus heres: ſed quia nihil accid
in rebus meis quod magnope tibi ſcribendũ putarem. Nunc vero cum magna
in me mutatio factã ſit:volui eam tibi notam eſſe:ut in ea re paulum mecum gau
deas/in qua ego plurimam volũtatem animo & corpere percepi. Scis me hactẽ
nus incertum quaſi vitę curſum degiſſe:cum neq; ſeculum fugerem/neq; clerum
ſequerer:cum tamen natura mea ſacerdotiũ ſemper abhorruiſſet. Inq; ea eſt iam
Vxoriũ ſe ſcribit. ætate:ut aliqñ mihi certa viuendi norma capeſcenda eſſet. Decreui uxorem duce
re:ut reliquũ ætatis neq; in ſolitudine neq; in orbitate viuerẽ. Itaq; licet ætati iam
decliui/elegi mihi adoleſcenulã non ſolum forma egregia/ſed etiam ꝟtutibus his
quæ in mulieribus laudanť pſtantem. Serius inquies q̃ oportuit. Fateor id quidem
ſed ſatius fuit aliqñ q̃ nunq̃:neq; ut ſapientes volunt/unq̃ ſera eſt ad bonos mo
res via. Potuit antea hæc fieri, Sed non eſſem nactus hanc in qua oẽs meę cure
requieſcunt/meis moribꝰ/meę naturę maxime congruentẽ. Nihil eſt eñ qd in ea
requirã:ita ampliſſimis moribꝰ dotata eſt. Qua in re maxime cõſolor:& deo gra
tias ago:qui cum ſemp/ tum in fine dilexit me : qui plus mihi tribuit q̃ optaſſem.
Cum igitur tuus in me amor ſit mihi notiſſimus:cumq; ego te maximi faciam ne
ceſſariũ mihi quodãmodo exiſtimaui/te huius mei ſtatus facere certiorẽ:& conſo
lationis meę pticipem reddere. Vale. & me Dño cõmenda:& reſcribe. de ſtatu
Curię ſcies ab alijs. Florentiæ. die vi. Februarij.

Poggius papę refert actiones grãtꝫ de bñficijs ab eo collatis.

Quanq̃ ſanctiſſime pater/hoc nouũ in me bñficium tuum maius exiſtat/q̃ ut
ꝟbis ſatis tibi facere poſſim:conabor tamen ( ne ingratus omino videar) aliquid
tibi in pſens grãtꝫ agere:nõ prout mereť tua in me benignitas/ſed prout ingenioli
mei facultas & tempis patiunť. Nam ſi vellem oĩa ſermone complecti quæ ad
agendas gratias tua in me magnificẽtia mereť:nimis longa/nec huius tempis ha
benda mihi eſſet orõ. Quid eñ mihi ad pſens gratius/qd optabilius eſſe debet:q̃
me tua bñficẽtia aſcribi in numerũ collegij ampliſſimi: deputari ad id exercitij ge
nus/ex quo & amplã dignitatẽ/& vitę ornamentũ ſim cõſecuturus: Hæc tua bo
nitate pater ſanctiſſime adeptũ me eſſe ꝓfiteor:& ultra q̃ dici queat magna cõſo
latione affectũ. Pulchrũ eſt eñ ſuſcipe officiũ/ex quo poſſis tibi & tuis nõ ſolũ ho
norẽ/dignitatẽ/ſed & opes honeſte compare. At id pſæpe ab eis hoibus deferť/ut
recuſare illud honeſtius q̃ accipe puteť. Non eñ bñficij qualitas/ ſed quanta dan
tis cõditio extimanda eſt. Nam gratiora ea eſſe debent / quæ ſunt ab excellenti
Principe tributa. Itaq; cum ſciamus te eum eſſe/qui oẽs ſupiores Principes virtu
te & ſanctimonia ſupares:qui ſemp dilexeris doctos & probos viros: maiorem
ĩmodum gratum mihi eſſe debet:a tua potiſſimũ ſanctitate in hoc dignitatis gra
du me eſſe collocatũ. Vellem pater ſanctiſſime eam eſſe in me dicẽdi agendiq; fa
cultatem:ut & te pro tuis meritis digne cõmendare/ & tibi re ipa gratias poſſem
referre. Verum alterius mihi facultas ablata eſt:cum tua ꝟtus tanta ſit: ut omniũ
dicentiũ eloquentiã ſupare videať:alterius poteſtas : cũ nihil mihi pter voluntatẽ
ad referendũ grãm ſupſit. Verumtamẽ id qd' poſſum diligenť pſtabo: memorẽ
ſcꝫ animũ quoad vita ſuperit bñficij accepti:atq; ita in tua futurũ poteſtate ut pla
ne intelligas & corpus & hanc aĩam deditam tibi & dicatã eſſe. Deus qui eſt bo
norũ operũ rectus iudex/retribuet pro me tibi pſtetq; fœlicitatẽ ppetuã quã exo
ptas. Sed q̃m mihi ſemp tua beniuolẽtia & grã opus eſt:te ſupplicit oro:ut me in
tuos ſuſcipias:& bene agentẽ ſubleues ac ſuſtentes. Ego ita inſtituã vitę meę cur
ſum:ita pure & iuſte tuebor munus mihi demandatũ ut:merito lętari poſſis/me
ad hoc genus officij aſſumpſiſſe. Vale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Poggius florentinus Aeneę Siluio Cardinali Seneñ. S.D.P.

Gratulatoria ſup Cardinalatu.

Cum audiſſem pater mi reuerendiſſime/te factum eſſe ſanctę Romanę eccle
ſię Cardinalem: gauiſus ſum ſane maiorem ĩ modum: prout amor in me tuus/&
mea erga te obſeruantia poſtulabat. Id vero maxime mihi fuit voluptati: cernere
eam dignitatem quæ maxima eſt in te collocatam: quæ nõ ambitu vel gratia/ſed
virtutũ ſtudijs quęſita eſſe videreť. Accedit ad conſolationẽ meam & ſũmam io-
cunditatem: ꝙ vir eloquentiſſimus optimiſq; artibus eruditus / fructũ eloquen-
tiæ & doctrinę ſit ( quod perraro accidit ) conſecutus. In quo gloriari quodãmo
do mihi merito videor poſſe: noſtri quõdam ordinis virum/hoc eſt eloquentię ſtu
dijs & exercitio p̃ſtantem/ eo in ſtatu eſſe collocatũ: ut ſuæ doctrinę æmulos extol
lere/& eis p̃ſidio atq; ornamẽto eſſe poſſit. Magnũ profecto eloquẽtib9 viris ſuffra
gium ex hac tua dignitate propoſitũ eſſe videť: cum ſint habituri veluti certũ re-
fugium in quo illorũ deſideria cõquieſcant. Ego quidẽ primũ tua/ tum vero mea/
tum eloquentiũ omniũ cauſa gratulor & exulto: te tam in inſigni loco poſitũ: non
ſecus ac ſi aliqua mihi proſpera fortuna acceſſiſſet. Et illũ mihi diem illuxiſſe fœli-
cem puto/ ꝙ declaratus es Cardinalis: cum palam factum ſit: locum eſſe probita-
ti & doctrinę/ & nõ ſemp neglectã iacere ꝟtutem. Qđ vero ad me attinet: magnũ
rebus meis exiſtimo eſſe fructum. Scio eñ te maiori animo/ac ꝓmptiori diligen-
tia curaturũ quę ad me ꝑtinent: ꝗ̃ hi quorũ mens & volũtas remiſſior eſt in doctis
viris ſubleuandis. Sentiant alij qđ velint: virum doctiſſimũ & ornatum virtutib9
neceſſe eſt doctos diligere ac bonos. Nõ mihi tamẽ tantũ arrogo: ut profitear me
doctrina & virtute p̃ditum eſſe. Id dicam: dediſſe me opam quoad facultas tulit: ut
nõ in poſtremos eſſem reijciẽdus. Nolo ut plures ſolent/cõmorari in tuis laudib9/
aut meritis enumerãdis: ne videar ( qđ vitiũ procul abeſt a meis moribus ) adu-
latoris officiũ aſſumpſiſſe. Hoc tñ ꝓfitear: tantę dignitatis tibi gradũ tanq̃ tuarum
virtutũ premiũ fuiſſe tributũ. Vale. Poggij tui memor. Florentię die. iiij. Ianuarij.
Anno Chriſti Milleſimo quadringenteſimo quinq̃geſimo ſeptimo.

Poggius florentinus Aeneę Cardinali Seneñ. S.D.P.

Cũ q̃rerem aliqđ ep̃lę argumentũ Pater & dñe mi reuerẽdiſſime: nihil ſane oc
currebat quod aut mea ſcribere/aut tua ſcire maxime intereſſet. Et tñ cum ſcribe-
re cupiã: recurrã ad illud qđ teipm credere arbitror: me penitus tuũ eſſe/tibiq; ſatiſ
faciendi cupidũ: ſi q̃ in re mea tibi cura/ſtudio/opera/ diligentia opus eſſet. Q̃uis
hæc mea pollicitatio inanis eſſe videť: cum rure habitem: ubi nec mihi quidẽ vide
or ſatiſfacere poſſe/ nedũ alijs meã opam polliceri. Receſſi iamdudũ cum familia
ab urbe/declinandi morbi gr̃a. Vbi ſuffultus libris inter hos ruſticos aliquid mihi
ſapere videor. Legens tamẽ ſæpe mitigo ſolitudinẽ: quæ hoc tempe videť eſſe fa-
ſtidioſa. Sed in legendo aſſequor/ut minime videar eſſe ſolus: ſed in p̃ſtantiſſimorꝝ
virorũ cœtu: quorꝝ vocibus melior fio/& ab inani appetitu remotior. Verum qđ
inprimis ſcribi oportuit poſtremũ erit: ago tibi gr̃as quãtas poſſum maximas pro
litteris/quibus meę ep̃lę tam eleganť/tam humaniter/tam amice reſpondiſti: atq;
adeo ſtatuiſt & beniuole/ut ne filio quidem parens aliquis tanta charitate ac beni-
uolentia ſcribere potuiſſet. Hæc ſcripſi paucis/tecum materiã loquẽdi quęrens: ne
forte mea taciturnitate antiquę erga me beniuolentię obliuiſcaris. Vale diu fœ-
lix. & me ut ſoles ama. Die tertia Nouembris. Rure.

Poggius florentinus viro inſigni Gregorio
corario ſedis apoſtolicę ꝓtonatario S.D.P.

Optarem mi Gregori amantiſſime/ut libellus quem de nobilitate cõpoſui/an
teq̃ a me eſſet editus prior in manus tuas perueniſſet. Nam duo quę amiciſſime ad-
mones/facile mutaſſem arbitrio tuo. Non eñ ſum adeo ꝑtinax in opinione/ quin
plus cõcederem tuę auctoritati ꝗ̃ meę ſententię. Nam cum in ſcriptis meis/ quæ le

uia & puſilla ſunt/ac cõmendatiõe indigent:ſtudeam grãm & beniuolentiã quæ
rere:non fuiſſem adeo amens/ut cum ipſe fauore egeam:voluiſſem doctiſſimorũ/
mihiq; amiciſſimorũ virorum in me animũ prouocare:aut aliquid cõmittere quo
mihi iure ſuccenſere poſſent:& ſi qua in re ſe læſos exiſtimarent / cumulatã vicem
redderent. Neq; ꝑterea is ſum/qui boni viri eſſe putem:per alterius obtrectatiõem
Excuſat ſe ipſum. & infamiã laudem petere. Vt vero planius ꝑſpicias animũ in ſcribendo meũ:quæ
tibi non probant/nulla detractandi aut calũniandi cauſa a me dicta ſunt: ſed ve
ra ex ſententia mea:quæ meo iudicio ( falli aũt poſſum ) nullam merent̃ reꝑhen
ſionem. Sed tanta eſt doctrina & prudẽtia tua/tantus in me amor:ut plus tibi cre
dam ꝙ mihi ipſi. cum mihi ꝑſuaſum ſit honorẽ meum ęque ac tuum tibi eſſe cha
riſſimũ. Primũ in verbo factionis/qđ in malum trahi putas: inde non recte meũ ul
pes. Ego eñ in eius verbi ſenſu Titum Liuiũ ſecutus ſum ſatis copioſũ atq; opu
Factio lentum auctorem latinę linguę:qui ſi culpam inſcitię meret̃ / facile patior errorẽ
meum cum tanto viro eſſe communem. Ille eñ in ſuis libris factionẽ/ tanq; ſectam
in ciuitatibus & diuiſionẽ ſententiarũ in re p. ſcribit. Accidit eñ in noſtris etiã pluri
bus Italię ciuitatibus:ut aut ſint in eis antiquitate/aut ſæpius e nouo orian̄t diuiſi
ones:quas recte antiqui factiones appellarũt:honeſto quidem vbo/ſed quod diſ
ſenſionẽ voluntatũ ſignificaret. cum utriq; ſentẽtijs diſſidentes / voluntate tamen
idem ſequerent̃:ſcʒ ſuę rei p. utilitatem. Itaq; in primo tertię Decadis libro ( ea eſt
Titus Liui. in manibus recentior ) de Hãnibale inquit. Litteras igitur ad ꝑncipes factionis
barchinę ꝑmiſit. In tertio aũt:Conſanus erat trebius nobilis inter ſuos:ſed preme
bat eum conſanorũ factio familiæ per grãm Romanorũ potentis. Et paulo poſt.
Hamilco factionis barchinę. Multiſq; ꝑterea in locis:quos longũ eſſet referre/ hoc
verbo utit̃:non in obprobriũ aliqđ gentis/ſed ad oñdendas ciuitatũ varias ſectas/
& domeſticas diuiſiones. Hoc idem & ſecta apud nos/& hęreſes apud græcos de
ſignant:quę verba nõnullorꝫ uſus deflexit a vero ſignificatu. Si poſuiſſem pro fa
ctione vel hereſim/vel ſectam:qđ recte & latine potuiſſem facere: aut ſi cõſpiratio
Cõſpiratio onem:quã Cicero in bonã ꝑtem ſcribit/cõtradixiſſes quoq;/ac me vbis male uſuꝫ
dixiſſes. cum neq; heretici Veneti eſſent:neq; ſecta inter eos : aut aliqua cõſpiratio
vigeret:quas plurimi in peiorem ꝑtem diducũt. Ego igitur cum ſcirem in Vene
torum re pub. nullam manifeſtam neq; factionẽ/ neq; ſectam : idem eñ ſentiunt
om̃es:diuiſio tñ ſit populi/& ea non parua a nobilitate:non factionẽ/ſed veluti ſa
ctionem ſcripſi:non ad culpam aut ignominiã ciuitatis / ſed ad oſtendendũ id qđ
neq; tu inficias ibis:nobilitatẽ eſſe a reliquo ppl̃o ſeiũctam:eoſq; dici nobiles/ qui
fungi poſſent muneribus ciuitatis. cæteros vero etiam ſi Socratem/vel Platonem
ſapientia/aut Ariſtidem vel Catonẽ virute ſuparent / ignobiles haberi. Quod ꝗ
æquum aut verũ ſit/tuo iudicio relinquo. Nam ꝙ factioſum malę ſignificatiõis vũ
eẽ: id ego aſſentior tibi. Sed nequaq; ſequit̃ ex eo : ut factio propterea accipi de
beat in malũ ſenſum. Vinum quidem nullus ſanę mentis reꝑhenderit/ ut vbum
ſignificationis malę:at vero vinoſum omnes. Idem de muliere/& capite dici licet:
quorꝫ denoĩatiua in deteriorem ſignificatum vertunt̃. Q. aũt Noniũ Marcellũ &
Pompeiũ Feſtum in teſtes attuliſti:ſcias me multo pluris facere Liuij auctoritatẽ
ꝙ illorũ opinionẽ. Q; q; & Feſtus mecum ſentit : qui antea honeſtũ id vocabulũ
fuiſſe dicit. Et ꝗ Salu̾ſtij in Catilinę bello refert Marcellus ſcriptũ eſſe : neq; q̃ in eo
libro qđ in eo codice eſſet reperient̃. Verumtñ ſatis eſt mihi/quicqd illi ſeruari apđ
ſe dicant:me nõ veterẽ & caſtam illã ( ut aiũt ) ꝗ iam obſoleuit / ſed Titi Liuij ꝑpis
Excuſat errorem. doctrinã fuiſſe ſecutũ. At vo ſecundũ/qđ quidem grauius eſt:in quo ſcripſi nõnul
los qui ob aliqđ eorꝫ inſigne facinus in rem p. admiſſum:etiã ſi ſcelere aliquo pro
fuerũt / nobiliũ numero adſcriptos adſciſci ad munia ciuitatis. Secus eſt atq; a me
ſcribat̃:idq; falſum eſſe põt ut ſcribis/ſed nullo pacto calũnioſum. Non eñ quicq;

calumniandi contra ampliſſimã atq; ornatiſſimã ciuitatẽ a me dictum cogitatũue fuit. Sed quia quę a pluribus olim intellexeram/ vera eſſe exiſtimaui. Requires forſan teſtimonia aut eorũ qui id protulerũt: aut eorum qui ſcelere profuiſſe dicant. At ego illos non teneo memoria: ſi quę etiam noĩa occurrerent/ in honoris gr̃a minime a me nominarent: potiuſq; plane confiterer me erraſſe/ q̃ ignominiam alicuius cõiungerem cum mea defenſione. Sed attende queſo/ quomõ ea verba ponant: & remittes paulũ de iudicandi ſęueritate. Non dixi: ob inſigne ſcelus/ ſed facinus: non qui ſcelere profuerit/ ſed etiam ſi profuerit: ut non id factum omnino fuiſſe/ ſed potius fieri poſſe demõſtret. Ita nulla in re lęditur exiſtimatio nobilitatis veſtrę: cum etiam multa fieri a ſapientibus poſſint/ a quibꝰ illos videmus abſtinere. Non ego Reges & Principes plurimos eſſe a vobis ciuitate donatos: ſicuti & illi neſcio qui/ memoria eĩ exciderũt: primũ Herculem/ deinde magnũ Alexãdrum ciuitate donarũt. Sed non cõcedam illos a vobis nobiles eſſe factos: quippe cum plures eorum ſe affirmarent veſtris ciuibus nobiliores. De illis meus eſt ſermo/ quos (ut verbo veſtro utar) gentiles homines facere p̃dicatis: quorũ in numero neq; Reges/ neq; Principes quos cõmemoras ſe eſſe fatebunt. At vero paulo amplius progrederis q̃ ratio poſtulet ſcriptorũ meorum. Dicis ſceleratos hoĩes a vobis ſolere puniri. Id ego quoq; aſſentior: ſed tamẽ eos qui in veſtram/ non in alterius p̃niciem machinant. Sed hoc quid ad rem noſtram cõfert? Nullus tibi cõceſſerit: ut qui ſcelus aliquod aliq̃n cõmiſit/ dici debeat ſceleratus: neq; qui aliquãdo iniuſte egit/ iniuſtus. Poteſt quiſpiam ſcelere prodeſſe/ neq; plecti ut ſceleratus: põt & ſceleratus qui nunq̃ nobis profuerit pœna affici. Non audeo efferri plures qui olim noſtram rem p. pręmio poſtmodũ accepto/ ſcelere adiuuerũt: ne cuius honorem offendam. Romanos/ de quorꝫ geſtis liberior eſt loq̃ndi facultas/ ſcimus pręmijs ſingularibus affeciſſe multos: qui etiam proditione patrię rem Romanã ſubleuaſſent: neq; propterea Romanorꝫ virtus obſcurior euaſit. Si veſtra res pub. ſecus agit: ſummope talium virorũ virtus laudata eſt. Ego mi Gregori/ nihil ſenſi quod crederem ſpectare vel ad paruulã offenſionẽ tuę ciuitatis. De ſcelere nihil mendacij confinxi: exiſtimans minime falſa quę audieram fuiſſe. quod ſi factum nunq̃ fuit: neq; id ego affirmo. parum id affert pręiudicij. Exemplũ ꝙ aliqđ requiris: etiam ſi qua ſuppeditarent: tamẽ mallem erratũ fateri cauſęq; ſuccumbere: q̃ notã aliquã inurere cuiuſq; mortui/ aut viuentis famę. Cupio vigilias meas quas cõmendationis gr̃a ſuſcępi/ eſſe omnibus gratas: neq; verti in obprobriũ aut odiũ alicuius. Itaq; quę tibi vident emẽdatione digna/ corrige arbitratu tuo. neq; eĩ in hoc ulla mea utilitas/ ulla ſalus/ ulla honoris cõtentio continet. Quæ ſcripſi/ ſunt edicta ad utilitatem cõmunem: & non ad aliquorũ offenſionem. Tibi vero gr̃as permagnas ago pro tuo ſingulari in me beniuolentia: nam te video fauere honori meo: neq; velle a me cõmitti qđ poſſet vel rep̃henſione/ vel maliuolentia dignũ videri. Sed inter cætera tua ſcribẽdi modeſtia atq; humanitas fuit mihi gratiſſima: ut plane epiſtola tua tuę virtuti & ſuauiſſimis moribus conuenire videat. Vale. & me ut facis ama. Florentię die octauo Aprilis. 1440.

Excuſat aliud.

Poggius florentinus Iacobo Foſcaro. S.D.P.

Ciriacus noſter Anconitanus Venetias venturus/ rogauit ut ad te aliquid ſcriberem: nullo eĩ modo ſine meis litteris profecturũ ſe dixit. Ego (q̃uis nihil ſit qđ ad p̃ſens ſcribendũ videat) tamẽ ut ſatiſfaciã tum Ciriaco/ tum meę in te beniuolentię: idip̃m nihil eſſe qđ occurret ſcribendũ duxi. Silui mi Iacobe tecuꝫ diutius q̃ ferat mea cõſuetudo. id accidit nõ obliuione tui: ſed tum occupationibꝰ/ tum incuria quadã & tędio ſcribendi. Sunt etiam ſenes/ q̃lem iam me eſſe profiteor/ in rebꝰ agẽdis tardiuſculi. Grauis inſuper caſus quo te fortuna p̃culit: fratris ſcꝫ amantiſſimi obitus/ me cõtinuit a ſcribendo: ne vel conſolando recrudeſceret obductum

Silentiũ excuſat

iam tempẽ vulnus:aut nihil de ea re loquendo/cum eſſet grauiſſima/parũ amo
ris oſtenderẽ erga virum amantiſſimũ mei.Sed hæc diligentia reſarciri poſſunt:q̃
uis incipiã eſſe negligentiſſimus.Ego tuus ſum,ſi quid eſt qd' me velis ſcribere.ef
ficiam profecto/ut cognoſcas Poggiũ tibi deditiſſimũ. Cõmendo tibi Ciriacũ do
ctum & bonorũ ſtudioſum. Vale.& me ama.Ferrarię.

Poggius viro inſigni Andreolo Iuſtiniano S.D.P.

Non reſpondi antea litteris tuis:neq; tibi gr̃as egi pro muneribꝰ quę ad me mi
ſiſti:propterea q Franciſcus piſtorienſis qui ea detulit:adeo ſuis mendacijs/quæ
plura ſunt verbis mihi ſtomachũ cõmouit:ut nõ poſſem quieto eſſe animo ad re
ſpõdendũ/pſertim cum de eo mihi ſcribendũ eſſet/qui longe abeſt a bonĩ viri mo
ribus/q̃lem eum eſſe exiſtimabã.Itaq; compreſſi calamũ quoad refrigeſceret indi
gnatio quã erga eum cõcepi,Sed ne nunc qdem cõtinere manũ potui/quin para
lum q̃rar leuitatẽ hoĩs (ut verbis leuioribus utar) ac vanitatẽ.Nam cum is olim
in primo ſuo ad Grȩciã acceſſu/multa mihi ſcripſiſſet/maria ut aiũt & montes pol
licitus:cum ſigna plura ad me ſe delaturꝫ promiſiſſet tua:ſuaq; pariter opa adinuẽ
ta:non ſolum poſtea non attulit ad me/quę totiens ſuis lr̃is pdicaret quęcũq; tu ei
tradideras mihi deferenda : ſed cũ Sufretus qdã rhodius ei cõſignaſſet tria capita
marmorea/& ſignũ integrũ duorũ fere cubitorũ:quæ Frãciſcus ſe ad me allaturꝫ
promiſit:capita q̃dam dedit/ſigno aũt me fraudauit:aſſerens id ſibi infirmo corpo
re e naui eſſe ſublatũ.In quo ut cõijcio/manifeſte mẽtitus fuit. Non enĩ marmoris
ſculpti Cathalani cupidi ſunt:ſed auri/& ſeruorũ quibus ad remigiũ utanẽ.Capi
ta vero illa quæ mihi tradi volebas:nõ Cathalani vi aut ferro ſubripuerũt/ſed Flo
rentiã ſunt cõportata:quę ille qbus voluit donauit. Quæ cũ ego moleſte ferrem:
tñ promiſſionibus ſuis credens:cum in Græciã rediturus eſſet ; cupiebã enĩ pſen
tem iniuriã futuro bñficio cõpenſari:nihil de ea re ad te ſcripſi. Adde q cũ ille ſecũ
detuliſſet q̃dam capita impſſa in cȩra/aptiſſima ad obſignandũ lr̃as:idq; ſe tuo mã
dato feciſſe teſtaretꝫ:ut aliqd' elicerẽ qd' ad me deſtinare cupiebas : nõ modo ſignũ
non attulit/cũ illũ multis ad id ṽbis hortatus eſſem : ſed alia inſup ꝓmiſſione eluſ
ſit.Primę lr̃ę quas ad me ſcripſiſti/capite quodã ſatis venuſto erant obſignatę:qd'
ille noĩe tuo mihi ꝓmiſit:cũ ille nunc in aduẽtu ſuo (nouiſſime enĩ lr̃ę alio capite
ſignatę erant) nihil ſecũ tuliſſet.Dixit item te ſecundũ ſignũ mihi ſi id cuperẽ tradi
turũ:qd' idem etiã alteri ꝓmiſit.Capita ṽo quæ ad me per eum miſiſti/curauit ut
Coſmo traderentꝫ:mihi ſimulãs/ſe egreferre q in manus alterius deueniſſent.Coſ
mo vero qui hic eſt/dixit ſe illis gr̃as agere q illa accipe dignatus eſſet:& ſimul illi
quoq; ſignũ quo ep'lam obſignaſti/qd' eſt Traiani caput:ſe daturũ opam dixit ut
ſibi tradereẽ.Itaq; vides quãta hoĩs huius ſit fallacia/quãta ṽboſitas: quãta ṽborũ
officina, Scio ego:neq; hoc exprobrãdi cauſa dico:quantũ mihi Frãciſcus debeat.
Scio quę mea fuerint in illũ officia:taceo beniuolentiã/charitatẽ/amorẽ/quo illũ ut
virum bonũ cõplectebar: ut paulũ iſta abſterrere hoĩem debuiſſent/ne me toties
fallendo decipet.At illũ non ſolũ prioris errati non pœnituit/ſed illud maiore frau
de cumulauit,Redddiit tñ nũmiſma aureũ:cultellos:& itẽ munuſcula quę pclariſ
ſima fœmina uxor tua/ad meã uxorẽ deſtinauit:quę fuerũt ambobus gratiſſima.
Pro his ago tibi lr̃is gr̃as:q̃nquidem re ipſa non poſſum . Dona tua Põtifici me int
medio ſunt reddita:quę ille grato aĩo cępit. Diſpenſatõem pro filia tua nubenda
ego ſolus procuraui:feciq; ut ſatiſfacerem aliq̃ ex parte meritis in me tuis/pro ea
vero nihil expenſum eſt.Reliquorꝫ vero quę q̃rebas/curã Franciſco reliqui:ut ea
procuret apud eos quos pluris q̃ me fecit. Sed niſi cito deficiam/reddam ei bñficiũ
cumulatũ.Hæc q̃ ſcripſi vera eſſe ſicut euangeliũ puta.nulla in re mentior.ſcripta
ſunt ex ipius ore ṽitatis.Si q̃ deinceps a me velis: aut ſi quid amplius ad me mitte
re volueris:nulla in re utaris opa/aut interceſſione Franciſci.qui enĩ pſentem deci

In Frãciſcũ Piſtorieſeꝫ.

Cõmiſſorũ expeditõeꝫ ſignificat.

pere nõ eſt veritus: mlto audacius fraudare abſentẽ nõ formidabit. Sum tecũ de
eo pro ſuis opibus parciſſime locutus. Hæc ad te ſcripſi manu feſtina. Saluta lepiſ
ſimam mulierẽ uxorẽ tuam/ & ſimul filiã/ meis & uxoris meę verbis. Ego mi An
dreole tuus ſum. Vellem tecũ aliqd rerũ meaꝝ pticipare: ſed cui tradã neſcio. Scri-
bas mihi ad quẽ Ianuę ea mittere poſſim / qui illa curet ad te deferenda. Vale. &
me ama. Vellẽ ego ſignũ aliqd' aptũ ad ſignandũ litteras: ſi qd' habes ſupfluũ uſui
tuo/ qd' qdem egregiũ ſit: rogo per amicitiã nr̃am/ ut ullum mihi elargiri digneris.
aliq̃ in re alia munus recognoſcam. Ferrarię die. xv. menſis Maij.

Poggius Leonardo Aretino. S.D.P.

Oblata eſt mihi mi Leonarde/ inſulſi ac ridiculi hoĩs/ tibi vero notiſſimi C. A.
epl'a q̃dam ſcripta ad te: quã ſtultus ille ac mente inops ceſaream appellat. Eam cũ
legiſſem/ neſcio riſu ne/ an ſtomacho maiore cõmotus ſim: vidẽs & veſaniã hoĩs/
ṽboſam loquacitatẽ/ & impudentiã ſcribendi. Riſi qdem primo nõ mediocriter: In cuiuſdã
hoĩem leuem/ inſulſum atq; incõſtantẽ/ tam ṽboſam cõgeriem adeo inepte cõglu inſulſaꝫ epi
tinaſſe: ut quid dicat/ neq; qui ſcripſit ſciat: neq; qui legant: niſi diuinare velint/ que ſtolam.
ant legere aut intelligere. Gręca prima latinis mixta/ ṽba inepta/ latinitas mala/ cõ
ſtructio incõcinna/ ſenſus nullus: ut vera reſponſa Phoebi ſubobſcura / aut dicta
ſphingis eſſe videant: quę p̃ter Sibyllam intelligit nemo. Indignatus ſum ṽo pau
lum: q ſtultus ille quẽ nunq̃ ne ṽbo qdem offendi: petulanť ac pterue in me im-
petũ faciat: ſcripſiſſe me inſane & temerarie dicens: q Scipionẽ in q̃dam diſputati-
one inter me & Guarinũ nup habita / p̃tulerim Ceſari. Rõnem vero nullã affert
ſuę ſententię: neq; Ceſarem ipm laudat/ ſed ſolũmodo putat ſummũ eſſe ſacrilegiũ
contra Ceſarẽ loqui. Idq; pro rõe ducit: q ſecũ ſentire ait quoſdã hoĩes inauditos/
obſcuros: qui viuant ne/ an mortui ſint/ Apollo eſſet delphicus cõſulendus. Sed cũ
totaꝫ fabellã odioſam atq; ineptã uno ſpũ decurriſſem: depoſito ſtomacho/ animũ
meũ ad riſum cõuerti: cõſiderans quot mõſtra hoĩm ſint/ & quanta ſtulticia verſet
in terris: ut iam alter Hercules eſſet ab inferis excitãdus ad pdomanda hæc prodi-
gia q̃ non ṽbis opprimẽda ſunt: ſed claua & fuſtibus caſtiganda. Sciebam C. ho-
minẽ eſſe loq̃cem/ ſtolidũ/ ṽboſum/ & tanq̃ moleſtã cicadã auribus hoĩm pſtrepẽ
tem. Sciebã eum indoctũ/ dicacem/ & veluti ſcurram quendã infeſtũ/ vagum/ atq;
inſtabilẽ/ tanq̃ Scytham nullã habentẽ neq; animi/ neq; corpis quietẽ: qui in latino
ſermone ſepiſſime ut puerulus labiť: nulla in re doctus/ pterq̃ inani ṽboꝝ iactan
tia & ſono. Sed tñ non credebã adeo progreſſurã dementiã ſuam: ut etiã in me vel
let incurſare. Eſt profecto maximus oĩm morbus ſtulticia: qua qui laborat/ parũ
diſtat a beluis. Quis unq̃ opinatus eſſet hunc barbatũ ſatyrũ bellũ mihi ſine cau-
ſa indicturꝫ / pro Ceſaris mortui cauſa: q ne ſe viuũ qdem tueri põt famelicus mẽ-
dicus/ & ęre alieno viuẽs. Atqui hũc ſi Ceſar viueret/ pro eius ſtulticia veluti abie-
ctum ſeruũ ad beſtias deputaret. Vir doctiſſimus Guarinus nr̃/ cũ cõtra me cãm
Ceſaris ſuſcepit: aliq̃ verboꝝ moderatõe uſus eſt. At ṽo hic muſca importunior/
moleſtior culice/ indoctus/ inſulſus loq̃x: inſanũ me/ dementẽ/ temerariũ exiſtimat
q videor ſentire cõtra inſtitutorẽ ut ait monarchię: quã neceſſariã putat ad regi-
men gentiũ: laudans Impatores/ & rem p. Romanoꝝ vitupans. Quid huic aſino
in̄deas bipedali tardo atq; incõpoſito/ nato ad ſeruitutẽ: qui eſſet non ṽbis/ ſed ba
culis coercendus. At hic me quondã amicũ ſibi fuiſſe dicit: adſi maxĩa a me ſit iniu-
ria affectus q cõtra Ceſarẽ ſcripſerim pro laude Scipionis. Sed dij boni q̃ ridicule
ſuam hanc cõtexuit loq̃citateꝫ. Fingit ſomniaſſe ſe redeuntẽ e Græcia: ex qua leui Ridicula re
tatem & inſaniã aſportauit: atq; in ſomnis aſtitiſſe ſibi muſas neſcio q̃s / ac contra preſſio ſtul
me pro Ceſare locutas. Deinde miſſum ad ſe ab Ioue Mercuriũ/ qui Ceſarẽ tuere ticię.
tur: & fuiſſe illũ eloquentẽ/ prudentẽ/ humanũ: & multa p̃terea doceret de his quę
olim a me ſcripta erant. Verbũ nullũ: tota cõfictio ridicula & ſomnijs C. digna. qui



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſi ea nocte paulum quid plus bibiſſet/ipe in cœlum ad Iouem ipm aduolaſſet: nō
Mercuriũ ſtulticię ſuę finxiſſet nunciũ. Sed errauit a ſpectu paulũ homo veſanus
graui oppſſus ſomno. Quas eñ muſas putauit/cornicule & ranę extiterũt: quarũ
alterę coaxantē illius loquacitatē/alterę mentis vertiginē repſentabant. Nam qd
ſtulto illi cōmune cum muſis: qui nihil niſi garrire nouit impitiſſimus oīm qui vi
uant? Orpheum ſe aut muſęũ extimauit/ad quē muſarũ chorus tanq̃ ad Atacē
ſuum proficiſcerent. Iouē pterea minus ocioſum: cui magnę curę eſſent fanatici
hoīs ſomnia. Recte tamē per ſomnũ muſas ſecũ locutas ſimulat. Si eñ ad hoīem
vigilantē verba feciſſent: aliquid forſan ab eis diſcere potuiſſet. Nunc cum nihil li
terarũ ſciat: cum ſit oīm quos norim ſtultiſſimus: quicqd nouit/cum parum id ex
iſtat/rectiſſime ſomnũ id teſtat̃. Et ne hoīes fraudet homo liberalis/ipſe etiã hoc
litteris mandauit. Nunq̃ quicq̃ verius aut ſcribere/aut loqui potuit C. q̃ ſe ſom
niare cum ſcribit/aut loquit̃. Quę cum vere ſomn[illegible]euia & C. digna: indigniſ
ſima ſunt quibus reſpondeat̃. Hæc vero poſt riſum ad retundendam illius petu
lantiam ad te ſcripſi: ut tu quoq̃ rideas/ſi epiſtolam quam circũferre ad oſtentati
onem cęperit/ad te deſtinauit. Vale. Ferrarię pridie Kaleñ. Aprilis.

Poggius Ioanni Spelmibergeñ. S.D.P.

Confiſus dudum non eloquẽtia/quę nulla in me eſt: ſed tua humanitate atq̃ in
me beniuolentia: miſi ad te diſputatōem habitam nup a me cum Guarino noſtro
ſup Scipionis Cęſariſq̃ pſtantia: quã tibi placuiſſe ſummę eſt mihi voluptati. Sed
vide ne tuus amor fallat iudiciũ quod fers de rebus meis. Vereor ne tua affectio
erga me amplius ſentire te cogat/q̃ veritas patiat̃: gaudeo tñ ſi qua in re ſatiſfacio
rem tibi. Neq̃ eſt opus ut te excuſes tarditatis in ſcribendo. Semp ſit cito/quod ſit
bene: neq̃ vero eiuſmōi res erat ut feſtinatōnem poſtularet. Epl'a tua hodie mihi
fuit reddita: & is qui attulit ſe poſtridie receſſurũ affirmauit. Rogaui tamē ut redi
ret: nam ſi quid eſſet ocij me promiſi tuis lr̃is reſponſurũ. Sumpto itaq̃ calamo ma
nu feſtina hæc ad te exaraui/ne rediret vacuus. Al's ad te ſcribam pluribus. Si am
plius tempis fuiſſet: feciſſem tranſcribi aliquas epl'as/quas ſpero tibi non iniocun
das fore. Sed ſi quis denuo ad nos veniat: facito ut mecũ loquat̃: parabo interim
aliqua quę ad te deferant̃. Vale. Ferrarię. ij. Maij.

Poggius florentinus Guarino ſuo S.D.P.

Hodie accepi a te lr̃as/& ſimul a doctiſſimo viro Ioanni Spelmibergeñ. cui re
ſpondi paucis verbis: qm̃ pluribus ſcribendi tempus non dabat̃: cum is qui attu
lit litteras/diceret ſe in poſtoſterum diem diſceſſurũ. Itaq̃ & tecum ero breuior q̃
vellem. Feciſti rem mihi gratiſſimã qui reddidiſti libellũ meũ Iōanni. Q. vero pe
ſtis cauſa fuit cur tardius traderet̃: parendũ fuit tempis iniquitati. Neq̃ tamen in
hac tarditate aliqua iactura facta eſt: quare nulla opus eſt excuſatione. Q. ſcribis
eſſe nōnullos mihi amicos viros graues ingenio & doctrina pſtātes: eſt mihi etiã
atq̃ etiam ſumme gratũ. vellem ut id meis meritis tribui poſſet. Sed totum profi
ciſcit̃ ab eorũ beniuolentia/qui mea pluris faciunt q̃ ſit ęquũ. Gaudeo tamē quę
cunq̃ eius rei cauſa ſit: me diligi a mľtis. cum nihil ſit in hac vita pſtantius q̃ id age
re: ut multorũ beniuolẽtia dignus eſſe videaris. qď egregię virtutis ſignũ eſſe con
ſueuit. Sed q̃uis nulla in me virtus exiſtat: lętor tñ habere aliquam de me virtutis
opinionē. cum id & ad laudem cōferat: & ſit veluti incitamentũ/ut tales conemur
euadere/quales eſſe exiſtimamur. Sed hæc hactenus. Scripſi hæc manu feſtina/
ut potius pauca ſcriberē q̃ nihil. Vale mi ſuauiſſime Guarine. Ferrarię. ij. Maij.

Philippus Maria Dux Mediolanus/eruditiſſimo viro amico noſtro
dilectiſſimo Poggio ciui Florentiñ. ſecretario apoſtolico S.D.P.

Ex quorundā noſtroꝝ relatione fidelium intelleximus eruditiſſime vir/amice
noſter dilectiſſime:ſæpenumero te q̄ſitum extitiſſe: Florentinos ciues a nōnullis
impudenti quadā & ſatis proterua appellatione cæcos dici:eamq; probatiſſimis
& optimis viris falſo inſcripti nomīs infamiā/a nullo melius q̃ a dignitate noſtra
poſſe deleri. De qua laudabili profecto aſſertione & voluntate tua non mediocrē
voluptatē lęticiamq; ſuſcepimus: cum nihil a te niſi ſyncera & recta rōne/ niſi pru-
dēti/ maturoq; conſilio credamus iudicari. Et profecto ea digna ſapiētia & virtu-
te tua extimatio videt̄ eſſe: quę nō minus dignitati noſtrę pro mutua inter nos be
niuolentia/ q̃ ciuiū illorū claritate videat̄ cōſulere. Quid em̄ laudabilius / quid ho-
neſtius: q̃ eam nos potiſſimū impendere opam/ex qua optimorū omniū/& in pri
mis amicoꝝ noſtroꝝ fama reuireſcat? Quid etiam iniquius: q̃ eos falſis inquinare
rumoribus/quorū fides/pietas/integritas om̄i deniq; in re prudētia ſpectata eſt?
Tuam igitur erga illam fl[illegible]ſſimā ciuitatē/ſingulareſq; cōciues tuos charitatē/
nec minus extimatōnem dignitatis noſtrę cōmendamus: laudamus: admiramur:
& ita nos aīatos in futurū pollicemur/ut quotidie magis hoc animo noſtro pon
deremus. Ceterum ut ad rem ſpam accedamus: nō immerito nobiſcum ſoles indi-
gnari: tantā apud ullos vanitatis valuiſſe opinionē: ut Florētinos ciues nō noſtra
ſolum/ſed cunctorū ferme ſentētia doctiſſimos / cæcos auſint appellare. Quę q̃ id Florētinos
ex inuidia quadam magis q̃ ulla aut ratione/aut veritate putemus contigiſſe: ut non cæcos
clariſſimis viris tantopere nōnulli conent̄ illudere. Quis enim adeo omniū rerum eſſe.
ignarus queat repiri: qui cum vrbis illius pulchritudinē/ ornatum intueat̄: tum
ciuium moderationē/prudentiamq; intelligat: eos cæcos arbitret̄/a quibus ſingu-
la tanta ratione ac diligentia regi ſoleant: ac non potius ſeipm non oculis modo/
ſed ingenio captum ſentiat? Nos enim qui nulla affectione/nulla inuidia aut ma-
liuolētia ad iudicandū adducimur: tantum abeſt ut eos cæcos arbitremur/ ut oīm
prudētiſſimos & oculatiſſimos potius eſſe fateamur. Nam ut paulo altius ſermo-
nem repetamus: quæ nam urbs memoria noſtra quibit reperiri: quæ proſperis in
rebus ęquitatem ac moderationem / in aduerſis fortitudinem Florentino popu-
lo parem viſa ſit preſtitiſſe? Non enim priuatim dumtaxat huic vel illi ciuitati be
neficia contulit: ſed uniuerſę ſimul Italię tranquillitatem/ac pacem impendere co-
natus eſt. Cuius rei cum multa ac præclara extent monimenta: illud vel in primis
admiratiōe videtur eſſe dignum. Quippe cum maxima & grauiſſima bella cum
maioribus noſtris geſſiſſet hic populus: adeo aduerſus omniū vires indefeſſum ſe
pugilem pro libertate ſua præſtitit/ut cunctorū bellorū ſemp idem finis illi fuerit:
tuta Italię pax/& ſecura tranquillitas: nec unq̃ cum ſociorū ſuorum iniuria impe-
rium ſtuduerit perire. Qua in re tanta ab illo humanitas pietaſq; erga me pupil-
lum adhuc/& ſcutum noſtrum maliuolorum quorundam ſuggeſtione ruentem
oſtenſa & obſeruata eſt: ut diuini illius beneficij memoriam / nulla ex animo no
ſtro exceptura ſit obliuio. At vero proximo bello / quod a nobis pro gloria & di-
gnitate ſolum cum Florentino populo geſtum: quanta ab illo diligentia/ auctori- Florentino
tate/conſilio/ prouidentia conatibus noſtris occurſum fuerit euentus docuit: ut rum laus.
hæc unica urbs quaſi iure quodam gentium libertatem vendicaſſe: nec ulla aut
inimicitia/aut maliuolentia/ſed pro gloria nobiſcum putetur contendiſſe. Nem-
pe ſi uniuſcuiuſq; officium eſt patriam tueri / & libertatem propriam defendere:
quis Florentios ciues accuſet: aut odio dignos cēſeat: qui ita ſe ad rei publicæ tute
lam contulerunt/ita in hoſtes fuerunt animati: ut nihil impie/nihil auare/nihil cō-
tumelioſe credātur egiſſe? Sed totis Italiæ ſuorūq; fortunis penſitatis/odia ſemp
cū armis poſuere: nec ſecus priſcę ac romanę p̄bitatis veſtigia imitati/ a q̃ originē
duxiſſe referunt̄: illius claritatē videant̄ æmulaſſe. Hæc nobis profecto non cæci
ac hebetis/ſed vigilantiſſimi prudētiſſimiq; conſilij vident̄ eſſe ſigna. Siqdem opti

marũ rerũ notionẽ non vulgi opinione/ſed cõſilio/prudentia/aucte metimur. Illa
vero nõ minore laude putamus celebranda/q̃ domi & in pace vr̃a in rep. magno
in honore ſemp fuere. Semp em̃ in illa cõſilij grauitas fuit/ integritas / cõtinentia/
minima alieni ambitio/ſui diligens cuſtodia/amicorꝫ charitas/ profugiũ oĩm bo
norum/tum artiũ liberaliũ ſtudia:talis deniq; moderatio / ut nihil potius q̃ Italiæ
pacẽ dare:afflictos tueri:ſupbos cohibere:& fidem oĩ auro utilitatiq; anteferre/
ſanctiſſimus ſenatus veſter puteẽ cogitaſſe. Quid de religionis cura & tẽplorꝫ or
natibus referam⁹: in qbus adeo urbs vr̃a credit̃ excellere:ut cum nõnullę Italię ur
bes una aut alia in re habeant̃ pclarę:hac ſola maxime non inferiores tñ/ſed bar
barę quodãmodo cenſeant̃ eſſe. Hęc aũt cum oĩbus nota ſint/ad eximiã veſtrę
ciuitatis lua dẽ nõ putamus reticenda:q̃q; multa a nobis breuitatis cauſa cõſulto
omiſſa ſint. Sed hęc ipa recenſere viſum eſt:ut oĩbus plane notũ fiat:nõ cæcos/ſed
oculatiſſimos ( ut pdiximus ) hmõi fore ciues [illegible] non pſentia ſolũ/ſed pterita
ac futura cõſiderari ſolent:& qui ex oĩbus quę ad tranquillitatẽ ac pacem pcipue
cõducant nouerint eligere. Tales igit̃ nos viros nõ amabimus: nõ amplectemur:
nõ in delicijs ſumus habituri:nõ ſupra oĩm ingenia videre cõfitebimur? Nos qui
dem illos ut dignũ eſt/oĩ cura/diligẽtia/amore pſequemur: quantoq; maior ob
gloriã cõtentio belli nobis cum illis fuit/tanto beniuolẽtię charitas obſtrictior/ &
fides indiſſolubilior ſemp erit:ut nihil tam magnũ aut arduũ excogitari queat/ qđ
ab eorũ fraternitate & beniuolẽtia amplius poſſit auertere. cum antiquior apud
nos vtutis honos ſit/q̃ Imperij aut diuitiarũ ulla cupiditas. Quã obrem eruditiſ
ſime vir nihil eſt qđ hmõi rumores magnifacias/aut quidpiã inſipientũ voces ad

Laus vera

laudem aut vitupatõem exiſtimes cõferrre. Ea demũ vera laus eſt/ quæ a lauda
to viro proficiſci ſolet. Vnica clementię & virtutũ operatio laudẽ promeret̃. Ver
ba aũt ſi nihil amplius q̃ bonorꝫ calumniã prę ſe ferant : cõtemnenda ac nullius
momenti habenda ſunt. Nos aũt oĩ cura diligentiaq; pſtabimus: ut tuam iſtam
de nobis extimatõem q̃ gratiſſimã noſtrę dignitati fuiſſe intelligas:nec minus cõ
ciuiũ tuorꝫ amicitiã ac fraternitatẽ amplectẽtes/totis viribus augemus/ut eorꝫ be
nefacta in lucẽ prodeãt. Ad quorꝫ qdem nõ laudẽ ſolũ/ſed utilitatẽ ac ptectõem
ſtatus/rerũq; ſuarꝫ/pſonã/opes/facultates deniq; ( quo nihil antiquius nobis eſt )
incõcuſſam fidem pollicemur:& oĩa ipis grata offerimus lęto corde:diſpoſiti quę
cũq; facere ex qbus honos decuſq; ſuccedat florẽtiſſimę urbi veſtrę:cuius ſolidã
ac fœlicem exoptamus libertatẽ. Vale amice noſter dilectiſſime. Ex caſtro no
ſtro Portetenis quinto Kalẽ. Auguſti. 1438.

Illuſtriſſimo Principi dño Philippo Marię
Anglo duci Mediolañ. Poggius S.D.P.

Niſi vererer adulatoris nomen;a quo ſp abhorrui: pclariſſime ac pſtantiſſime
Princeps:laudarẽ pluribꝰ vbis egregiã tuam pfecto q̃ mecũ uteris in ſcribẽdo hu
manitatẽ. Quid em̃ humanius/qđ benignius fieri aut excogitari potuit: q̃ tantũ
ac talem principẽ/ſæculi nr̃i pcipuũ lumẽ ac decus:in quo priſca illa vtus ac probi
tas Italorꝫ relucet:ultro ſcribere ad virum puſillũ/ignotum ſibi / nullis præſertim
litteris prouocatũ. Equidem tanto magis hæc tua humanitas atq; animi ęquitas
extollenda eſt/quanto eam excellẽtiori in dignitate collocatã videmus. Sunt qui
humiliori in loco cõſtituti/etiam cõpellati litteris ſcriptores/ cõtemnũt ac ſcribere

Gratulat̃ Prĩcipis hu manitati.

inferioribus dedignant̃. At vero tua præſtans virtus & excellens quędam animi
magnitudo verbis ſolũ meis admonita/tantũ mihi ſcribere dignata eſt:ut ipis litte
ris me collaudare/pr̃iam laudibus extollere/ & ſuam erga illius ſtatũ & cõmoda
egregiam mentis affectionem ſcriptis notam eſſe voluerit oĩbus: ad oſtendẽdum/ſi quis ſecus ſentire videret̃: q̃ ſyncerus ſit erga nos animus tuus: q̃ prom
ptus ac firmus ad mutuã beniuolentiã atq; amicitiã conſeruandã. Quod eo mihi

fuit iocūdius legere/ quo plus fidei/roboris atq; auctis ſcripta q̄ verba ſolēt hoīb9
afferre. Gratū extitit mihi:laudari abs te Principe oīni laude ornatiſſimo:cuius iu-
diciū apud oēs magnū pondus habet. Sed illud mł'to mihi gratius atq; acceptius
fuit:a ius vicꝫ que ad meā rem p. oñdiſti. Nam cū exqſitis v̄bis Florentiā urbem a-
deo grauit copioſeq; laudaueris/ut nihil fere amplius ab hoīe amiciſſimo dici po-
tuiſſet:maximū erga eam videris beniuolentię teſtimoniū præ te ferre. Adde q̄
non ſolū laudes nr̄as ꝓſequeris elegantiſſime:ſed etiam tuū in nos amorē profite-
ris:tueriſq; nos velut propria in cauſa ab eoꝝ vulgo/ qui cecos appellant Floren-
tinos. Hoc mihi maximū p̄ſtat ac p̄cipuam voluptatē: qm̄quidē has lr̄as exiſtimo
ad me miſſas tanq; certiſſimū pignus amoris erga nos tui. Non em̄ ad adulandū/
( quid em̄ minus egregiū Principem decet:aut quę in vitio adulationis ineſſet uti-
litas? ) a te referri iſta iudico:ſed ad demōſtrandū quis ſit tuus animus in populū
Florentinū. Nec em̄ tam ornate/tam copioſe ſolemus laudare atq; extollere v̄bis
eos/a quoꝝ utilitate et cōmodis mēs nr̄a eſt alienior. Itaq; ea vere & ex aīo a te ſcri
pta eſſe cōfido:& qd' lr̄is polliceris/ipo ope cōprobaturū. Fuit olim inter maiores
tuos & Florētinos ciues p̄rima de gloria & dignitate cōtentio : quos inter nō odio
aut crudelitate certatū extitit/ſed de p̄ſtātia & laude dimicatū. Factū eſt id palam
poſt obitū excellentiſſimi atq; oīni laude digniſſimi Principis p̄ris tui:cum ruente
ad bellū/& ſeipam ſeuo Marte cōficiente Lombardia/Florentini ſemota bellorū
cura/paci & ocio cōſuluerūt. Et cum ad delēdū Imperiū p̄clari tui generis & ſan-
guinis ſæpius inuitarēt:tamē quia nullis odijs / ſed pro libertate tm̄ ſua cum patre
tuo cōcertauerant:ſecuri rerū ſuarꝫ/quieuere ab armis:ſatis ſibi eſſe factum arbi-
trantes/ſi ꝓcul a belli ſuſpitione libertate ſua potirent̄. In te autē nedū odium ullū
non oſtenderūt:ſed etiam antiquos diſcordiarꝫ frutices vera pace & fędere excin-
dere voluerūt. Bello qdem quo Ianuēſes ſubegiſti:tu ip̄e ſcis/nulla conditione im
pelli potuiſſe Florentinos/ut tuis aduerſarijs opem ferrent:q̄uis multi ad impedi
endam tuā victoriā hortarent̄:p̄les vero id eſſe utile iudicarēt:tanta erat nobis ſer
uandi fęderis & pacis potiundę cupido. Itaq; ipis ut aiunt manibus cōprehendere
potes:nihil aliud reſpicere/nihil aliud referre nr̄as cogitationes q̄ pacem ac liber-
tatis tutelam. Eſt em̄ ferme rerum oīm publicarꝫ raro quenq; bello laceſſere: pro-
uocatę ut plurimū & vi coactę ad arma deſcendūt. Nam cum res p. multoꝝ arbi- Res p. oīs
trio gubernet̄:multitudo aūt quietem appetat & tranquillitatē: impulſa & neceſſi paci intēta,
tate potius q̄ volūtate bella ſuſcipit:& aut pro ulciſcēdis hoſtibus/ aut iniuria pro
pulſanda. Sed accidit fatalis qdem motus tempꝝ/ ut arbitror:& maioris cuiuſdā
Principis culpa:qui p nr̄as calamitates ſuam potentiā augeri cupiebat:quo nō de
tuis aut nr̄is opib9/ſed de fide & dignitate certabat̄. & cum uterq; pacem optaret:
tm̄ eius quē dixi opa bellū pro pace formidantis/concordiā ab utroq; appetitā diu
tius impediuit. Secuti ſunt deinceps varij diſſenſionū fluctus inter nos: quib9 tum
oībus ſatis aperte perſpicere licuit:nullo tui odio / aut maliuolentia pugnaſſe te
cum dudū Florentinos:ſed tutandę ſolum cauſa libertatis : cuius poſſeſſionē oīni
ope defendendā ſemp viri doctiſſimi cenſuerūt. Q̄ ſi quibus chara & dulcis eſſe
libertas debet/Florentino certe ppl'o decet eſſe gratiſſima:apud quos ( obloquā-
tur maliuoli atq; inuidi quātum libet) eſt ſolida veraq; libertas. Non em̄ unus/aut
alter impat:non optimatū aut nobiliū faſtus regnat/ſed ppl's ęquo iure accitus ad
munia ciuitatis. Quo fit:ut ſummi/infimi/nobiles/ignobiles/diuites/egeni cōmu
ni ſtudio cōſpirent in cām libertatis:proq; ea cōſeruāda nullos effugiāt ſumptus/
nullos labores/nulla diſcrimina reformident. Nihil denicq; tam durū atq; arduum
videat̄/quod non ſubeundū ducāt:ut gaudeant accepta a patribus libertatis here
ditate. Oībus qui modo ciuis nomen tueri poſſunt idem impetus eſt/idem ardor: P̄ris defen-
ut ſalutem patrię defendāt. Cuius incolumitatē optare/cōmoda appetere / ꝑicula ſio.

ãmouere & diuino & hũano iure hoĩes cogunť. Huius ꝓpugnatores oĩm ſermõe
celebranť oppugnatores: nec oĩm gentiũ memoria damnauit. Atqui certus ſum
te olim nobiſcũ non ad libertatẽ delendã/ſed pro tuendo honore & dignitate ut
ſcribis cõtendiſſe. Nam ſi quis ea eſſet ĩmanitate/ut laudem ſibi q̃reret ex noſtra
oppſſione: viam verę laudis ignoraret/viuus odio mortaliũ oĩm/ & mortuus exe
cratione digniſſimus. Quis eĩn non oĩm ſæculoꝝ obliuione damnãdus eſſet: qui
gentis Aethruſcę decus/magnũ Italię ſplendorẽ/hanc ỽtutis æmulam libertatem
appeteret extinguere. Laudať bello ac pace ỽtus Aethrurię atq; amplitudo oĩni
bus tum græcis lr̃is/tum latinis: emanauit tñ eius nomẽ & gloria ob res magnifice
geſtas etiã ad exteras nationes. Sed ab eoꝝ geſtis & virtute nequaq̃; Florẽtini ul
la ex parte degenerauere: quin potius partã a ſuis maioribus nobilitatẽ & laudẽ
Florentia p̃ſtantiſſima. pro viribus auxerũt. Sunt in Italia plurimę p̃cl[illegible] urbes atq; magnificę: ſed nulla
videť nobis neq; acumine ingenij/neq; doctrina/neq; ſapientię ſtudijs/neq; ciuili
prudentia/neq; moribus/neq; ullo ỽtutis genere p̃ferenda. Nam ſi quę ỽtute/vel
humanitatis ſtudijs/vel oĩm diſciplinarũ doctrina/vel agendorũ prudentia/vel fi
de/vel pietate in Italia claruerunt: p̃cipuũ inter eos locum (pace cæteraꝝ dixeri)
ſibi vendicant Florentini. Hæc oĩa accepta referimus a ſola libertate: cuius diu
tina poſſeſſio ingenia noſtra ad ỽtutis cultũ erexit atq; excitauit. Quanta igitur le
ticia/quãta cõſolatione/quanta mentis alacritate me affectũ tuis lr̃is putas: cũ ipſis
oculis cernere videar/ſingularẽ quã ad ſtatum noſtrę patrię gerĩs affectionẽ: cum
te Florentinos oĩ diligentia & amore ut dignũ eſt proſecuturũ ſcribas: cum pro
noſtra utilitate & ſtatus protectione opes/facultates/perſonã inſup pollicearis: cũ
ſit nihil futurũ (ut verbis utar tuis) quod tuũ animũ a noſtra fraternitate & beni
uolentia poſſit auertere: quę talia ſunt/ut vota mea tuis verbis exuperari quodãmo
do videanť. Adeo igitur cõſolor verbis iſtis: tantũ tuę oblationes mihi fiduciã p̃ę
bent: ut proculdubio ſperem nos tua opa in diuturna qđ ſolũ cupimus pace quie
turos. Et eĩn ſimultas ad beniuolentiã/diſſenſio ad concordiã/diſcidia ad virtutẽ/
bellum ad pacem cõuerſa mihi pſuadent: nihil tam poſſe emergere qđ immutare
queat tuam ſanctiſſimã voluntatẽ. Qua in re dabitur a nobis diligentia & ſollici
tudo: ut tibi & reliquis innoteſcat noſtrũ ſeruandę pacis deſideriũ. Hanc q̃dem bel
lo ſemp priorem duximus: dũmodo procul ab inſidijs eſſe videreť. Loquor hoc
apud te liberius: inuitatus tua in ſcribendo humanitate: atq; eo in his verſor liben
tius/quo eloquẽtius a te laudari video Florẽtinos ob defenſam ab eis hactenus li
bertatẽ. At vero cere exiſtimo/ſancte & oĩ cum fide ac pietate te quę ſcribis eſſe
ɛ̃turũ pinde atq; a te dicunť. Et eĩn ſi boni Principis atq; oĩ laude cumulati/qua
lem te eſſe volumus/eſſe ſapiẽtes putant: bñficia & placabilitate honorẽ & gl̃iam
q̃rere: ſi malle diligi q̃; timeri: ſi potentiã a Deo cõceſſam ad hoĩm ſalutẽ/non ad
pniciem vertere: ſi odia ad charitatẽ/hoſtes ad amicitiã flectere: quemadmodũ tu
ipe paulo ante p̃claro exẽplo docuiſti: ſi q̃etem & ociũ tumultui anteferre: certus
ſum eq̃dem te Principem oĩm qui viuant ſapientiſſimũ/exquiſita ope atq; opere
enixurũ: ut pax diuturna inter nos vigeat: ut nulla tuoꝝ culpa nouaꝝ diſcordiarũ
aut belli ſuſpicionũ cauſę exoriant: ut aliq̃ñ a diutinis bellis quibus iam diutius q̃
ęquũ erat Italia conq̃ſſata eſt/cõquieſcamus: ut ocio & tranq̃llitate/q̃ ſemp appe
tere ꝓfeſſus es/per opus tuę prudẽtię potiamur: ut iactis amicitię int̃ nos funda
mentis molem ſupędifices inuiolabilẽ atq; incõcuſſam. Nos q̃ppe oblr̃ata oĩm ſu
Pacis affectio. perioꝝ memoria belloꝝ/depoſita prioris tpis ſollicitudine/p̃teritaꝝ rerũ obliuio
ne ſumpta: curã/mentẽ/cõſilia/aĩm deflexĩmus ad fruendã pacẽ: nihil aliud q̃ren
tes/nihil aliud petẽtes niſi qđ bonoꝝ ciuiũ eſſe debet: ut in libertate nr̃a cũ ocio &
in dignitate viuamus. Eandem mentem cum tibi quoq; ineſſe aſſeueres: cõpotes
voti nos tua reddet prudentia: ut pace mutua cõmunibus incremẽtis reuiuiſcamus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Italorũ vires/& ad priorem gl'iam reuertanť. Quãuis aũt minime neceſſariũ vide
atur hortari tuam excellentiam ad eum vitæ curſum/ad quez te video tua ſponte
adeo accenſum ut hortatore non egeas: tamẽ charitate patrię ac pacis cupiditate
motus/te hortor/rogo: & per eam fidem quam mihi tua verba præſtant obſecro
atq; obteſtor: ut pacis animum ſumens/eam ciuitatem quæ tecum olim omnem
inimicum animũ depoſuit: quæ tibi aliquando fauit: quia cum tibi ſanctiſſimum
fedus quondã fuit: quam nunq; voluntarie tecum pugnare reperiſti: ornatam/au
ctam/atq; amplificatam tua indulgentia velis: ut eos qui fidem patrię ſeruant/ſpe
res tuis quoq; rebus futuros eſſe fideles: atq; illos qui nihil tuorum appetũt/quin
potius libertate ſalua præclarũ te atq; ampliſſimũ cupiũt: cõcupita pace/deſidera-
ta quiete/exoptato ocio frui gaudeas. Quę cum egeris: acturũ vero cõfido: eam
quę p̃claris principibus ſcimus famã & gloriã adipiſceris/firmã quidem & nullis
ſæculis defuturã. Ego/tu modo voluntatẽ meam cõfirma/tuorũ operũ & laudis
preconem quendã me futurũ profiteor. Et q̃uis parũ ingenio valeam/minus vo
eloquẽtia: tñ doctioribus atq; eloquẽtioribrs ſcribendi occaſionẽ præſtabo. Vale
Princeps inclyte. & me in tuorũ numerũ aſcribe. In terra noua Die. xv. Decẽbris.

Poggius florentinus Coſmo de Medicis S.D.P.

Q̃m mi ſuauiſſime Coſme/te olim patrijs pulſum laribus abſens lr̃is ſum cõ- Cõgratula
ſolatus: nunc quoq; cum ſis decreto publico reuocatus in p̃riam/p̃ſenti tibi gratu toria ſuper
lari p̃ſenti hac ep̃la inſtitui: ut mœroris p̃teriti/quo & ipſe particeps fui/memoriã reuocatõez
p̃ſentis gaudij modeſtia cõſoletur. Et quidez neceſſitas dum cogit: ut qđ ſermone in patriam.
agi nequibat/ſcribendi officio aſſequi conareť: nunc non ſponte mea cum te alloq
liceat/decreui litteris proſequi hanc noſtram gratulatõem. Cum em̃ collocutio ad
paucos p̃uenire ſoleat: citoq; verba p̃teruolent audientiũ aures: viſum eſt mihi re-
ctius: ut ad alios quoq; qui noſtris inſulſis licet ep̃lis delectanť/huius cõgratulatio
nis officiũ p̃ueniret. Verum exquirẽti mihi atq; animo verſanti quo maxime mo-
do mihi ſatiſfacerem in hoc munere ſuſcepto: dubitatio quędam ſuborta eſt: & ea
haud quaq; parua: quę nam præcipue res eſſet in qua tibi potiſſimum gratularer.
Nam cum multa tibi intelligam uno tempore reſtituta: & ea quidem egregia/ex
quibus homĩes ſumma afficiunť animi voluptate: illa tamen conditione exiſtunt:
ut in caſus & fortunę arbitrio ac ditione ſita eſſe videanť: nullaq; in his ſolida ac
firma poſſit ineſſe gratulatio. Domus em̃/opes/dignitates/amplitudo/honores/
ſummus in ciuitate locus q̃uis plurimi iudicenť: ſintq; ampla & præclara/homini
p̃ſertim rem publicam gubernanti: tamẽ ut ab alijs conferunť/ita poſſunt etiã au-
ferri: ut ſi quis ob eam cauſam lętari velit: etiam meditari ip̃m deceat mœrorem
quoq; eiuſmõi rebus poſſe coniungi: neq; in ip̃is diuturnã/ſed temporaneã quan
dam ac fragilem debere addici gratulatõem. Itaq; cũ in earum rerum cõmemo-
ratione quas populus florentinus una tibi reſtituit/longa poſſem verſari oratio-
ne: & in his varias congratulandi rationes exquirere: maius tamen eſt quidem &
certius quod quęrimus/ex quo veram gratulandi materiam arbitror eſſe elicien-
dam. Id enim es profecto in hoc tuo reditu conſecutus/quod nullus eorum ciuiũ Coſmi lętã
quos priſca ætas aut noſtra tempora tulerunt/quos quidem ſimilis tempeſtas ia- reſtitutio.
ctauerit/unq; fuerit adeptus. Nam cui eorũ quos legimus/audiuimus/vidimus
gloriari licet: ſe tanto omniũ ordinum conſenſu/tanto ciuium p̃lauſo/tanta ſingu-
lorum lęticia/tanto cõmuni gaudio reſtitutũ? Nihil unq; ciuitas egit libentius: nul
lus unq; tam diligens cõmodi ſui conſeruator fuit/q̃ tui reditus procurator. Nul-
lus in ſua dignitate retinenda ſtudioſior fuit/q̃ in tua reſtituenda. Vna mens atq;
opinio erat omniũ ciuiũ: non tam tuam/ſed propriã cuiuſq; in medio verſari: pro
q̃ retinenda etiã aĩas ponẽdas eſſe exiſtimabãt. Lege ſiue grecos/ſiue romanos li-
bros: neminẽ ſane repies (uno dũtaxat excepto M.T. Cicerõe) qui ſit tibi hac lau

Cicero reſti
tutus.

de compandis:ut tibi ſoli poſt multa ſæcula glorari licitū ſit/id qđ Ciceronē ꝑdica
re ſolitum ferunt:te Florētinæ urbis humeris in pⁿiam reportatū. Ea quidem ſua
ſponte te acceſiuit:ea ad te reuocandū oēs ſuas vires effudit: ea declarauit ſe ſal
uam ſine te eſſe non poſſe:cum maluerit cum ſuo diſcrimine te redire/ q̃ͣ diutius
ferre deſideriū tui. Hanc ergo ad reuocandū te cōmunem oēm affectionē/hanc ci
uium erga te beniuolentiā/hunc plebis cōſenſum/hoc ardens ſtudiū populi/hāc
publicam tui videndi cupiditatem:oībus honoribus/triumphis/imperijs cenſeo
preferendā. Hæc eñ viri etiam perſæpe flagitioſi aſſequunt:illa bo[n]is artibus cō
parant. Multi e noſtris ciuibus & recenti & ſuperiorū memoria exacti quondam
patria extitere:quis ſimili gloria eſt reuerſus: quis nō aut priuſq̃ red[ierit] diem ſu
um obijt:aut non redijt poſt tempus ꝑſcriptum:vel ſummis ꝑcibus & ſtudio ſuo
rum/vel nulla maiori populi admiratione: T[u vnus] ( cum vera de te loquor/ &
fratrem quoq̃ tuum Laurentiū ꝑſtantiſſimū virum appello ) tu inquā unus poſt
hoim memoriā nouo more/ inuſitato exemplo/ vix anno exacto/ cum decennij
exiliū eſſet prefinitū/reuocanti patrię es redditus:exoptātibus ciuibus/ nulla tua
dedita opera es reſtitutus. Cæteros ſimilem caſum perpeſſos/ multorum preces
atq̃ interceſſiones focis patrijs reddiderūt. Te unum nullius precibus/ſua ſponte/
nil tale cogitantē ad ſe confouendū ciuitas reuocauit. Reliqui etiam ſi ciuitas reſti
tuta eſt:dignitate tñ atq̃ auctoritate priſtina caruerūt: tua vero dignitas atq̃ au
ctoritas amplior eſt effecta. Alijs tempus ſtatutū expectandi nẽceſſitatē leges im
poſuerunt:tibi ante tempus ut adeſſes res publica imperauit. Reliquorū abſentiam
tulit equo animo ciuitas:tui abſentis virtutē ſummo ſtudio cōcupiuit:& ad te eri
gendū publicam mentem curāq̃ cōuertit. Itaq̃ cum hi eſſent in ſup̃mo magiſtra
tu quibus tua ſalus chara eſſet/rei vero p. chariſſima:ſe cæteris bene de re p. ſen
tientibus duces ac ſigniferos ad publicam cauſam prebuerunt. Quo facto oēs
qui exiſtimabant tuam ſalutē cum cōmuni ſalute cōiunctam: ſumptis animis tum
tandem ſuſceperūt ſenatus noſtri auctoritatem:effeceruntq̃/ut ſaluis rebus ( qđ

Deſcribit q̃
litatem re
ſtitutionis.

etiam videbať rei publicę utilitate tuto poſſe decerni ) reſtituereris. Itaq̃ indicta
populi concione/quanta alacritate Dij boni/quanta exultatione/quanto gaudio/
quanto ſtudio etiam infirmorū cōcurſus eſt ad palaciū factus oīm ætatum/ ordi
num/nationū. Nemo non ſolū ciuem ſe/ſed ne hoīem quidem arbitrabať/qui nō
huic cauſę intereſſet:qui nō manu/voce/vultus deniq̃ ac geſtus ſignificatione fa
ueret. Exiſtimabāt oēs non de tua/ſed de publica ſalute agi:non de priuata uni
us domo/ſed de cōmuni oīm cauſa certari. Cogitabantq̃ id qđ certiſſimū erat fu
turū:ſi tu unus cum fratre amantiſſimo in hanc urbem rediſſes: duas res optimas
ac ſalutares nobiſcū/pacem vicȝ/atq̃ ocium redituras. Peregrini porro quid ſenti
rent de tuis cōmodis ſignificabant:cum inermes inter armatos gratulabundi ver
ſarenť:diemq̃ illum natalem huic urbi dicerēt illuxiſſe. Recreata videbať uniuer
ſa ciuitas & ſibi ipi reſtituta : cum viri crearenť qui ſummū rerum arbitriū obtine
rent. Id eñ ſperabať per eos futurū/quod ample poſt te vidimus conſecutū. Nam
cum hi primū cōuenere : nihil ſibi antiquius duxerunt/q̃ͣ ut ſatiſfacerent hoīm ex
pectationi & deſiderio:teq̃ in illam urbem reducerent q̃ͣprimū/quā tu ſemp tran
quillam/pacatāq̃ voluiſſes. Non ſolū aūt reuocarūt/qđ ipm excellens & ꝑclarum
fuit:ſed etiam accu[m]ulatiorē reddiderūt auctem/amplitudinē/dignitatem. Glori
abatur vir ꝑſtantiſſimus M. Cicero ſe Italię humeris in urbem reportatū: at idem
querit ſæpius/minime quæ antea obtinebat ſibi reſtituta : amplitudinē priſtinā/

Apelles.

auctem ſenatoriā/ dignitatem cōſularem:& quemadmodū Apellem pinxiſſe Ve
nerē impfectam:ſic amicos ſuos elaboraſſe circa ſalutem capitis/ reliquū vero cor
pus rude atq̃ impfectum reliquiſſe. At vero redditus tuus oīa tibi ꝑſoluit accu
mulatiora:ampliauitq̃ vitę anterioris ornamēta:neq̃ hæc ambitu imperata/ aut

aſſiduitate potentiũ/ſed ultro cõſenſu oĩm in te delata tanq̃ in eum in quo ciuita-
tis vires niti poſſe arbitrarent̃. Magna eſt hæc laus/ ſumma gloria/ præclarum in-
dicium virtutis ac fidei excellens dignitas/atq; omniũ cęterarũ p̃clariſſima. Illa em̃
conſtans & vera dignitas/quæ ab uniuerſis ultro offert̃ meritis & virtuti. Hoc eſt
unum in quo maxime ſit tibi meo iudicio gratulandũ; conſentiens ſcʒ omniũ de
tua excellẽti dignitate & virtute teſtimonium / & tui redditus cupiditas; quod tibi
quodãmodo fuiſſe optandũ videtur: pelli e patria / ut tanto honore deſideratus
atq; expeditus reuerterreris: totq; iudicia publica tui reditus extarẽt/quot adhuc ne
mini meminimus cõtigiſſe. Nam pro te reſtituendo ſum̃us magiſtratus in unam
ſententiam cõuenit: pro te ciuitas arma ſumpſit: pro te ppl'us vocatus eſt ad con-
cionem & venit: pro te factum eſt plębiſcitũ illud de ſummo imperio creando: qđ
nõ niſi in maximis ac difficilibus rei p. tempibus fieri cõſueuit. Illa vero lętanda ac
ferme geſtiens multitudo plębis quantã lęticiam / quantã mentis iocunditatẽ prę
ſe ferebat: tum demũ rem p. ſaluã fore / tum ſe liberos eſſe/tum fortunis ſuis uti/
tum pace atq; ocio frui iudicabãt poſſe / cum unus earum quęſitor atq; auctor re
uertiſſes. Itaq; tanta acclamatione decretũ illud patrũ cõprobauerũt/quantã nulla
alia in lege publica hoĩes meminiſſent. Et licet pars cõcionis vocem legem feren-
tis exaudire non poſſet; neq; quid ab eo recitaret̃ intelligere: quia tamen ſciebant
tua gratia aduocatam eſſe concionem/acclamabant ac plaudebãt: non niſi rite ac
ordine fieri arbitrantes qđ ad rõnem tuę incolumitatis ptineret. Q̃obrem cum — Quę quibꝫ
magna debeamus amicis/plura parentibus/maxima patrię/oĩa Deo ĩmortali/ — debeamus
cuius nutu & gr̃a fiũt ſingula: eximia quędam atq; exquiſita debes populo Flo-
rentino: cuius ſingularis erga te affectio atq; amor oĩa quæ chara nobis eſſe ſo-
lent/tibi una hora ſumma cum laude & cõmendatione reſtituit. Præclarũ eſt redi-
re in p̃riam: p̃clarius cum honore. Iocundũ eſt reddi ſuis: iocundius cum amplitu-
dine & dignitate. Charũ eſt diligi a ciuibus: charius expeti atq; euocari. Præſtans
poſtulari a magr̃atu: p̃ſtantius a ppl'o uniuerſo. Hæc nota continent oĩi ex parte
cõſummatam laudem: hæc ſunt exp̃ſſa veſtigia pfectę dignitatis: hæc digna ỹtu-
tis tuę teſtimonia: quę adeo ampla ſunt/ut ne q̃dem homini putem phas eſſe plu
ra optare/q̃ quæ tute ip̃e tibi tuis operibus/tuis in rem p. meritis/in ſingl'os bene-
ficijs compaſti. Fruere hoc tuo ĩmortali munere quod tibi nulla vis externa eripi-
et: nullus fortunę impetus quaſſabit: nulla tempa oblitterabunt. Et ſi unq̃ virtus
tibi chara fuit: nunc effice ut videat̃ chariſſima: cũ intelligas illam parere tam ube-
res fructus/tam iocundos: quos ſi quando caſus aliquis opp̃ſſit/tamẽ emergãt ali-
quando neceſſe eſt atq; in lucem prodeant. Q. ſi deſint cætera: & in ip̃a virtue ſatis
p̃mij eſſe ſapientes volũt: & a Deo ęternam illi mercedem certiſſimã oĩm illi cõ
ſtitutam. Vale diu. & me ut facis ama.

Poggius Carolo ſuo Aretino S.D.P.

Grauem dolorem ſuſcępi/prout ęquum erat mi Carole / ex obitu p̃ſtantiſſimi — Condolet
viri Nycholai noſtri cõmunis doctorũ omniũ virorũ parentis: quem ſi phas eſſet — morti Ny-
optare/oportuerat pro cõmuni utilitate fieri ĩmortalem. Effudi ml'tas lachrymas — cholai nico
tanq̃ in patris funere ad primũ nunciũ mortis ſuę: quas auxit etiam ep'la Nycho- — li.
lai/qui mihi illum diem ſuum obiiſſe ſignificauit. Vellem affuiſſe in eius funere:
nam ei p̃ſtitiſſem oĩa pietatis officia quæ a gratis filijs patribus tribui ſolẽt. Quẽ
em̃ p̃rem habui cui plus debuerim q̃ Nycholao? Hic mihi parens ab adoleſcen-
tia: hic poſtmodũ amicus: hic ſtudiorũ meorũ adiutor atq; hortator fuit: hic conſi-
lio/libris/opibus ſemp me ut filiũ & amicum fouit atq; adiuuit. Hic me ad virtu-
tem/hic ad l̃rarum doctrinam/hic ad bonarũ artium ſtudia ſemp incitauit: deniq;
nihil erga me omiſit eorũ quę vel ab indulgentiſſimis parentibus filijs tribui ſolẽt.
Q. ſi ius humanitatis ferret: dicerem me plus Nycholao quodãmodo debere/q̃

his qui me ꝓcrearunt. Illi me ignarũ rerum oĩm genuerũt: hic me reddidit ſua opa
doctiorem. Illi tm̃ ut eſſem effecerũt: is ut eſſem cũ honore & dignitate. Illi alimen
ta corporis ꝓbuere: hic animũ moribus & recte uiuendi inſtitutis inſtruxit: ut quã
tum cæteri parentibus atq; educatoribus ſuis debeant lege naturę/ tantũ ego Ny
cholao noſtro & eius nomini iure humanitatis/ & ſuis erga me meritis me debe
Doctorum re profitear. Q͞ꝗ quid ego de me ſolo loquar? Omibus ille qui ad lr̃arum ſtudia
oĩm parẽs. anhelabãt/ in quibus aliquã virtutis ſpeciem notam ineſſe putabat/ ſic adherebat:
ſic fauebat: ut vere cõmunis doctorũ omniũ parens atq; alitor eſſe videret. Illius
cohortationes multos ad lr̃as incitabant: illius libri multoꝝ ſtudia ſuſtentabant:
neq; ope/ neq; conſilio nulli unq; ne externo quidem defuit: quem aut liberaliter in
ſtitutũ/ aut incenſum ad perdiſcendũ cõſpiciebat. Rectiſſime video affirmare poſ
ſe: non magis mihi ꝗ reliquis qui noſtris ſtudijs delectent̃ Nycholai interitum cõ
munis calamitatis cauſa eſſe lugendũ ac deplorandũ. Amiſſum eſt tanq; incitamẽ
tum quoddã: quo impellebamur vel inuiti ad ſtudia non ſolum lr̃arum/ ſed etiam
honeſtatis. Magnam profecto iacturam talis mors attulit lr̃arum ſtudijs & laſci
uis muſis: quarum ille veluti faceret caſtos ut digne colerent̃ ſua diligentia ſtudio
atq; opera effecit: ꝓbens ſe ducem atq; hortatorem omibus qui bonarũ artium ſtu
Q. Metell. dia ſibi proponerẽt capeſcenda. Quintus Metellus poſteriore Scipione domi inter
fecto/ ꝗuis inimicus palam exclamauit: corruiſſe Romanę urbis moenia. Ita dici
poteſt: ſublato hoc noſtro muſarum cultore/ lr̃atorũ virorũ domiciliũ ac diuerſo
rium corruiſſe. Fateor aliquos doctiores & eloq̃ntiores fuiſſe ętate noſtra: ſed qui
humanitate/ induſtria librorũ perquirendorũ/ familiaritate doctiſſimorũ virorũ/ co
mitate ipſa/ affabilitate/ facetijs/ in doctos omes charitate atq; beniuolentia/ librorũ
copia qui quidem ꝓſto eſſent Nycholaũ ſuparit credo neminem extitiſſe. Erat ſem
per domus eius referta doctis & egregijs viris: qui ad eum quotidie accedebant.
Nemo Florentiã qui aliquid ſapet unq; adijt/ quin potius in primis Nycholai do
mum & libros ſibi viſendos putaret. Hunc omes propter eius doctrinã atq; hu
manitatem obſeruabant: colebant: atq; unice ut comunem librorũ antiſtitem dili
gebant. Non me fugit/ ſolere ab inuidis & maliuolis quibuſdã obijci: q nihil unq;
ſcripſerit: nullum tradiderit opus dignũ nomine docti viri. Quibus licet poſſet re
ſpõderi: ſatius multis futurũ fuiſſe tacere ꝗ aliquid ſcripſiſſe: cum ineptitudinem
ſuam ſcribendo propalarint: tamẽ ſciant non ſolum Nycholaum/ ſed neq; Pytha
goram/ neq; Socratem/ multoſq; ꝓterea ſummos philoſophos quicq; ſcriptum re
liquiſſe: quos ſi quis propterea indoctos putet/ ipe ſtultiſſimus videat. Denique ſal
uator noſter/ qui erat ipa ſapientia/ nihil ſcribere voluit. Item nullũ ignorantię ar
gumentũ eſt/ a ſcribendo abſtinuiſſe: quin potius ſuas cogitationes lr̃is mandaſſe
perſępe ſcribentis ſtulticiam patefecit. Verum non ſumpſi nunc a te hoc ſcribendi
munus/ ut verſer in laudibus Nycholai: hoc enim tibi & cæteris qui dicendo poſ
ſunt relinquendum putaui: tm̃ ſignificaſſe tibi volui: me ex eius obitu ſummo do
lore ac mœrore affectũ. Neq; eñ/ cum mecũ ſępe cogito: me cũ Florentiã rediero/
ſi id Deus promiſerit/ neq; Nycholai domũ frequentaturũ amplius: neq; virum
quondã mei amantiſſimũ poſt hac me viſurum ullo modo/ etiam ſcribendo poſ
ſem lachrymas cõtinere. Quem eñ animũ cogites eſſe meũ? cum teneam memo
ria: noſtram amicitiã a bonis initijs profectam nõ ſolum iam ſex & triginta annis
non labefactatam/ aut diſcidio intermiſſam: ſed ſemꝑ tum crebris epiſtolis/ tum
mutuis officijs conſeruatam atq; auctam fuiſſe. Neſcio quid cęteri faciant: ego cer
te memoriã eius ſtudioſiſſime ac ſanctiſſime colam: & plus mortui laudibꝰ tribu
am ꝗ dum erat nobiſcum. Illud eñ adulationi tunc tribui potuiſſet: nũc certe ſcio
omes pietati & grati hominis tributuros officio. Id profecto ſcias volo: me lachry
mas quas in funere illius viri ꝓſtantiſſimi patriſq; amantiſſimi ꝓbuiſſem/ me cum

hanc ſcriberem epiſtolam/repetita in me ſuorum beneficiorum plurimas effudiſ
ſe. Vale & tu quoq; quem plurimũ amauit.

Poggius florentinus inſigni equiti domino Leo-
nello Eſtenſi virtutis cultori Salutẽ dicit plurimã.

Quãuis ſupfluum & pene arrogans videri poſſit: velle me v̄bis incitare egre-
giam animi tui indolem ſua ſponte ad litterarum ſtudia erectam atq; incitatam:
amor tamen ſingularis erga te meus me cogit: ut non coartatione/attamen accla-
matione aliqua/ſicuti publicis in ludis fieri videmus: proſequar te currentem ad
id certamẽ quod pulcherrimũ omniũ iudicatẽ. Nam cum duplex ſit ad veram glo- Curſus glo
riam & laudem curſus: alter per rei militaris exercitium: alter per ocium litterarũ: rię duplex.
non diſcutiam nunc uter alteri ſit p̄ferendus. Id vero conſtanter affirmo: & bellicã
diſciplinam penitus noſtris diebus extinctam/ut nulla ſolida laus ex ea oriri poſ-
ſit: & illam quicquid famę & nominis apud poſteros adepta ſit/litterarum benefi
cio cõſecutam. Iacerent em̃ ſepultę atq; obrutę ꝑpetua obliuione Regum atq; Im
peratorꝫ res geſtę quãtumuis illuſtres atq; magnificę: quippe quę raro ętatem ho
minis excederẽt: niſi doctiſſimorũ virorum induſtria ĩmortalitati dedicarent. Cõ
ſeneſcunt enim om̃ia & vetuſtate conſiciunẽ/quę doctorũ hominũ ingenio carẽt.
Extincta & pene deleta iam fama eſt/licet infra quinquageſimũ conſiſtat annum Tamberla
excellentiſſimi illius Imperatoris quem Tamberlanũ cognomĩauerũt: cuius ope- nus.
ra adeo p̄clara & egregia extitere: ut cuiuſuis eorũ qui unq; fuerũt Ducũ aut Im-
peratorũ veriſſime poſſint conferri. Expugnauit urbes plurimas arte ac natura
munitas. Sæpius hoſtium exercitus innumeros proſtrauit: quadraginta milia ho-
minũ una acie/capto Duce qui magnus thurcus vocabatẽ deleuit. Maximas va-
ſtauit nationes: regna plura in ſuam ditionem redegit. habuit numerũ militũ pa-
rem Xerxi. Militaris diſciplĩa adeo viguit in illo: ut caſtrorum ordo ſimilimus eſſꝫ
compoſitę ciuitati. Nunq; cõmeatus tanto hominũ numero defuit: nunq; aduer-
ſam expertus eſt fortunam: verum qui caruit ſcriptorũ luce. Memoriam tanti vi-
ri pauciſſimi iam tenent: & eius geſta nulli/aut admodũ pauci meminerũt. Quam
ob rem p̄clariſſima oĩm ea debet haberi/quę ad æternitatem ſui noĩs cõſequendã
nullius alterius egeat adminiculo: reliqua vero ſuo opere atq; adiumento nitanẽ
atq; cõſiſtant. Cum ergo om̃es cogitationes & curas cõtuleris ad humanitatis ſtu Hortatẽ ad
dia & eloquentię doctrinam: atq; ad ea ita incumbas / ut etiam eos qui ſunt ocio- ſtudiuꝫ hu-
ſiſſimi tua diligentia excupare videaris: perſeuera queſo & perſiſte in hoc tam egre manitatis.
gię virtutis theatro/ex quo ampliſſimam glorię palmam ſis cõſecuturus. Multos
egregios Principes poſt ſeptingenteſimũ annum tulit Italia/qui ſua ætate & pace
& bello clarueruntz: at illorũ nomen obſcurũ eſt atq; aboletum: quoniã neq; ipi do
cti extiterũt/neq; a doctis poſteritati tradita eſt eorum virtus. Noſtra quoq; ætas
aliquos protulit minime cõtemnendos/ quorũ iam fama ſilentio obducta delite-
ſcit. Homerus em̃ Achillem cõſecrauit ęternitati: at niſi is extitiſſet: idem tumulus
ut inquit Cicero/qui corpus Achillis cõtexerat/etiam famam obruiſſet. Ita accidit Cicero
profecto: nullum virtutis opus adeo excellens & eximiũ unq; fuit/ut eius nomen
fuerit diuturnũ: niſi doctrinę munere cõmendetẽ memorię poſterorũ. Quãti ergo
extimanda eſt lr̃arum facultas: quæ gloriam pręſtat rebus geſtis / & reddit homi-
nes ĩmortales. Maximũ & p̄cipuum locum ſibi ſemꝑ vendicauit militia & impe-
ratoria laus: ſed manca quędã res & infirma ad conſeruandã ſui memoriam repe-
ritur abſq; auxilio ſcriptorũ/qui illam celebrem reddant. Nullũ em̃ habent firmio
rem excellentiũ virorũ facta locum: nullum certamen tenent niſi quã lr̃arum ope
adipiſcunẽ. Quis (ut Barbara omittam) Græcorũ aut Romanorꝫ geſta cogno-
uiſſet/ſi defuiſſent ſcriptores uberrimi qui eorum res domi & foris geſtas ſua fa-

cundia illuſtrabant. Sacra igitur quędam res cultu & veneratione digna/ſunt hu
manitatis & bonarum artium ſtudia: quorum ope & beneficio mortui viuunt
gloria & fama hominū ſempiterna. At ergo ego cum te intelligam adeo inflāma
tum/ut etiam cæteros tuo exemplo incitare queas: non quidem te hortor/verum
oro atq; obſecro: ut te eum eſſe memineris in quem multi reſpiciunt: in quem oēs
litterarum cultores ſummā ſpem poſuerunt: exiſtimantes te muſis noſtrorū ma
gnam auctoritatem & magnum decus allaturū. Subripias velim quotidie nego
cijs quæ undiq; impendūt aliquid temporis quod in ſtudijs colloces: quo te ad re
ctam viuendi rationem confirmes: ut cum venerit ætas/qua te rebus maioribus
Cicero accōmodare queas/tunc illud in te oriatur quod refert noſter Cicero in oratione
pro Archia poeta/aſſerens: Cum ad naturam eximiam atq; illuſtrem/qualis tua
eſt/acceſſerit oratio quædam confirmatioq; doctrinę: tum illud præclarū neſcio
quid exiſtere atq; ſingulare/quale in Aphricano ac Lelio multiſq; alijs fuiſſe teſta
tur. quos oro magis q̄ Cæſarem imitandos tibi proponas: ſequens veſtigia eorū
qui legendi curam cum negocijs cōiungentes/omī vitio & turpitudine caruerūt.
Vale: & me ama. Bonoñ.

Poggius florentinus Leonardo Aretino S.D.P.

tota iocoſa. Cum eſſem pridie in cācellaria/acceſſit ad me Antonius luſcus vir doctiſſimus
qui aderat: ac plane ſubridens/manūq; oſtendēs/aperienſq;: hoc hodie inquit pre
ter ſpem & opinionem lucratus ſum. Erant eñ in eius vola groſſones octo. Qui
cum unde/aut qua via aduenifſent perconctarer: Modo inquit acceſſit ad me ſa
cerdos quidā: ſecretoq; me alloquens/ait quendā cuius nomen reticebat honoris
cauſa/ſe adijſſe: dixiſſeq; in confeſſione/fraudaſſe ſeſe quondā Ioannis tempore
papę/cuius tunc erat ſecretarius: de cōmunibus prouentibus adeo/ut uniuſcu
iuſq; portio eſſent octo: quos fatebatur reſtituendos. Cui cum ſacerdos metū inij
ceret religionemq;: homo conſcientia rei permotus/pecuniam eueſtigio reddidit
diſtribuendā quibus deberet. Itaq; partem ſuam tradidiſſe: & item reliquis ſe no
mine illius ſatis eſſe facturū. Hic ego effuſius riſi hominis ſcrupuloſam mentem
ſuperſtitioſamq; religionem. Quid eñ periculi fuerat: paruam offam ex eorū ore
detrahi/qui ipſi beſtiam integram deglutiſſent. Sed heus tu Antoni inquā/doce
bo alios octo lucrifacere. Dic te executorem teſtamanti Iob: & poſtula partem ſu
am quæ pro illius anima dedatur. Arripuit conſiliū: ſtatimq; proficiſcens pecuniā
reportauit. Tum ridibundus: dic inquā me Leonardi Aretini noſtri negociorū ge
ſtorem: & eius portiunculā poſtula. numq; eñ eam Florentiam uſq; deferet: mo
liuſq; eſt iuxta lupi ſententiā a nobis eam recipi/q̄ perdi ab Leonardo. Quid mul
ta poſtridie illos quoq; octo groſſos potiti ſumus. Hos ergo nūmos cum neq; re
ſtitui conſiliū eſſet/neq; agrum figuli placeret emere: non erat precium ſanguinis/
ſed mendacij: decreuimus eos Baccho & Cereri conſecrare. Itaq; cura demādata
eſt Antonio luſco: penes quem nummi erant: ut in horto ſuo non conuiuiū inſtru
eret/ſed bacchanale: in quo & parētaremur Iob mortuo/& tibi viuo laudes ingē
tiſſimas perſolueremus. Accępit igitur nos Antonius: Cinciū primo: deinde Bar
Cōuiuij hi- tholomeū de monte peliciano: item be Bardis. Conuiuiū fuit ſolēne/ſuſcum/riſu
laritas. ac iocis plenum: & quod pluris erat/vino optimo: quod nos loquaciores paulo
reddidit atq; hilariores. Primo ſermo fuit de rebus ſerijs & quæ ſapientiam redde
rent. Cum vero puſillum caleſieri menſa cępit/in facetias primo ſapientia conuer
ſa eſt: tum etiam in clamores: qui tamen non excederent modum. Demum eden
do/potando/diſceptando defeſſi diſceſſimus: ita tamē ut mihi primū inuentori hu
ius cōuiuij gratias agerent qui affuiſſent: tum vero Antonio pręſenti. Et abſenti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præcipue tibi / vellem ut hæc legens tantum caperes voluptatis quantũ nos ſum
pſimus edentes. ſatis enim abun de tibi factum exiſtimarem. Sed tamen quantũ-
cunq; capias: eas recipies loco portionis tuę: tibiq; ſatis factum putabis. Vale.
meq; ama ut ſoles.

Poggius florentinus Leonardo Aretino S.D.P.

Habui nuper litteras tuas: quas legi ſumma cum voluptate. Eas vero quas di
cis te dudum ad me ſcripſiſſe / expecto ſummo cum deſiderio: non ut cognoſcam
cauſas iſtius moleſtiſſimę diſſenſionis / quæ dediſcendę eſſent: ſed propter eloquē-
tiam tuam. Eas ſi unq; habuiſſem / tibi profecto dudum reſpondiſſem. Multarũ
enim rerum ſum negligens fateor: in reſpondendo autem litteris amicorum dili-
gentiſſimus: quod tibi ſatis notum puto ſupioribus temporibus / cum crebris epi-
ſtolis colloq̃remur. Te ergo maiorem ĩmodum oro: ut mittas mihi illas quæ tam
negligentes fuerunt inueniendo: ut vel ſero percipiam ex eis quam cupio iocun-
ditatē. Illius vero diſſidij ſatis recte cauſam proſpexi ex primis litteris quas olim
recępi a Nycholao: & cum eſſemus Florentię illud idem cognoui præſens / quod
abſens concipiebam minus. Q. ſi quis eſt omniũ qui hoc moleſtiſſime ferat: am-
borum cauſa is ſum: qui noui q̃ bonis / q̃ ſanctis principijs hæc inter nos fundata
atq; inſtituta fuerit amicitia: et deinceps longo tempore ſummis officijs & mutua
beniuolētia cōſeruata. Sed ego nec te culpo: nec Nycholaum excuſo. Id vero mo
leſtiſſimũ eſt: hanc veſtram diſſenſionem veluti fabulam nōnihil maculaſſe ambo
rum famam. Ego ſatis noui naturam ac mores Nycholai: non nego aliquid in eo
eſſe quod corrigi poſſet. Sed quis eſt mi Leonarde / cui non multa deſint? Flaccus
inquit: Nam nemo vitijs ſine naſcitur. Optimus eſt ille qui minimis urgetur. Ho- Horatius
mo eſt Nycholaus mea ſententia / qui citius duci poſſet q̃ trahi. Debemus ſuppor
tare nos inuicem / iuxta præceptum Apoſtoli: & ut Seneca potius vult: honeſtare Apoſtolus
ebrietatem propter Catonem / q̃ dehoneſtare Catonem propter ebrietatem: ſic Seneca.
ego cuperem: ut citius aliquam offenſionē ęquo animo tuliſſes propter Nychola
um: q̃ illum odiſſes propter offenſionem / ſi qua in re te lęſerit præter ius amicicię.
Sed expecto litteras. Hæc ſcripſi non tanq; ferens ſententiam: ſed ut dolens ea quę
acciderunt præter opinionem meam. Ego autem ſum qui neq; auxerim meam er
ga Nycholaum beniuolentiam: neq; aliqua in re diminuerim amorem erga te me
um. Q. ſi diutius fuiſſem Florentię: forſan perfeciſſem opus quod inceperam / licz
durum. Vale.

Poggius Bornio ſuo Bononienſi iuriſconſulto S.D.P.

Gaudeo mi Borni / doctrina & eloquentia tua in diem magis: cum videam te
prope accedere ad priſcorum illorum dignitatem / in quibus cum iuris ſcientia ad
iuncta erat ſumma dicendi grauitas ac elegantia. Audiui te nuper apud Pontifi-
cem in quadam orantem cauſa magna tum copia verborum / tum ſententiarũ or-
natu: quia in re ſenſi te laudari a multis: q; unus præ cæteris ad cognitiōem legum
addideris & eloquentię ornamenta. Pulchrum enim eſt: qđ ſentias poſſe copioſe
ac eleganter exprimere. quod ſi qua in facultate requiratur: at maxime in iuriſciui-
lis ſcientia / quæ in tuendis cauſis expugnandiſq; aduerſarijs verſatur / iure quodā
ſuo videtur expoſcere: cum ſine oratorijs ornamentis nuda quædam res extime
tur atq; incondita / nulla cum venuſtate. Hoc adeo verum eſſe aiunt: ut doctores
hi qui remota eloquij ſuauitate cauſas agunt / magis ſtrepere q̃ loqui putent. Te
vero / quem utriuſq; rei ita ſummam operam impendiſſe videmus: ut & recte con-
ſulere / & ornate loqui poſſis: confido ſi hoc aduocationis munere perſeuerabis /
ſummum nomen & opes cōſecuturum. Excelles quidem inter alios: ſi ad doctri
nam quæ eſt eximia / adiungetur uſus optimus omniũ rerum. Verum cum cæte-
ra in te laudanda ſint: tum vero illud in primis ꝓbo: q; ꝓcepta priorũ temporũ hi-
ſtoria veriſſime dijudicas ac ꝓpendis illuſtriũ virorũ ꝑſtantiam qui hactenus cla-
ruerũt. Nam cum pridie pro nr̃a cōſuetudine varijs de rebus colloq̃remur: laudā-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Traiani excellentia. tes excellẽtes viros qui quondã rerũ potiti/ꝟtuti & gl'ię ſeruierũt : dixiſti Traianũ videri tibi optimũ qui unꝗ fuerũt impatorẽ:teq; dolere vicẽ tanti viri: qui cũ ſupiores pricipes & belli & pacis artibus longe ſupaſſet:romaniq; imperij magnitudinem ſuis eq̃ſſet ꝟtutibus:tñ nihil/vel admodũ parũ ex eius rebus quę cęteris omnibus anteponẽdę eſſent/apud latinas lr̃as repiret. Cõprobaui tũc ſniam:aſſerẽs maximam iniuriã ſeu fortuna/ſeu negligentia hoĩm factam memorię tanti excellẽtis Principis/ tamq; in om̃i laude ſingl'aris:cuius pſtãtiſſimę in omi genere virtutis vel hoc pcipuũ teſtimoniũ aſſerebã:ꝙ ſolus Impatorũ oĩm a ſenatu po.q; ro.nõ ãbitione/ſeu metu/ſed vero iudicio optimi principis cognomẽ meruit:quẽadmodũ ex

Plinius moneta illorũ temporũ conſtat.ut refert Plĩn.in ea orone quã adepto cõſolatu de ſuis laudibus cõſcripſit.Et certe ſiue illam orõnẽ legeris/ſiue rerũ ſuarũ earũ porti unculã quę in hiſtorijs habent̃ : ĩtelliges profecto nullũ ex ſupioribus Principibꝰ ſiue græcis/ſiue latinis cũ Traiani pſtantia qua cũ ꝟtutũs & rebus geſtis ullo modo eſſe cõparandũ.Fuit em̃ in eo ſumma pietas/clęmẽtia/humanitas/ iuſticia liberalitas:qui uſq; adeo vitam ſuã ad normã optimi principis inſtituit/ut nihil in vita feciſſe dicat̃ non ſum̃a laude & cõmendatione digniſſimũ. Armis aũt totã Meſopotamiã ſupauit.Parthis & Perſis bello ſubactis : qd' nulli antea Romanorꝫ acciderat/regna eorũ in prouincię formã redegit.Nulla gens/nulla natio ſubdita po.ro.fuerat quã non pagrauerit:tum rebelles armis domãdo:tum pacatis pplis iura more iuſti ptoris dicendo.In mari ꝟo rubro claſſem habuiſſe ferꝑt: ut p eam Indię

Alexandro Traianus ſuperior fines vaſtaret.Dixerim fortaſſe Alexandrũ ſibi rerũ geſtarũ magnitudine parem; ſed ꝟtute/clęmẽtia/humanitate Traianũ video longe ſupiorem. Illius etiam inter epulas & cõuiuia amicorꝫ cædes referunt̃ : hic nullius unꝗ necis cõſcius fuit. Ille ſupbia eminẽtis generis ſe Deo ęq̃bat:hic tanꝗ cõis oĩm parens/parẽ ſe infimis & priuatis hoĩbus pſtabat.Ille ſibi vota fieri & victimas tanꝗ Deo cędi iubebat:hic tanta fuit humanitate/ut pro ſalute ſua nunꝗ vota ſuſcipi pateret̃:niſi cũ hac adie-

Auguſtus. ctione:ſi reip.ac po.ro.eſſet ſaluti & cõmodo futurũ.Cęſaris Auguſti prę cæteris ꝟtus atq; hũanitas cõmemorat̃/poſtꝗ ſolus rerũ potitus regnauit:at idem p ealamitatẽ regnauit:neq; ciuitas ꝓſcriptione excellentiũ virorꝫ caruit.per cędem/ſanguinẽ & ſtragem exercituũ ciuiũq; romanorꝫ ſpolijs et rapinis ad imperiũ puenit. neq; em̃ quicꝗ bello egregiũ legit̃ geſſiſſe.At vero Traianus cũ pietate/ clemẽtia/ fide/integritate/ vitę & rebus geſtis/quibus om̃s ãtecedebat/ad Imperiũ p Neruã eſſet accitus:ijſdẽ artibꝫ rexit imperiũ q̃bus illd' meruerat ſibi cõferri. Nullus unꝗ paterfamilias cũ domeſticis & filijs ita humane vixit/quẽadmodũ Traianus cũ ſenatu & po.ro.cũ eſſet ius priſtinũ creandorũ magr̃atuũ reſtitutũ Traiani benignitate.Deniq; ut paucis multa cõplectar: tanta fuit eius in oĩ ætate magnitudo ꝟtutum:ut nõnulli teſtent̃/pcibꝫ cuiuſdã enr̃is ſancti viri a pęnis inferi liberatũ:q̃uis gentilis extitiſſet.Sed ſtultus ego/qui exiſtimẽ parua ep̃la cõphendi/qd' Plinius nec duobus q̃dem libris quos in eius laudẽ ſcripſit / mihi ſatis digne & ample pro eius meritis ꝓſequi videbat̃.Hæc aũt ſum his lr̃is cõplexus: non ut hiſtoriã nouã cõtexerem/ꝗ maius ingeniũ reqreret:ſed ut probarẽ cõfirmarẽq; ſniam tuã q̃ mihi videt̃ eſſe veriſſima.Id velim mõ cõſequamur ex hac ep̃la:ut aliqd cõmemorationis virtutũ ſuarũ nobis ad vitã cõtuliſſe videat̃. Vale.& me ama.

Poggius Antonio panormitę ſiculo.S.D.P.

Ioãnes lamola adoleſcẽs ut pcepi tum doctus/tũ ſtudioſus/ attulit ad nos libellum epigrãmatũ tuorꝫ:quẽ inſcribis hermaphroditũ:opus & iocoſum et plenũ voluptate.Hũc cũ legiſſet primo vir clariſſimus Antonius luſcus:multiſq; ꝟbis collaudaſſet & ingeniũ & facilitatẽ tuã ( nam liber eſt ſuauiſſimus ) miſit deinde illũ ad me legendũ.Delectatus ſum me hercle/varietate rerũ/& elegãtia verſuũ:ſimulq; admiratus ſum res adeo impudicas/adeo ineptas tam venuſte/tam cõpoſite a te dici:atq; ita multa exprimi turpiuſcula:ut nõ enarrari/ſed agi videant̃ : nec ficta a

teiocãdi cauſa ut exiſtimo/ſed acta extimari poſſint. Laudo ego doctrinã tuã: io-
cunditatẽ carminis: iocos ac ſales: tibiq; grãs ago pro portiũcula mea: qui latinas
muſas/q̃ iamdudũ nimiũ dormierũt/a ſomno excitas: Pro charitate tñ q̃ua oĩbus
debitores ſumus/unũ eſt qđ te monere & debeo & volo: ut ſc3 deinceps grauio-
ra q̃dam mediteris. Hæc em̃ quę adhuc edidiſti vel ætati cõcedi poſſunt/vel licen
tię iocandi. Ita & Vergilius adoleſcẽs luſit in priapeia: & multi p̃terea: qui poſt laſci
uos v̾ſus ſęuerioribꝫ vacarũt. Vt em̃ Terẽtius nr̃ refert: hęc ętas aliã vitã/alios mo
res poſtulat. Itaq; tuũ eſt: iam miſſam facere laſciuiam: & res ſerias deſcribere: ne
arguat̃ vita impura libelli obſcęnitate. Scis em̃ nõ licere idem nobis qui chr̃iani ſu
mus/qđ olim poetis qui deũ ignorabãt. Sed fortaſſe ſus Mineruã doceo. Tu ipſe
hoc idem ſentis qđ laudo proboq;: & te ad maiora hortor. Hęc bono aĩo accipias
rogo. Ego em̃ tuus ſum: tu Poggiũ aſcribe in tuis. Plura ſcripſiſſem ſi per ociũ licu
iſſet. Verum alias erimus longiores/ſi hæc non diſplicuerint tibi. Vale. & me q̃ñ
id mutuũ fieri intelligas ama. Romę. iij. Nonas Aprilis: manu feſtina.

Ad grauiora horat.

Terentius.

Antonius panormita Poggio florentino S.D.P.

Ep̃lę tuę q̃ veterẽ ſane & antiquũ illũ eloquẽtię romanę morẽ præ cęteris mea
ſentẽtia exprimũt/ad me ut iuſſeras p̃lat æſunt. Eas tametſi auctorẽ obticuiſſes/
abs te tñ pro quadã ſingulari earũ elegantia p̃fectas aĩaduerterã. habent em̃ epi-
ſtolę tuę neſcio quid excelſum/ſuaue/acrum/opulentũ/graue: atq; ea quidem in
ſigniter: ut qui tuas illas eſſe dubitarit/auctorẽ quoq; p̃ter te nõ inueniat. Oblecta
runt me itaq; & affecerũt cum ob alias cauſas/tum vel maxime: q̃ opuſculũ me-
um tibi non iniocundũ extitiſſe ſignificas: necnõ aut Luſci poetę non obſcuri iudi-
cio laudatum probatũq;. Qua quidẽ ex re mihi/ac meo libello plurimũ gratulari
licet. Mihi q̃dẽ: quia locupletiſſimos hos mihi laudatores cõperierim/qui pro rerũ
ſingl̃ari eloquẽtia q̃ant ex fumo fulgorẽ exhibere: atq; ip̃m ſi mõ velint terſitem/
vl̃ quẽuis aliũ abiectiſſimę cõditiõis virũ illuſtri laude perſpicuũ reddere. Libello
aũt: quia in doctiſſimorꝫ hoĩm manus tandẽ p̃uenerit/ quos certus eq̃dem eram
minime rep̃henſuros fore laſciuiã eius: quippe cũ p̃rimos norint viros doctos/ gra
ues/ſcõs & græcos & nr̃os talia ſcriptitaſſe: atq; inter manus adhuc v̾ſari Catullũ
albiũ/Tibullũ/Propertiũ/ Iuniũ Iuuenalẽ/ M. val̃. Martialẽ: & prius P. Vergiliũ/
P. naſonẽ poetas egregios & latinos: qui plerũq; v̾ba adeo nuda p̃ferunt & dictu
fœda/ut haud ſcias ſcęnę magis/aut lupanari digna ſint. Ego vir humaniſſime/
tot ſum̃os oratores/tot ſum̃os viros memorię proditũ cõperio/ſe hoc genẽ ſtudi-
orũ & oblectaſſe & exercuiſſe: ut ignorẽ mediusfidius q̃ ſe nõ oblectarint & exer
cuerint. Nam ip̃m phõrꝫ principẽ Platonem non q̃dem chr̃ianũ hoĩem/ ſed qui de
um nõ ignorauerit: imo unũ deũ ſeruauerit/cæteros angelos vl̃ dęmones dixerit:
cõſtat v̾ſus equidẽ petulãtes feciſſe in Aſciã/in Alexim/in Pherem pueros. Itẽ &
de Dione ſyracuſano: & generalit̃ eius nõ niſi v̾ſus molles & amatorios extitiſſe: e
q̃bus hos tm̃ hic loci cõmemorẽ: q̃uis aliq̃ñ licẽtius liberiuſq; ex græco in latinũ cõ
uerſos. Tu Platonẽ lepidiſſimũ audi. Dũ ſemiulco ſuauio i eũ puellũ ſuauior: Dul
cemq; florẽ ſpũs duco: Ex apto tramite aĩa ęgra & ſaucia cucurrit ad labia mihi/ ri
ctũq; oris peruiũ: Et labra pueri mollia rimata intueri trãſitus ut trãſiliret nitit̃. Tũ
ſum̃o ore q̃d pluſculũ fuiſſet: in cętu oſculi amoris igni percita trãſiſſet/ & me linq
ret. Et mira p̃rſum res moneret: ut ad me fierẽ mortuus/ad puerꝫ interuiuerẽ. So
lonẽ quoq; & unũ ex. vij. ſapientibꝫ habitũ & ſęuerũ virũ/ & verũ phm̃ fuiſſe nẽo
eſt q̃ neſciat: attñ eũ ſil̃r v̾ſus laſciuiſſios edidiſſe palã eſt. Idẽ Diogenẽ cynicũ: Ze-
nonem ſtoicũ: Teium lacedęmoniũ: Callimachũ: in quibus vel pręcipue numerã
da eſt Sappho leſbia: cuius verſus qui etiam latini extant ad Phaonẽ Sicilienſem
amatorẽ ſuum/adeo impudici/adeo p̃caces/alioqui adeo elegantes ſunt: ut cuiq;
legenti pruriginẽ excitent. Etiam ip̃i noſtri. Enimuero ut Horatius in poeticis in-
ſtitutoĩbus ſcriptũ reliq̃t: ſemp̃ pictoribꝫ atq; poetis cõceſſum fuit/ q̃dlibet audere

Laſciuiam ſcriptorꝫ tuetur.

Plato & cæteri poetæ laſciui.

licere. Cum vero laſciuiã delegerint: ea lex poetis & veriſſima illa q̃dem quã Ca-
Catullus. tullus dixit: nam caſtũ eſſe decet pium poetam ipſum: verſiculos nihil eſt neceſſe.
Qui tum deniq; habẽt ſalem ac leporem: ſi ſint molliculi ac parum pudici: & quod
Martialis. pruriat incitare poſſint. Quod & Valerius Martialis eruditiſſime ſimul ac faceti
ſſime probat in hæc verba. Sed hi libelli tanq̃ cõiugibus ſuis non poſſunt placere
ſine mentula. Ego itaq; tantorũ virorum exemplo nitor: maiorum præcepto: ſtu-
deo deniq; aliquid ſtruere quod ſit in ſuo genere perfectum: fremat licet odijs ne-
ſcio quis ex ultima vulgi fęce / alioqui vir malignus / & qui nihil furioſi habet præ-
ter cerebrum: falſoq; putet me proinde parum pudicum / quia verſus mei molles
atq; ludicri ſint: quaſi ut cætera bona illud quoq; neſcierit: q̧ ſcilicet eo iucundio-
res ſint futuri huiuſmodi verſus / quo minori cum ſęueritate cõpoſiti: atq; eo ſan-
ctiores iudicãdi / quo apertiores ſunt. Qua in re ſi meo teſtimonio nõ ſatis cõfidas
Madaureñ Madaurenſi cuidam magnę auctoritatis viro nõ poteſt non aſſentiri: qui non ine-
leganter ait. Platonis verſus tanto pudicitius compoſiti / quanto ſimplicius profeſ-
ſi. Diſſimulare enim & occultare peccantis / profiteri & promulgare ludentis eſt.
Et ſane perq̃ ridiculum eſt eos impuros interpretari / qui ſpurcis verbis utant̃ cum
res exigit. Quippe qui medendi ſcientia morbos curant: hi qui cum obſcęnis par-
tibus medicamenta adhibere volunt / obſcęnis id explicent vocabulis opus eſt:
Voconius. an idcirco vita obſcęnos arbitrabere? Scimus Voconiũ poetam ſumma caſtimo-
nia præditum fuiſſe: & tamen eum parem laſciuiam exercuiſſe / ſatis indicat epi-
grãma quod diuus Hadrianus ita eius ſepulchro inſcripſit. Laſciuus verſu / men-
Seneca. te pudicus erat. Rurſus quis ambigit anneũ Senecam Chriſtum noviſſe / & apo-
ſtoli Pauli amicum fuiſſe: & in Cathalogo ſanctorum poſitum? Cæterum ſi quid
Plinio ſecundo credimus: non ſeria modo / verum ſales & luſus deſcripſit. Præte-
rea floret hac in noſtra tempeſtate ſacerdos quidam non minus cõtinens q̃ diſer-
tus atq; eloquens habitus: cuius ( ut vulgo loquar ) prędicatiõibus ſępenumero
ipe affui: & niſi ſurdus oĩno ſum: ita eum nudis ac deturpatis affatibus interdum
excandeſcentẽ in frequentiſſimũ populum exaudiui: ut non dicam in templo / ſed
ne in foro quidem adeſſe crediderim: an ideo illum turpem iudicabis: quia turpia
turpit / id eſt fœdioribus verbis caſtiget? Minime Hercle. Mihi quidem ſi neſcis
eadem mens eſt / eadem intentio: nec refert ſi per luſus ac iocos id agam. nanq; eo
modo & nos agere poſſe maiores noſtri inſtituerunt: & inſtituta perpetuo obſer-
uauerunt. Et ſane oĩes. nam ſi veterum ſcriptorũ monumentis fides præſtanda
eſt: quicunq; perlegitur: aut rerum / aut verborũ ſimul & rerum laſciuia perluſit.
Quorum ex noſtris perpaucos numerabo. nam ſi ſingulos exequi velim: equidẽ
ſcribam Horeſtem alterum ex integro ſcriptum / necdum finitum neceſſe eſt. Ergo
( ut Plinij verbis utar ) verear ne me non ſatis deceat qđ decuit M. tullium. C. cal-
uum. Aſinium pollionẽ. M. meſſalam. Q. hortenſium. M. brutum. Lucium ſyllã.
Q. catulum. Q. ſcęuolam. Seruiũ ſulpitiũ. Varronem. Torquatũ: imo torquatos:
C. mẽmium. C. lentulũ. Getulicũ. Anneum ſenecam. Lucanum: & proxime Vir-
ginium ruffum? Et ſi non ſufficiunt exempla priuata: Diuum Iulium / Diuũ Au-
guſtum / Diuum Neruam / Titum Cæſarem? Neronem enĩ tranſeo: q̃uis ſciam
non corrumpi in deterius / quæ etiam a malis aliquãdo / ſed honeſta manere quæ
ſępius a bonis. Inter quos vel prępcipue numerãdus P. Vergilius: Cornelij nepos:
& prius Ennius Actiuſq;. Non quidem hi ſenatores. Sed ſanctitas morum nõ di-
ſtat ordinibus. Ego vero tot tantorũq; virorum exẽplo & auctoritate fretus / non
eſt q̧ verear hiſce carmĩbus iocari / ludere / ridere / tum iraſci / amare / flere / et deniq;
remitti poſſe. Mire quidẽ his opuſculis aĩus remittit̃ & fouet̃ / & ad maiora ſuc-
cendit̃. Verũ enĩuero epigrãmata quia breuia / licq; arguta & q̃bus nõ copia / ſed a-
cumĩe certamus p̃t inocioſus q̃ſq; p̃ficere: ſeria v̄o q̃ a cõtinua & lõga ſũt / ſane niſi

ocioſus ſecuruſq; non poteſt. Quo fit ut & ſi maxime id cõcupiſcam/ſerias res ta-
men reponere non queam in pſentiarũ: diſtringor equidem mille/atq; iterum mille
occupationibus quibus nullo pacto carere nunc poſſum. Si vero his quos Deus
optimus maximus ſinat aliquando extricer: Condere victuras tentem per ſæcu
la curas: Et nomen flammis eripuiſſe meum. Sed quid ego hęc tecum/qui itidem
quod ego ſentis: qui pro tua eruditione facile concedis: me/ſed cum tot tantiſq; vi
ris errare potuiſſe. Nam cum neq; odium/neq; reliquum vulgus tantifecerim/ut
ſuę maledicẽtię ad ſeſe reſponderem: tecum id agere conſilij fuit: quaſi apud te vi-
rum doctiſſimũ/& qui vulgi imperitiam ſatis exploratam habes: iure decuit in me
meoſq; mores opinionem falſam præſertim querere. Sed iam ea de re multa ſatis
ſuperq; ſatis. Redeo ergo ad epiſtolam tuam ut ornatiſſimam atq; officij plenam
ita mihi admodum gratam & iocundam: in qua quidem nihil legi/nihil vidi quin
ęquo animo/quin lęta frontę acceperim præter breuitatem. Proinde cura ut dein-
ceps ad me longior ſias: quod tu te perhumaniter polliceris: ut intelligas nihil mi-
hi breuius videri ꝙ Poggij epiſtolam lõgiſſimã. Poſtremo me totum dedas V. C.
Antonio luſco compoetę meo: & vel tu ſoluto/vel ille iuncto pede aliquid littera
rum ad me exarate. Vale decus noſtrum. & me ut facis ama. Ego enim te diligo:
te obſeruo te admiror/& quidem ꝙ maxime poſſum. Iterũ vale. nec me fraudes
voluptate / ac vice tuarum epiſtolarum: quæ ut initio dixi / præ cęteris gratę io-
cundę & verę Romanę mihi viſę ſunt. Ex Bononia ꝙ curſim. Scribã poſt hæc ad
acerrimũ & pereloquentẽ virum Nycholaum de Malpigil: ſi modo feſtinãtis atq;
alacris huius nuncij ratio permiſerit. ſin minus: ꝙ primum per alium. Tu tamen
in oẽm euentũ ex me illi ſalue dicas deſideriũ ſatis & corculũ Antonij panormitę.

Poggius Florentinus Antonio pa-
normitę Salutem dicit plurimã.

Pluribus verbis ꝙ neceſſe erat defendis libellum tuum apud hominẽ non ſo-
lum non accuſantem eum / ſed defendentem. mihi enim ſatis probat opus tuum
his limitibus quos tibi antea perſcripſi: quos ſi ſeruaris / præſtabo tibi etiam mili-
tem pugnatorem in ſubſidijs tuis. Perplacuit mihi tum verborũ ſuauitas/tum gra
uitas ſententiarũ. Teſtimonia inſuper quę affers ad cauſę tuę defenſionẽ tam ſunt
grauia/tam veneratione & fide digna: ut religioſum ſit/eis nolle aſſentiri/ & impu
dentię ſingularis: ſi tamen in tuam ſententiam loquãt. Sed vide ne longe a te diſ
ſentiant. Ego quidem qui academicorũ more nil audeo affirmare: vereor ne pluri-
mi eorum ſi ſigillatim citentur/coram ęquo iudice vel pudore ſileant rei cauſa qui
eos in cauſam adduxerit: vel ſi dicere teſtimoniũ rogentur / aperte & palam cau-
ſam tuam deſerant: religioni potius eorum ac veritati conſulentes/ꝙ opinioni tuę:
teq; ſummopere reprehendant/qui continentiſſimos ac prudentiſſimos viros nõ
ſolum a vitę/ſed verborũ quoq; turpitudine abhorrentes/in obſcenę viliſq; cauſę
defenſionem rogaris. Nam quis tibi vel parum doctus concedat: ut miſſos faci- Cõtra laſci-
am græcos quibus ad libertatem dicendi fingendiq; quæ vellent ſumma fuit tum ue ſcribẽtes
leuitas/tum licentia: quis inquã concedat tibi virum caſtiſſimum / ſacratiſſimum
Marcum Tullium/virum omi virtutum laude cumulatum: cuius non ſolum fa- Cicero.
cta/ſed dicta per totam vitam omi petulantia caruere: dicendi genere & turpilo-
quio uſum. Lege vitam ſuam: lege mores: lege æmulos atq; obtrectatores eius:
nil tale inuenies / ne ab inuidis quidem & maliuolis obiectum. Quis Marcum Varro.
Varronem tibi credat abeſſe virum grauem / maturũ: cuius nomen etiam quan
dam præ ſe fert maieſtatis veneratõnem. Brutum vero ex ſtoicorũ ſchola: cuius Brutus.

vita fuit virtutis exemplar: ſi quis roget ſententiam ſuam: vereor ne vel ſolus illa
ſtoica ſęueritate cauſam tuã funditus euertat/& ſibi a te grandem iniuriã fieri da
met: qui eum leuem & luſoriũ tanq̃ in quadam vili ſcæna inter actores ponas &
Sulpitius mimos. Quid loquar de Sulpitio viro ſuę ętatis grauiſſimo: quem numeras inter
ſcriptores laſciuos? Quid item permultos reliquos lumina linguæ latinę: qui ſola
honeſtatem in bonis ponendam duxere? quos omnes ſi in tuam aciem collocaris
aptiſſime in aduerſariorum caſtra migrabũt. Neq; enim aliud eſt hos viros in tu
is præſidijs ponere/q̃ virginem veſtalem proſtituere in vulgus ſummo cum de
decore. Neq; ſi quid aliqñ tẽporis aut loci opportunitate luſerunt/hoc ſcribendi pe
tulans & laſciuum genus probabunt. Non eadem licẽtia eſt philoſophis quę ora
toribus: non oratoribus quæ poetis: quos tu omẽs tanq̃ ex eadem ofícina affers
ad tui operis excuſatõem. Probant philoſophi: perſuadent oratores: oblectant po
etę. Tu non ſolum poetas/ſed oratores: non ſolum oratores/ſed philoſophos ad
laſciuiam redigis: neq; eos quibus voluptas ſola in bonis numeratur: hoc eſt epi
cureos: quod forſan tibi concedi poſſit: ſed ſtoicos & eos qui ſolam honeſtatem
ſummum bonum poſuere: qui non ſolum bene viuendi/ſed etiam honeſte lo
quendi præcepta tradiderunt. Etiam pictores/quibus omĩa licent item ut poetis:
cum nudam mulierem pinxere/ tamen obſcœna corporis membra aliquo conte
xere velamento: ducem naturam imitati: quæ eas partes quæ haberent aliquid
turpitudinis procul e conſpectu ſepoſuit. Fuerunt tamen nõnulli qui laſciua ſcri
pſerunt: ſed ita ut procul abeſſent a verborum laſciuia. qua ſi quí liberius uſi ſunt:
non ideo ſunt laudandi qui inſtar aliorum ſcripſere. Inuenies enim perplures lu
xurioſos/inuidos/raptores/ſicarios q̃ honeſtos viros: neq; quiſq̃ eſt adeo peruer
Alexander ſis moribus quin ſe malit bonorum ſimilem q̃ malorum. Alexandrum magnũ/
M. Antoni- & item Marcum Antonium accępimus ebrietate nimia laboraſſe: at hoc turpiſ
us ebrioſi. ſimum vitium ęquabant plurimę & magnę virtutes. Si quis igitur ex noſtris ho
munculis excuſaret ebrietatem ſuam talium virorum exemplo: nõne eſſet riden
dus? Multa illos ingentes viros decuere quæ nos dedecent. Si quid aliquando Ca
toni licuit: cuius legitur ſæpe mero caluiſſe virtus: aut Platoni/aut Socrati ſummę
ſapientię & auctoritatis viris: non itidem licet & nobis nulla auctoritate/ſapiẽtia/
gloria/virtute præditis. Scripſit adoleſcens comœdiam Plato: in ea poſuit verſicu
los quos refers: qui ita laſciui ſunt/ut ſalua honeſtate vix & audiri poſſint & refer
ri. Dixit in puerũ quod tamen neq; legibus neq; moribus prohibebatũ. Hoc & mul
ti fecere tum ex Græcis/tum ex noſtris: ſed tamen ut ſcurrilitate vacarent. Diuer
ſa ſunt genera iocandi: aliud liberum hominẽ/ aliud ſeruum decet: aliud facetum/
aliud ſcurram. Q. autem Plinij verbis uteris: vide ut ea rite interpreteris & ex ſen
tentia. Iocis & ſalibus omẽs iſti uſi ſunt quos enarras: ab obſcœnitate eorum ver
borum tantũ affuerunt / quantũ ſemoti fuerunt a turpitudine vitę. Valerius mar
In Martial' tialis tamen omĩbus eſt apertior in epigrãmatibus ſuis: res turpes narrans quan
laſciuiam. doq; turpius. qui ſi quos ex ſuperioribus eſt imitatus: non eſt ideo tamen proba
tus/ꝙ aliorum laſciuiam expreſſit potius q̃ ſuam. Sed nõne ego ſum homo ridi
culus/ut ait terentianus Mitio: qui aduerſus illum cauſam dicam cui veneram ad
uocatus? Ego tecum ſentio: & ea tibi licuiſſe opinor/ſi tamen finem tibi ſtatueris.
Qui poetę Hoc vero eſt quod tibi volo perſuaderi: imitandum potius eſſe graues poetas q̃
imitandi. leues: ſęueros q̃ laſciuos: honeſtos q̃ impudicos. Conueniant verba moribus no
ſtris: atq; id eſt ſatius q̃ dare aduerſarijs aliquã cãm ad obloquẽdũ. Nõ ſum aũt ex
eorũ ſnia/qui vitam hoim extimant ex ṽbis. non ſolũ, em̃ id puerile/ſed ridiculũ
& leue dictu: potius & ṽba inſpicere q̃ vitę cõſuetudinẽ & rõem. Iocamur ſæpe
verbis: utimur facetijs & ſalibus: quę ſi ea dẽ redderemus geſtu corpis/ diceremur

merito inſani. Itaq; ſiue odijs / neſcio quis odio certe dignus : ſiue quiuis alter qui
laſciuiã vitę arguat ex petulãtia verborũ:errat proculdubio & iniquus eſt rerum
extimator. Quos tu deſpicias atq; cõtemnas licet:fretus potius cõſcientia recte fa
ctorũ/q̃ motus æmulorũ maledicẽtia. Neq; enĩ a maliuolis laudari cupis/ſed a do-
ctis:neq; eorũ iudiciũ magnifaciendũ eſt/qui ſtulticia ne magis/an maliuolẽtia la-
borent incertũ eſt. Nam ut extimatio eorum qui te bonum putarẽt ſi malus es ni-
hil tibi prodeſt ad bene viuendũ:ita peruerſum iudiciũ eorum qui vitam turpem
iudicant cum ſit honeſta / nil poſſunt demere quo vtus a te queat auferri. Quãtu
ſequere:& una cum tẽpantia adhibe moderatõnem verborũ. hoc & ultimũ tibi
& amicis tuis/& præſertim mihi erit gratiſſimũ. Romę.

Poggius florentinus Guarino Veronenſi S.D.P.

Franciſcus noſter Ferrarieñ. vir doctus ac pħumanus reddidit tuas litteras in-
dicẽs ac teſtes tuę priſtinę humanitatis. Recognoui tandẽ Guarinũ meũ/hoc eſt eũ
Guarinũ qui amore erga me & beniuolentia ęquabat omẽs:ut plane illa tua fœ-
licitas & in obſeruãdis amicis diligentia non amiſſa/ſed aliq̃ paulum intmiſſa vi-
deat. Ego quoq; is ſum qui ſemper fui:hoc eſt tui amãtiſſimus: cũ nihil remiſſum
ſit de mea erga te charitate ſingłari. Neq; enĩ diſiũctio ſententiarũ debet amicos Reconcilia
diſiungere. cum liceat diuerſa ſentire ſaluo iure amicitię. Et quidem laudanda fuit tio amici
hæc inter nos cõtentio exercitij gratia:ut vel laudãdo/ vel vituperando ingenium
acueremus. Antiquiores illi magni viri & in ſenatu et in iudicijs varia ſentiebãt in
reis vel accuſandis/vel defendendis:ita ut varietate ſententię animi dicentiũ eſſent
cõiunctiſſimi. Turpiſſimum quidem nobis eſſet:ſi qđ plurimũ ſolet valere/maxi-
mumq; eſt vinculũ ad beniuolentiã cõparandã ac conſeruandã/ ſtudiorũ ſimilitu
do:id illam contractam & tanto tempore conſeruatã dirimeret. Vir doctiſſimus
ac omĩ laude pſtantiſſimus Frãciſcus barbarus noſter cum eſſet nuper Floreñ. ſuſpi
cari ſe oſtendit me eſſe forſan a te paulum alienorẽ. Dixi /nihil minus : neq; ſolum
non minutũ meum in te amorem/ſed auctum eſſe:ſcriptũ ita a nobis eſſe: ut q̃uis
amicorũ in ſcribendo magna libertas eſſe ſoleret / cum utriuſq; honori cõſuleret:
pollicitus ſum quoq; me lr̃as ad te daturũ:qđ ne tũc facerẽ/ diſceſſus Pontificis im
pediuit:cum plurimis antea & poſt implicationibus implicarer. Sed erat animus
ſcribendi tum/cum primũ facultas eſſet/& ſuſpicio tolleret. Q; quidem tu mihi
de uxore gratularis:facis q̃dem amice. Ego eam rem mihi pᵖpetuę voluptati quie
tiq; futur puto. Cũ enim ut ait Flaccus:magna dos parentum ſit virtus:ego eam Horatius.
ſolam ſecutus/cõtempſi & diuitias & cætera quę plurimi in cõiugijs ſequi ſolent.
Scribit Petronius arbiter:raro fecit mixturã cum ſapientia forma. in ea tamen ra- Petronius
ritate hoc mihi dono Dei ĩmortalis cõtigit:ut cum uxor quę nondũ decimũ octa-
uum exceſſit annũ/ſit pſtans forma & virtutibus:tamen a virtutibus pulchritu-
do ſuperet:ſic quidem ut nihil ei deeſſe videam quod in optima adoleſcẽte requi
ratur. Itaq; ſatis recte videor cõſuluiſſe quieti meę & futuris annis: licet quidã ex
amicis dicant me nunc artem nouam incipe cum deſinendũ eſſet. Sed qđ bene &
honeſte ſit/ id nunq; fieri ſero putat. Et quẽadmodũ boni poetę extremũ actũ poli
tiorem pfectioremq; efficiunt:itidem ego quod temporis ſupereſt perfectiori vi-
tę dedicaui. Catonis autem diuortium miſſum faciamus, multa ferebat temporũ
illorum conditio quæ hodie improbant. Attamẽ ut Seneca citius ebrietatem lau Seneca
dare vult propter Catonem:q̃ Catonem dehoneſtare propter ebrietatem. Sic tu
us Poggius quicquid Cato & philoſophus & ſtoicus fecit/ & honeſte & cum vir-
tute exiſtimat feciſſe. Verũtamen ut Cicero ſcribit / ſponſam cuiq; ſuam placere: Cicero
ſic tu tuam / ego meam opinione ſeruabo:ita tamen ut idem ſenſus utriq; futurus
ſit in amicicię fide. Vale.

Poggius florẽtinus viro clariſſimo Franciſco barbaro S.D.P.

Licet ſciam ꝑmultas eſſe occupationes tuas tum publicas/tum priuatas quib9 te plurimũ tempis imptiri cõuenit:audebo tamẽ pro noſtra amicitia te interpellare paululũ/atq; auocare a rebus ſerijs ad ineptias quaſdã ridiculas neſcio Guarini viri doctiſſimi/an mea culpa cõtractas. Si tamẽ hac in re ſolitam tuam mihi prudẽtiam pſtabis: intelliges potius culpandũ eſſe Guarinũ/qui ultro munus deſumpſit/neq; ſibi neceſſariũ/neq; cõgruens amicitię noſtrę. Ego dudũ exercitio quodam ſcribendi ductus/edidi ep̃lam quandã de Scipionis Cęſariſq; pſtantia: in qua neq; Guarini/neq; cuiuſq; alterius e noſtris mentionẽ feci: uſus ſcribendi libertate de mortuis præſertim/qui neq; reſcribere poſſunt/neq; proſcribere: tuli ſententiã quę opinioni meę veriſimilima videbaẽ: linquẽs cæteris liberũ iudiciũ prout cuiq;

occaſio diſceptationis cũ Guario.

libitũ eſſet ſentiendi. At vero Guarinus tanq̃ cohęres Octauiani/ad quem neceſſario defenſio Cæſaris ſpectaret: tanq̃ in ea re ſua ęſtimatio verſareẽ: indignum id facinus exclamans/inſurgit aduerſum me: ſcribens ſupbe nimiũ & arroganter magis q̃ vires ſuę eloquẽtię patianẽ/aut priſtina ſua humanitas requirat. Itaq; ſuſcepit ſibi laborem inanem mecũ decertãdi pro Cęſaris cauſa: parũ cõſulens iuri antiquę noſtrę beniuolentię. Nulla em̃ in re/nullo in loco/nullo verbo vel puſillum a me offenſus proſiliuit ad primũ ut aiunt tubę ſonitũ/ad me oppugnandũ/ veluti militem partiũ Pompeianarũ. Quid em̃ urgebat Guarinũ in Poggiũ inſultare/ſi prætuli Cæſari Scipionem? Quid ad eum pertinuit/ quę ſuę partes fuerunt mihi detrahere: mecum litigare: totiens me veluti ignauũ quendam increpare? Si quid nobis ad eloquentię ſtudiũ atq; exercitationẽ cõceſſum eſt: vel laudãdo aliquem/ vel vitupando remotum ab ętate noſtra non ſui generis/non nõis/ non nationis: ingenioſũ meũ volui axercere. Si Cęſarem colit: ſi memoriã illius charam habet: ſi nomen diligit: ſi geſta extollit: debuit remota pſonarum cõtumelia eius ſuſcipe defenſionem me etiam laudante: ibiq; quantũ dicendo vel ſcribendo poſſet oſtendere. Nam qd' mihi ſumpſi ad ſcribendũ exercitiũ: id alijs quoq; ęquo cõceſſum iure cognoſco. S3 poſteaq̃ eo modo mecũ agere libuit: ego quoq; ne deſim/ mihi ſumpſi onus licet ſatis moleſtum/neceſſariũ tamẽ tum mei defendendi/ tum Guarini fortitudinẽ (ne dicam ut de me ſcribit audaciam) paululũ cõprimendi. Etem̃ cũ me audacem accuſatorem magis q̃ fortem dicat: experiendũ fuit/an hic prouocator armis vulcanijs ab Ioue ut ferũt dimiſſis/in aciem deſcenderit. Lege igiẽ cum ocium ſuppetit primo ep̃lam a me cõſcriptam: tum Guarini rephenſionem: dein de defenſiũculam meam. hoc maxime pacto vel me/vel Guarinũ/ vel utrũq; aut temeritatis/aut ignorantię accuſabis. Vale. mei ut ſoles memor.

Poggius floreñ. Scipioni Ferrarienſi viro clariſſimo S.D.P.

Rem ſane arduam & imparem meis viribus poſtulas tibi a me ſcribi ſtauiſſime Scipio: uter. ſ. vir pſtantior atq; elegantior fuerit & pluris ęſtimandus: ſuperiorne Aphricanus: an C. Iulius Cæſar. Multa em̃ a veteribus rerum ſcriptoribus de utroq; tradita ſunt ſumma gloria & laude digna: ut difficilimũ ſit inter tales Principes & tantos ſententiã ferre. Quis de altero factum iam ꝑiudiciũ eſſe per Plutarchum videaẽ: qui Cæſarem græcorũ omniũ excellẽtiſſimo magno Alexandro cõpararit. Sed credo illum res militię geſtas & belli gloriam ſecutum eſſe/non virtutes. Nam vitia in Alexandro ꝑmulta fuiſſe cognouimus. Liuius autẽ noſter quid de Cæſare ſentiat/minime compertũ eſt nobis. cum ignorãtia hoĩm aboleuerit ſuos illorũ tempoꝝ libros. Scipionẽ vero longe clariſſimũ ducem: & non ſolum ſuę ętatis/ſed cũctis qui unq̃ fuerũt Regum atq; Imperatoꝝ parem fuiſſe affirmat. Qua ſententia nec magnũ Alexandrũ/nec Cęſarem quidem iudicare videẽ Scipioni eſſe præferendũ. Lucianus græcus auctor Hãnibalem/Scipionem/& Cæſarẽ apud inferos in certamen glorię rerum geſtarum diſputantes ludens introducit:

Vter pſtantior: Scipio/ an Ceſar.

Plutarchus

Liuius

Lucianus

ut videatur pares quodãmodo eos fuiſſe velle ſentire. Cæſarem rebus bello ge-
ſtis magnam gloriam adeptum / conſtat fuiſſe ciuem pernicioſiſſimũ patrię: quã
cæteris gentibus imꝑantem in ſeruitutem redegit. Et quoniã ab ea vires traditas
ad ipſius ꝑniciem cõuertit: non ſolum non laudandũ/ſed tanꝗ̃ patrię proditorem
deteſtandũ virum plures arbitrant̃. Scipio quoniã belli laudem cum vitę integri-
tate coniunxit: atq; oĩa ſua conſilia ad reip. ſalutẽ cõtulit: eiq; tempe difficilimo/
atq; extremo pene caſu ſubuenit: quo laudandũ eum & extollendũ prę cæteris eſ
ſe iudicent. Ita ꝗ̃ꝗ̃ multitudine ac varietate bellorũ apud ppl'm excedere videat̃
gloria Cæſaris: tamẽſi virtute & recte factis laudem & gl'iam hoĩm metiamur/
neceſſe eſt Ꝑſtare Cæſari Scipionem. Illum eñ cæteris pręſtare ſapientes volunt:
non qui vitijs & ſceleribus/ ſed qui veritate & honeſtate alios anteceſſerit. Nam
vitia aut flagitiã non poſſunt reddere hoĩem ꝑclarum: prę ſertim cum nulla his ſit
laus & gl'ia cõiuncta: quę eſt honeſte factorũ exiſtimatio. Verũ ut qđ a me petis
facilius poſſit ꝑſpici: vita utriuſq;/ mores/res domi & foris geſtę paucis recenſendę
ſunt: atq; inuicẽ cõpandę: tũ facilimũ erit diſcernere legẽtibus uter alteri ſit ꝑferen
dus. Hoc ut rectius explicet̃/ab utriuſq; adoleſcẽtia ordiamur. Cæſaris prior ætas vita cęſaris
cũ primũ in caſtris ꝟſatus eſt / nõ caruit ĩfamia: cũ ſpõda lecti Nicomedis Bitynię
regis/& regia ꝗ̃ꝗ̃ appellaret̃. qđ adeo pro vero habitũ eſt: ut etiã ſui milites poſt
ciuilem victoriam ante triũphantis currum canerent: Gallias Cęſar ſubegit: Nico
medes Cæſarem. Adoleſcentia oĩs nihil habuit inſigne quod magnope ſit aut
referendũ/aut laudandũ: præter naturam inquietã/ & animũ deditum factionibꝫ
& bellis inteſtinis: quæ adeo ab ĩpis primoribus annis præ ſe tulit: ut Syllam dixiſ-
ſe ferãt: cauendũ eſſe puerũ male pręcinctum. Poſt annũ vero. xxxiij. cum ex Iſpa
nia quo quęſtor acceſſerat/ante tempus deceſſiſſet: Latinas colonias agitantes de
ciuitate petenda/concitauit ad nouas res in urbe moliẽdas. Edilis deinde factus/ Edilis fcũs.
cum paci atq; ocio infenſus eſſet: ſibiq; etiam malis artibus potentiã quęreret: con-
ſpiraſſe tradit̃ cum M. Craſſo/& nõnullis alijs de trucidando ſenatu/& re pu. ſub-
uertenda. Cum Pyſone item adoleſcente fertur contra rem pu. cõiuraſſe. Ad cõci-
liandũ vero ſibi plębis fauorem/reſtituit trophea. C. Marij de Iugurha/deq; Cim-
bris atq; Theutonis olim a Sylla diſiecta. C. rabirio quo adiutore Saturninus res
nouas moliens oppſſus fuerat/qui diem diceret ſubornauit. Largitionibus profu
ſis ac ſuputacuis ĩpenſis ad beniuolẽtiã infimorꝫ & populi captandã adeo ęre alie
no fuit oppreſſus: ut Pontificatũ petiturus/ anteq; in campũ ad comitia deſcende-
ret/dixiſſe feratur matri oſculanti: ſe domum niſi pontificem non reuerſurũ. Præ- Prætor
turam aſſecutus inter catilinę cõiuratõnis conſcios fuiſſe tradit̃. Solus certe omniũ
in coniuratione deꝑhenſos conſeruandos cenſuit in ſenatu. Quo tempe quidam
ei e ſenatu egredienti milites exertis gladijs mortem minitati ſunt. Conſul poſtea Conſul.
ætate legitima / q̃ erat annorũ triũ & quadraginta factus: pro libidĩe animi / proq;
ſolius nutu in morem tyranni conſulatũ geſſit. M. Bibulum collegam ſuis iniquita
tibus aduerſantẽ/domi ſe incluſum tenere cõpulit, M. Catonẽ ſanctiſſimũ virum
in carcerem duci iuſſit/actis ſuis & ſceleribus repugnantẽ: quo nullũ maius peſſi-
mi eius animi teſtimoniũ potuit afferre. Qđ vero hoĩs rapaciſſimi ac furaciſſimi Furti notat
indiciũ fuit: tria milia pondo auri/quę erat in capitolio ſurripiens/ tantundẽ repo
ſuit ęris deaurati. Sortitus eſt ꝓuincias Gallias in quinquẽniũ: qđ & in aliud qn-
quẽnium ꝓrogatũ fuit. utrũq; ꝑter leges / ꝑter conſuetudinẽ/ꝑter maiorũ inſtituta.
Octo legiones decretę: duę ab Cn. Pompeio cõceſſę. Igitur decẽ legionũ exercitu/
magnis præterea auxilijs ulteriorem Galliã ingreſſus: primo fudit Arioniſtũ Ger Gallos &
manorꝫ ducẽ/nouas ſibi quęrentẽ ſedes. Deinde cum Gallia oĩ varie cõflixit: tũ Germanos
priuatis conſilijs/tum cõmuni cõſenſu bellũ renouante ſępius acie decertauit: plu deuicit.
rima cõfecit bella: ĩnumerabiles hoſtiũ copias fudit: plures urbes / multa oppida

ceͤpit. Gallos ꝓſtrauit ſepius diſſidentes: uniuerſam Galliam quę clauditᷣ montibꝰ pyreneis/oceano Rhenoqꝫ flumine & alpibꝰ in ptãtem ditionemqꝫ Romani p. uictor redegit. Germanos laceſſiuit põte ſup̃ Rhenũ cõſtructo. Britãnos aggreſſus pugna ſupans po. ro. ſubdidit. q̃s ob res magna gloria & honore dignus uidetᷣ. Sequuntᷣ bella ciuilia Pharſalicũ/Aphricanũ/Iſpanienſe nõ digna laude/ſed ſumma hoim ac gentiũ exterminatione. His em̃ p̃riam ſuam cõez oĩm parentẽ oppugnauit/opp̃ſſit/ꝑdidit tanq̃ nepharius parricida. q̃q̃ Iſpanienſi non ſua ỽtus/ſed fortuna uictoriã largita eſt. Cum em̃ ferme uictus & ꝓfligatus Cæſar de inferenda ſibi morte cogitaret: ſubito uictores in fugã cõuerſi ſunt/ bñficio & ope fortunæ. Pharſalicũ vero bellum q̃ leue fuerit Cicero ip̃e teſtatᷣ: qui plurimis in ep̃lis Pompeiũ ueluti ignauũ Imꝑatorem atqꝫ imperatũ ducem increpans/illũ cum tyronibꝰ & milite Colenticio aduerſus ueteranos & robuſtiſſimũ exercitũ ſigna contuliſſe rep̃hendit. Nam Alexandrię non honorẽ/ſed dedecus ꝓmeruit: dum Cleopatræ amore ardens/incautus ferme in hoſtiũ ꝑuenit manus. qď periculũ nando effugiens/uictor poſtmodũ cum Cleopatra per Nilum Aethiopiã uſqꝫ inſanus amore penetraſſet: niſi milites ſequi ſe recuſaſſent. Pharnacis vero in Aſia nullo labore bellum/ſola opinione cõfecit: una acie & leui p̃lio hoſtibus ſupatis. Qď & ip̃e in titulo triũphi ſignificauit/dicens. Veni: uidi: uici. ut quodãmodo citius faciliuſqꝫ id bellum cõfecerit q̃ ſcripſerit ſe uiciſſe. Poſt ciuilẽ uictoriã ſuſcepit ꝑpetuã dictaturam: ut ſolutus legibus pro arbitrio ſuo rem p. adminiſtraret: atqꝫ adeo cõſtans in retinenda fuit/ut Syllam diceret neſciſſe lr̃as qui dictaturã depoſuerit. Ip̃e litteratior fuit: qui & rem p. ſuſtulit/& pp̃lm Romanũ redegit in ſeruitutem. Omitto haſtam illam & cruentã bonoꝝ venditonẽ: ciuiũ proſcriptiones etiã ip̃is uictoribus deflendas: in quibus ſi verſari velim/Cæſaris iniq̃tas oſtendetᷣ. Mores eius multifarie interp̃tantᷣ. Quidã em̃ cõmendant: alij ſecus tradũt. Nam prona ad principatum natura uitã m̃ltis flagitijs inq̃nauit. Ambitio & dñandi cupido nil ex legibꝰ/nil ex utilitate publica agere permiſit. Facinoroſos/audaces/raptores/egeſtate ꝑditos/turpi iudicio damnatos in ſuã familiaritatẽ recipiens ſubleuabat: aleba tqꝫ ueluti ſuaꝝ cupiditatũ miniſtros. Libidine fuiſſe ĩmoderata Suetonius tradit: ſtupra eius & adulteria referẽs ꝑmulta. Rapacẽ etiam cõſtat fuiſſe & alienis appetentem: cũ nõnullas ciuitates & oppida diripiẽda tradiderit militibꝰ magis ob prędã q̃ ob culpam. Liberalitatẽ q̃dam laudando efferũt. Sed quę eſt liberalitas: alteri ꝑ vim eripe/extorq̃re/furari ut alijs largiaris? Rapina hæc/non liberalitas eſt appellanda. Id ỽo eſt in quo multi Cæſarem extollũt: aſſerentes extitiſſe illũ clementię ſingularis. Verũ uidentᷣ ꝑuerſe nimiũ hoc noĩe abuti. Nulla eſt em̃ clemẽtia: nõ trucidare eos qui patrię libertatẽ tuentes/tyrãnidem recuſabant. Laudat noſter Cicero Cæſarẽ reſtituto Marco marcello: multiſqꝫ ỽbis cõmendat ſuã clementiã in ciuibus cõſeruandis. Laudat item cũ Q. ligariũ/regemqꝫ Deiotarũ defendit: at ỽo eas laudes nõ protulit ueritas/ſed temporꝫ neceſſitas extorſit. Non em̃ vir excellẽs & amator patrię q̃d Cæſar audire mereretᷣ ꝑſpexit/ſed quid ſalus ciuium poſtularet. Q̃uis quę laus eſt: nõ iugulaſſe ciues/cũ patrię ſanguinẽ exorbuerit? Neqꝫ tamẽ ip̃i ſicarij & latrones hoc faciũt: ut cuius ſpolia abſtulerint uitã & ſanguinẽ cõcupiſcant. Ait ip̃e Cicero cũ dicendi q̃ vellet ex aĩo libertas data eſt/q̃d de eo ſenſerit ſæpius exp̃ſſit: & cũ tyrãnum eum appellauerit: & crudelitatis illum in quadã ad Corneliũ nepotẽ ep̃la increpans/ꝑditis ꝓfligatiſqꝫ cõſilijs Cæſarẽ uſum fuiſſe affirmet. Nihil ergo rep̃imus in Cæſaris uita qď digne laudari mereatᷣ: p̃ter res bello geſtas: q̃s nõ poſſumus negare nõ fuiſſe magnificas/lꝫ patrię & ciuibꝰ ꝑnicioſas: ſed obſcurentᷣ paulo neceſſe eſt ea ip̃a q̃ uſus eſt in rem p. ꝑfidia & crudelitate. Sed de Cæſare hactenus. Scipionis uitam qď nunc latine extet nulli veterũ ſcripſere: eo viri ad oĩa excellẽtiſſimi geſta ſingula ignorantᷣ. Maiora q̃dam ſparſa reperiũtᷣ

Bella ciuilia.

Cicero.

Dictator.

Mores Cæſaris.

Cicero.

apud varios auctores:quæ prout facultas tulit in hanc ep̃lam conieci. Adoleſcentia eius non ignobilis fuit aut obſcura/ſed illuſtris & p̃clara:quę edidit egregia facinora oim̃ ſermone celebranda. Morũ q̃dem grauitatẽ abineunte ætate/cõtinentiam/integritatem vitę/diuinam quandã indolem / & q̃ſi p̃maturam ſenectutẽ in eo fuiſſe om̃s tradunt. T. q̃dem Liuius uſq; ad deuictã Carthaginẽ/ quo ad ſecundum bellũ punicũ attinet/ Scipionis geſta cõplectit̃. Ait non tm̃ veris v̓tutibus ad mirabilẽ/ſed arte quoq; ab iuuenta in oſtentatõem earum cõpoſitũ: pleraq; apud multitudinẽ aut p̱ nocturnas viſa ſpecies: aut veluti diuinitus mẽte monita agentem. Qui mos p̱ oẽm vitam ſeruatus/vulgatę opinioni fidem fecit: ſtirpis eũ diuinę virum eſſe. Prima laus adoleſcẽtię tradit: q̄ vix dum pubertatẽ ingreſſus/p̃rem P. Corneliũ Scipionẽ cõſulem aduerſus Hãnibalem apud Ticinũ pugnantẽ / ac ſauciũ/interuentu ſuo ſeruauit. in quo ſingl̃aris pietatis officiũ & patriæ p̃ſtitit & patri. Id vero adoleſcẽtis facinus & ſup̱ illius ætatis prudentiã & robur: dum poſt acceptam Cãnenſem cladem reliquię militũ ad eum et Appiũ Claudiũ tribunos militũ/ſummã imperij detuliſſent: nũciareťq; iuuenes quoſdã auctore. L. Cecilio Metello de relinquẽda Italia conſiliũ agitare: Metelli domũ petens/ cum in cõciliũ iuuenũ qd' erat allatũ veniſſet: ſtricto gladio mortẽ minitans/iurare om̃es coegit/ nunq̃ ſe p̃riam deſerturos. His duabus tm̃ rebus etiã ſi reliq̃ ætatis acta deeſſent/ multorũ ſenũ qui viri clariſſimi habiti ſunt/adoleſcentulus gloriã equit: primũ parentem/tum p̃riam ab interitu liberans. Attñ hæc leuiora videnť reddere quæ ſequunť. Nam cũ P. & Cn. Scipionibus in Iſpania interfectis / deleto exercitu adeo res p̱ditę & deſperatę eſſent/re p. multis cladibus afflicta / ut nemo illuc cũ Impio p̱ficiſci auderet: reliq̃s maioribꝰ natu cũctantibus ac recuſantibus: ſolus quartũ & vigeſimũ annũ ætatis agẽs/eo ſe iturũ po. ro. ultro ſpopõdit: magna animi fiducia/ maiore futurę v̓tutis indole/maxĩa patrię charitate. Nõ illũ p̃ris patruiq; interitus/ nõ exercitus cõciſi/non hoſtiũ vires/nõ Iſpanię rebus ro. aduerſę/non belli terror adoleſcentẽ deterruerũt quominus ingenti aĩo ætate etiam pugnãte/ eã prouinciam depoſceret/ in q̃ plus timoris q̃ ſpei p̱poſitũ eſſe videbať. Itaq; magno ppl̃i cõſenſu tanq̃ factis ip̃m ad Carthaginenſe bellũ depoſcentibus Iſpanię ſibi decretę fuerunt: decem milia peditũ/mille equites/p̃ter reliquias veteris exercitus cõceſſę. Ac tam parua manu Iſpanias aggreſſus/ Carthaginẽ nouã una die pugnando vicepit. Qua in re inter cætera virtutis ſuę opa/ut mulieres tutę eſſent ab iniuria militari ſum̃ope curauit. Virginẽ eximię formę captiuã Principi Celtiberorũ deſponſatam corã ſe adduci/licʒ & victor & adoleſcẽs prohibuit: eamq; viro cũ donis reſtituit intactã. Qua cõtinentia & benignitate ſibi Celtiberorũ oim̃ beniuolentiã deuinxit. Iſpanias oẽs/q̃s Carthagineñſes poſt p̃ris mortẽ occupauerãt/ gentẽ barbaram & ferã: ceſis q̃ttuor pœnorũ exercitibus/q̃ttuor ſummis Ducibus fuſis ac fugatis/ipſis Iſpanis qui deſciuerãt ſubactis in ppl̃i ro. p̱tãtem redegit. Ad Siphacem regẽ potẽtiſſimũ p̱fectus/ad amicitiã romanorũ traduxit. cuius violator Siphax poſtea pœnas dedit. Deuictis Iſpanis Romã rediens/cõſul factus eſt ante tp̃s: cũ nondũ. xxxiij. exceſſiſſet ætatis annũ. Cõſul in Siciliã p̃rio/ poſt in Aphricã tranſijt cũ exercitu quẽ nõnulli. x. milia peditũ/duo milia & cc. eq̃tes/ alij peditũ. xvi. milia equites M. & cccccc. qui v̓o magis. v. & xxx. milia peditũ equitũq; fuiſſe tradunt. Vbi profligatis duobus Pœnorũ validis exercitibus / capto rege Siphace/pluribꝰ urbibus vi expugnatis: demũ ip̃m Hãnibalem excellentiſſimũ Imperatorũ oim̃/ ipſius ro. po. xv. annis victorem/acie ſupauit. Qd' ne leui certamine aut Marte incruento factum videať. xij. milia ex romanis in ea pugna cecidiſſe: atq; Hãnibalẽ dixiſſe/poſt amiſſam victoriã ſe nunq̃ ſtruxiſſe aciem melius/Liuius ſcribit. Hoc magno eſt argumento: non cum exercitu inualido/non cum tyronibus/non cum barbaris/non cum ignauo duce Scipioni certamen fuiſſe: ſed cum robuſto milite/

Scipiõis vita.

T. Liuius.

P̃ris & p̃rię liberator.

Iſpanias ſuperat.

Fit conſul.

Siphacẽ & Hannibalem vincit.

cum veteranis/cum aſſuetis Romanę militię/cum ſagaciſſimo impatore, Carthaginenſes pacem ab Romanis petere etiam iniqſſimis cōditionbus coegit. Ad triūphum inde rediȷt. Legatū poſtea fratri in Aſiam cōtra Antiochum regem ſe iturū pollicitus eſt: ne fratri ad res bellicas infirmo ꝓuincia eriperet: belloqȝ Antiochum ſupauit. Hęc ab eo geſta bello accepimus adeo pclara / ut nulli Impatorꝫ ſecūdus eſſe videat. Sed nō minor ꝟtus eius domi cōſpicua fuit. Sūmam in eo comitatem fuiſſe ferūt: ad oīa ingeniū docile ac promptū: mores ꝓbatiſſimos: auctoritatē ꝟo pmaximā. Cuius rei illud habemus teſtimoniū certiſſimū: ꝙ cū duo Petilij tri. plebei ad pplm diem dixiſſent: qua die iudiciū futurꝫ erat cōſcendens roſtra Scipio corona triūphali: hac die inqt quirites/ Carhaginē a vobis leges pacis petere coegi: proinde æquū eſt nos in capitoliū aſcendere / ac Ioui op. max. grās agere. Eum ex roſtris aſſurgentē pplus uniuerſus/ equeſter ordo/ & ſenatus in capitoliū ꝓſecutus eſt: Petilijs ſolis in foro cum ignominia relictis. Sed tum maxie cum ea quæ ultro meritis eius a ſenatu & pplo offerebanť recuſauit. Nam cū ob eius in prīam atqȝ in ſinglos ciues merita ſinglaria ad eum ornandū exqſiti honores qrerenť: cumqȝ prēs cōſcripti ſtatuā ſibi in capitolio/ in comitio/ in roſtris / in curia/ in ipa cella Iouis op. max. decernerēt: imaginē triūphali habitu in capitolinis puluinaribꝫ collocare vellent: cum cōtinuū conſulatū/ perpetuaꝫ Dictaturā offerrent: nil horꝫ neqȝ ſenatuſcōſulto/ neqȝ plebiſcito fieri paſſus eſt: maiori aīo honores recuſans/ qȝ effecerat ut illis dignus haberet. Magna vir ſapia: in ꝟtute ipa & pta laudā ſatis pmij/ ſatis honoris eſſe exiſtimauit. Maiore ꝟo prudentia: qui id egit exēplo ſuo / ne ſimiliū rerum cupiditas & licentia ad deteriores poſtmodū ciues ꝑueniret. Hæ ꝟtutes tantā maieſtatē Scipioni/ tantam veneratōnem apud oēs cōparauerant: ut apud Linternū exulantē prędones acceſſerint venerabundi/ tanqȝ aliqd numē diuinum: qui poſtem domus veluti tēpli alicuius venerantes/ poſitis ante veſtibulū tanqȝ loci ſacri donis/ exoſculata Scipionis manu abierūt. Magna profecto vis eſt ꝟtutis: ut etiā ab eis qui illā oderunt colať. Ego qdem hunc ſolū diem / hoc pdonū teſtimoniū oībus triumphis Cæſaris antepono. Siqdem ſolū diem cū ꝟitate actū cæteris geſtis a qbus abeſt ꝟtus/ ſapientes iudicant pferendū. Quid loquar de charitate eius in prīam: quā cum per oēm vitam repſentauit/ tū etiā in morte: cum eius iniurias nō niſi puo titulo ultus fuerit/ quo ingrata fuerit appellauit. Illud maximi animi & amoris erga prīam inſigne indiciū: ꝙ cum ſua magnitudo libertatē obumbrare videreť: eoqȝ illius opes creuiſſent ( ut refert Seneca ) ut aut Scipionē libertati/ aut libertatē Scipioni iniuriā facere opteret: ſatius exiſtimans patrię iniurias tolerare qȝ inferre/ ſeceſſit Linternū in exiliū voluntariū: ne libertatē publicam ſua pſentia violaret. Ibiqȝ obiȷt diem ſuū vir adnumerandus inter priſcos heroas/ quos gentilis ſtulticia inter deos aſcripſit. Qm utriuſqȝ vitam carptim retulimus: eos nunc ut ut luceat quod querit inuicem comparemus. Scipionis adoleſcentiā tum ꝓbatiſſimi mores/ tum facta honorifica cōmendant cōtinentia/ pudore/ modeſtia plenā: Cæſaris vero reprobant oēs flagitio & dedecore inquinatā. Scipioni fatali pene rei p. tempe / & eo bello quo vires eius ferme cōciderant / ultro & ante tps po. ro. nō priuata ambitione / ſed utilitate cōmuni coactus detulit conſulatū: in quo Vrbem atqȝ Italiā varijs cladibus attritā / ex faucibus Hānibalis liberauit. Cæſar ſua ætate florente re p. nilqȝ aduerſi formidante: largitionibꝫ/ ambitu/ ſeditioſorum ſuffragio/ factione Principū aſſequutus eſt Conſulatū: in quo iecit fundamenta rei p. vertendę. Scipio legibus obtempans/ atqȝ ea appetens quæ ad ſalutē pub. ptinerent: Imperiū cum ſocio partitus eſt/ Siciliā prouīciā ſortitus: Cęſar conculcatis legibus/ ſolus Conſulatū geſſit: altero conſule domi recluſo: ut rem p. propria libidine cōquaſſaret. Scipionē illuſtrant ꝟtutes pmultę: iuſticia/ cōtinentia/ grauitas/ modeſtia/ tempantia/ integritas vitę/ ſanctitas morū/ charitas erga prīam ſin

Antiochū ſuperat,

Prędonum reuerentia erga Scipionem.

Seneca,

Companť inuicē Scipio & cęſar

gularis: Ceſaris nomen flagitia plurima dehoneſtāt:rapinę/furta/ inteſtinę diſſen- Vitia Ceſa
ſiones/ciuilis ſanguis/libido īmoderata dn̄andi/ſtupra/adulteria /ſtudiū lacerādę ris,
patrię/atq; animus ad om̄e facinus ꝓmptus . Quo fit:ut ad hāc diē nil extet in quo
Ceſar veſtigiū ullū virtutis ſuæ poſſit imprimere. Niſi forſan ſtudioſum eſſe ciuē
ſui pfuſu͡z/alieni appetentē/ furē/ rapacē/adulterū/factionibꝫ & pturbandę rei p.
īrentū laudi dandū putamus. Sequūť deinceps res amboꝝ domi & foris geſtæ.
Ceſar poſt.xliij.ætatis annū miſſus eſt/& qdem cū.x.legionibꝫ ad Gallos: gentē
barbarā & ferā/ſed bello inſuetā:at is fuit exercitus/ea auxilia/is dux belli qui fa-
cile poſſet victoria potiri:Romanus cōtra barbarū/armatus cōtra inermem/vete
ranus cōtra tyrones/doctus rei militaris aduerſus bellicę artis ignaros/ dux excel
lens aduerſus pplos ſine ducibus ſiue Impatoribus bellantes:qui nihil p̄ter impetū
animi & vires corpū ad p̄lia afferebāt. qd̄ & prima cōtra Arioniſtū pugna clariſſi-
me oſtendit/& multis p̄terea in locis. Adiecit Romano Impio Britanniā: in q̄ ppl's
vagus & ſine certo duce viuebat/neq; domeſticis/neq; ext̄nis bellis aſſuetus. Sci-
pioni adoleſcenti prouincia Iſpania decreta eſt cū duabus legionibꝫ tm̄ ac reliqui
is paterni exercitus cēciſi:Imperiū in annū datū. Sed cōtra Iſpanos hoīes feroces/
exercitatos in armis/numero ac viribus vireñtes / cōtra Carthaginenſium q̄ttuor
exercitus/uni duci aduerſus q̄ttuor Pœnoꝝ Impatores:qd̄ nequaq; parui facien-
dum videť. Ducum em̄ in bello prudentiā/conſiliū/ virtutem plus valere comptū
eſt/q̄ militū audaciā aut fortitudinē.quippe q ſine diſciplina/ſine duce ſeipos confi
dunt.His ſupatis/cęſis/expulſis/Iſpaniā primo Ro.ditiōi reſtituit. Cæſari data p-
uincia primū eſt in quinquenniū:Scipioni in annū.Et cum in Iſpaniā ꝓfectus eſt/
& Conſul in Siciliā:deīn in Aphricā tranſijt:licȝ in aliū annū Imperiū illi fuerit pro
rogatū. Sed tn̄ quinq; annoꝝ fiducia & aīm & facultatē maiorē attulit res maxi-
mas aggrediendi/q̄ unius anni Imperiū:qd̄ an ꝓrogari deberet erat incertū. Non
em̄ magna facinora puro tp̄e effici poſſunt:p̄ſertim cum timeť ſucceſſor / qui iam
gloriā adeptā poſſit p̄ripere. Qd̄ & Lucullo accidit Mitridate & Tygrāne regibꝫ
deuictis. Et ip̄ȝ Scipionē ferunt dubitaſſe/ cum diceret:niſi ſucceſſoreȝ partæ iam
per eum glię timuiſſet:non ad petendā pacem/ſed ad dedendā ciuitatē cōpulſuꝝ
fuiſſe Carthaginenſes. Cæſar Pompeiū ſupauit:Scipio Hānibalem p̄ſtātiſſimum
oīm qui unq; fuerunt Impatorem. Ceſar Iubam regem Numidię deuicit:Scipio
Siphacem potentiſſimū regem acie ſupatum/captūq; Romam miſit. Cæſar Phar
nacem regem Aſię parua manu/leui p̄lio/nullo labore ut ip̄e met teſtatus eſt pro
fligauit:Scipio Antiochū regem Grecię inſultantē belloq; ro.po. laceſſentem ma
gna cura & v̄tute comp̄ſſit. Quam ob rem qm̄ virtus ſola eſt quę viros claros prę Preferť Sci
ſtantes/dignos glīa & laude ſolet efficere:vitia v̄o deteſtandos:nec unq; obſcurū pio Ceſari.
aut dubiū eſſe debet recte iudicanti utriuſq; facta/atq; ea recte mente expenderi/
v̄tute & recte factis Scipionē mlto ſupiorem Ceſare extitiſſe:glīa vero militari et
rebꝫ geſtis nulla ex p̄te inferiorē. Nam alterius vitam multis officijs & in rem pu.
meritis p̄claram conſtat fuiſſe:alterius pluribus flagitijs obductam. Scipionis libe
ralitas/bn̄ficentia/pudicitia/caſtitas:Cæſaris furta/rapinę/ſtupra & laſciuię oſten
dunť. Alter adoleſcentulā & ip̄e adoleſcens viro tradidit intactam: alter iam ſe-
nex Cleopatram alterius cōiugem abduxit. Alteri ocium/pax/ſalus patrię:alteri
diſcordię/bella/& patrię pnicies cordi erāt. Scipioni honores & dignitates ultro of
ferebant:Cæſar per vim & ambitum auferebat. Scipio oblatam̄ repulit Dictatu
ram:Cæſar extorſit. Alter libertatē ſui populi cōſeruauit: alter redegit in miſerri-
mam ſeruitutem. Scipio ne libertati patrię officeret ſponte in exilium receſſit:Cæ-
ſar ut libertatem eriperet p̄ſtantiſſimos ciues exulare coegit. Alter ad conſeruan-
dam patriam ſua conſilia direxit:alter ad delendam & proſternendā. Adde q̄ no-
men Cæſaris docti om̄es viri execrari & odio habere deberent.non em̄ magis pa

Cæſar latinæ linguæ parricida.

triç q̃ latinę linguæ & bonarum artium extitit parricida. Vna enim cum liberta
te corruit latina eloquentia & ſtudia l̄rarum: quæ in ip̄o flore prius fere q̃ incipe
rent extincta ſunt. Erat in culmine eloquentia: erant cæterarũ bonarum artium in
crementa: quæ ſtatim proſtrata re publica defecerunt. Erant complures viri do
ctiſſimi ſimul eloquentiſſimi/ quos ciuilis clades abſumpſit. Vigebant ſtudia phi
loſophię & cęterarũ liberaliũ artium tempe libertatis: quam niſi deleuiſſet Cæſar/
creuiſſent latina ingenia: neq; Græcis ullo doctrinarũ genere ceſſiſſent. At vero li
bertate extincta/ ſubſecuta ſunt imperatorũ portenta nepharia: qui & doctos ſi
ac virtutem oderunt/ & aduerſati ſunt litterarum ſtudijs & doctrinę. Habes a me
iocundiſſime Scipio quod poſtulaſti: nũc & tuum & aliorum iudicium ſit liberũ
ut quiſq; ſentiat quid velit. Vale. Quarto idus Aprilis Florentię.

## DEFENSIVNCVLA POGGII FLORENTINI
### Contra Guarinũ Veroneñ. Ad Franciſcũ Barbarum.

Nup cum exercendi ingenij cauſa mi Franciſce/ ep̄l'am quandã ad Scipionem
Ferrarieſem ſcripſiſſem: in qua Scipionẽ ſupiorem/ & Cæſarem inuicẽ cõparans/
priores ptes tribuerã Scipioni: Guarinus noſter Veronẽſis vir doctiſſimus/ & me
us ut ait amicus/ cum ep̄l'a in eius manus deueniſſet: ſumens cauſam Cæſaris/ ſcri
pſit ad me libellũ quempiã pergrandẽ: in quo nõ tantũ Cęſarem tueri/ quantũ me
obiurgare/ in me inuehi velle videt̃. Nam & in quodã quaſi opuſculi ſui proœmio/
qd' ei tanq; appendiculũ aſcribit: me Cæſaromaſtigen/ & magis audacẽ q̃ fortem
ſcribit: & pluribꝰ in locis cõtra acius noſtrę amicitię reqrit in me acriter incurſans/
ſæpius me cõpellit verbis mordacibus: multa dicẽs quę ſapientius atq; honeſtius
tacuiſſet. Eqdẽ niſi Guarini nomẽ eſſet aſſcriptũ/ ſuũ opus minĩe putaſſem: ita eñ
inepte multa probare nitit̃: ita leuibus q̃nq; nititur argumẽtis: ita in Catonẽ maledictis
inſultat/ oblitus facultatis & ingenij ſui: ut qui ſcripta neſciat a Guarino/ a ra
bula quodã atq; inani litigatore cẽſeat eſſe cõficta. Nam cũ Guarinus vir doctus
atq; eloquens exiſtimet̃: hęc eius oratio nullã neq; doctrinã/ neq; eloquentiã redo
let. At vero ip̄e tanq; nobis phœnicẽ ex Arabia attulerit/ iactat ſe: proſilit: iurgat
ſibi plaudit tanq; in choro diſcipulorꝫ ſuorꝫ cõſtitutus: qui ſi illi aſſentiunt̃/ ſi lau
dant doctrinã/ ſi ingeniũ admirant̃/ ſi contra non audẽt/ nequaq; iudicet itidẽ alios
facturos. Video tñ quid vir eruditiſſimus ſit ſecutus. Preſtantiſſimus atq; om̃i lau
de vir dignus Leonellus eſtenſis Cęſaris partiũ eſt fautor: vult ergo Guarinus cui
ſe totũ dedit/ etiã hoc nouo opuſculo dedicare: ei maxĩe placere ſtudẽs/ quẽ noui
actorũ Cęſaris defenſorẽ. Sed debuit ſi Cęſaris patronus eſſe voluit/ & eius acta
tueri: illũ laudare / extollere & magnificare/ atq; amplificare res geſtas: poſtremo
ſi libeat gentilium more ut Deum colere. hoc facere vel eloquenter/ vel quantum
uis impudent̃ potuit: me etiã non cõtradicente. Quid eñ mea refert q̃bus laudibꝰ
Cæſarẽ Guarinus efferat/ aut ornet? Sed dũ mea dicta rep̄hendit/ dũ arguit/ dum
inſectat̃/ dũ in me impetũ facit: nõ tantũ Scipionis aut Cæſaris/ quantũ mea cauſa
mihi ad ea neceſſario reſpondendũ putaui. Cũ v̊o ego exiſtimẽ non certamẽ par
tium/ ſed cõmuniũ ſtudiorꝫ inter nos debere eſſe cõcertatõeꝫ: ac ſatis eſſe ea affer
re quę n̄ram cãm p̱babilem reddere videant̃: decreui licet paulum cõmotus aĩo/
quo potero tñ modeſtius defendere cãm ſel' ſuſceptã: quã non ſolũ ut deferã rati
ones me Guarini nõ induxerũt/ ſed ad tuendã ſñiam ardẽtius & cõſtantius impu
lerũt. Talis eſt eñ Guarini defenſio/ talis argumẽtatio/ ea teſtiũ p̱ductio: ut qui ve
lit Cæſarẽ in hac cauſa ſuccũbere/ hunc ſolũ gaudeat ſibi oblatũ eſſe patronũ. Si q̃
vero in re Guarinus violatã putauit exiſtimatõem ſuã: in ſe hanc culpã cõferat q̃
nõ neceſſario me laceſſiuit. Ego ſatius ſatiſfacere duxi honori meo/ q̃ illius opini
oni. Ad te aũt mi Franciſce inſtitui ſcribere hanc meã defenſionẽ: ne illi reſpõdens
cogerer prouocatus alq̃ñ ut fit/ par pari referre. Simul illud occurrit: cũ Guarinus

elegit certum iudicem ſuę factionis qui inter nos diſcernat:ęquũ eſſe me quoq; mi
hi cōparare qui mihi in hac cauſa arbitꝰ aſſiſtat/ac rectā ſniam ferat. Scio æquitatē
tuā/noui animi moderatōez: proſpexi rectũ iudiciũ:& cum in p̄clariſſima omniũ Franc iſcũ
re publica ſis natus atq; educatus/inq; ea adminiſtranda plurimũ verſatus/ confi cauſæ arbi-
do te rectiſſime de hac noſtra cōtrouerſia/in qua de oppreſſa Ro. populi libertate trum ponit
agitur:in qua pro virtute/pro honeſtate/pro vera gloria quę a me defenduntꝰ/cer
tatur ſniam eſſe laturũ. Oro te aũt per nr̄am amicitiā: quo rectius tibi rōnes utri-
uſq; innoteſcant ep̄lam meam primũ legas:tum Guarini libellũ:deinde hanc meā
defenſionem. hoc maxime modo/quid a me dicatꝰ/quid ab eo obijciatꝰ/ quid a me
defendatꝰ intelliges. Sed ut iam ad cām veniamus:cōſtituendum nobis eſt/ quæ a
Guarino mecũ ſit controuerſia. Nempe de Scipionis & Cæſaris p̄ſtantia. Ego ſu-
periorē Aphricanũ laude/virtute/gloria p̄ſtantiorez Cæſare fuiſſe cōtendo: Gua
rinus contra ſentit. Hoc ũt poſſit facilius cognoſci / primũ omniũ eſt nobis quid ſit
gloria diffiniendũ:quia ſi & argumētis & teſtibus docuero excellere Scipionē / ſu-
perior ſim in cauſa neceſſe eſt. De gloria igitur eorum & v̄tute primũ erit dicendũ:
tum accedam ad cōfutandas Guarini rationes. Gloria eſt inquit Cicero in tertio Gloria
tuſculanarũ libro quæſtionũ/cōſentiens laus bonorũ / incorrupta vox bene iudi- CICERO
cantiũ de excellente virtute. Idem in prima Philippicarũ. Gloria eſt ait laus recte
factorum/magnorũq; in rem publicam meritorũ. Igitur cum Cæſaris nullam bo-
norum laudem/nullā vocem incorruptā bene iudicantiũ de aliqua ſua excellenti
virtute ſcriptam inuenerimus:recte vero illius facta admodũ pauca extiterint:&
qui de re p. peſſime meritus fuerit:Scipionis vero una oīm bonorũ fuerit conſen-
tiens laus/unus ſermo mirabilium virtutum recteq; factorum ſuorum/ inq; rem
publicam meritorũ excellentiũ:ut auctores veriſſimi ac probatiſſimi monumen-
tis ſuis tradiderũt:neceſſe quidem eſt:ut cum virtute extiterit longe clarior/ & glo
ria quoq; ſupior videatur. Vt eñ idem inquit Cicero: multis eſt in v̄tute aſſenſus:
ut is gloria maxime excellat qui virtute plurimũ pręſtat. Si quis autem Guarino
ſimilis dubitet de v̄tute Scipionis: aut q̄ta in eo v̄tutum p̄ſtantia fuerit ignoret:
audiat Valeriũ Maximũ ſexto memorabiliũ libro. Scipio autē Aphricanus ſupe- Valerius
rior inquit:quem Dij īmortales naſci voluerunt/ut eſſet in quo ſe virtus per oīs
numeros hominibus efficaciter oſtenderit. & reliqua. A. gellius noctiũ Atticarũ A. gellius.
libro ſeptimo cum de ingente angue qui in cubiculo ac lecto iuxta mr̄em Scipio
nis cubare viſus eſt abſente marito/ſcriberet: Scipionem inquit impendio magis
ex rebus geſtis q̄ ex illo oſtento virum eſſe v̄tutis diuinę creditum eſt. Alio etiam
in loco libro quarto: Scipio Aphricanus antiqor quanta virtutum gloria p̄ſtiterit/
& q̄ fuerit altus animo & magnificus/& q̄ ſui cōſcientia ſubnixus:pluribus in re
bus quæ dixerit/ quæq; fecerit declaratũ eſt. Hoc de Cæſare nunq̄ legit ſcriptum
Guarinus:neq; eius virtutes ab ullo auctore deſcriptas. Affert Plutarchũ qui Cæ
ſarem præfert cæteris Ducibus Romanis magnitudine rerum geſtarum: de vir-
tute vero magnum ſilentiũ. Neq; iniuria:magnitudo eñ rerum ſcelera & mala fa
cinora q̄nq; admittit:ita ut nō ſequatꝰ ut qui magnas res geſſerit/intelligatꝰ & cum
v̄tute geſſiſſe. Cōſtat igitꝰ Scipionē/cum v̄tute Cęſarē ſuparit/& gl̄ia quoq; fuiſſe
ſupiorem. Hoc ut fiat manifeſtius / alia q̄dam de gloria ſnia Ciceronis p̄ferenda
eſt in orōne pro M. Marcello:ex qua Guarinus multas laudes in Cæſarē colligit.
Gloria eſt inquit illuſtris & peruagata magnorũ vel in ſuos/vl̄ in patriam / vel in
oē genus fama meritorum. Hæc diffinitio ſi vera ſit/ gloria longe Scipio Cæſa Gloria
rem antecellit. Primum quæ merita Cæſaris in ſuos fuerint referat Garinus / qui Cicero
Græcis ſuis delectatur: ego apud latinos nulla fuiſſe cognoui. niſi q̄ Octauia-
num adoptauit in filium:eumq; ex Dodrante reliquit hæredem. quod & quidam
turpi amore factum tradiderunt. De genere videlicet hominum certe peſſime

meritus eſt clades/perniciesq́; gentium & populorum. Siquidem plurimas urbes rapuit/vaſtauit/diruit/dirupit ob prędam/non ob delictum. Exceptis ciuibus Romanis: quos propter dedecus in ratões referri vetuit. Vnde decies centena milia hominũ ſua opera interierunt: quod deplorandum videretur etiam totidem milibus ciuium interfectis. Aut illud reſtat: ut in patriam ſint merita ſingularia: quam prodidit/proſtrauit/vertit/afflixit: ac peremptis tot triumphalibus ſenatoriis ac prætorijs viris/ tot ciuium milibus trucidatis/populum Romanum quadringentis amplius annis cæteris gentibus imperantem ſibi ſeruire coegit. Qꝫ q́; Guarinus ab eo libertatem cõſeruatam (quod ſuo loco refellemus) impudiciſſime contendit contra omniũ priſcorum excellentiũ virorum ſententiã atq; auctoritatem. Age nunc Scipionis merita referant: q́uis prima inopia ſcriptorũ: apud quos non reperitur ſcripta Scipionis vita ſicut & Cæſaris: cuius geſta & ipſemet/& Suetonius & Plutarchus litteris tradiderunt: ſed tamen afferent nõnulla quę a varijs auctoribus ſcripta reperiunt. Et primũ in ſuos merita egregia extiterũt. Nam decem & octo annos natus/patrem apud Ticinũ ut L. Valerius / ac Plinius veriſſimi

Valerius — auctores aſſerunt: ſingulari (ut ait Plinius in libro virorum illuſtriũ: qui ei aſcribit)

Plinius — virtute ſeruauit. Et legatus fratri ne ſibi honor prouincię eriperet/ Antiochũ bello ſupauit. Quę in patriam fuerint Scipionis merita tum teſtes ſunt permulti/ tum vero

Seneca. — ro Seneca grauiſſimus auctor: qui ſcribit Romã ſoli Scipioni debere/q̃ ſemel fuerit tñ ab hoſtibus capta.

Auguſtin. — Beatus Auguſtinus romanę urbis atq; Italię liberatorem

Silius — appellat. Silius quoq; Italicus cũ Cæſarem multa cognoſceret geſſiſſe ex quibus ſuum poema ordiri potuiſſet: tamẽ quia ſciebat virtutibus fere vacuata & in perniciem patrię redacta/Scipionem delegit. in quem cum propter eius pclara in patriã merita multas laudes cõgeſſiſſet: tandẽ in fine ſui opis cum meritis & laudibus ęquat Romulo & Camillo: alteri conditori Vrbis/alteri reſtitutori. In oĩe aũt genus Scipionẽ meritis claruiſſe conſtat: quę qm̃ ſunt permulta: put capta noua Carthagine cuſtodia mulierũ/reſtitutio nuptę adoleſcentulę/& alia plurima per oẽm

Seneca. — vitã: breuitatis cauſa omitto. Hoc Senecę dictũ in quadã epla non poſtponã: Scipionis aĩam in cœlũ rediſſe ait: ob egregiã moderatõem ac pietatem: quã magis admirat̃ cum patriam relinquit/q́; cum defendit. Tranſeo plurima T. Liuij teſtimonia de v̾tutibus Scipionis: qm̃ in priori quam dixit/carpit Guarinus epla relata ſunt.

T. Liuius. — Hoc ſolũ recitabo qđ eſt in octauo belli punici libro. Cum cæteri inqt lętitia gloriaq́; ingenti eam vulgo rem ferrent: unus qui geſſerat inexplebilis v̾tutis veręq́; laudis. & reliq. Hæc ſunt teſtimonia virtutũ P. Scipionis ſcitis certa ut opinor: quibus cogat̃ aſſentiri nunc Guarinus: laude glorię longe antecellere Scipionẽ. Afferat nunc ipſe ſi poteſt Cæſaris virtutes: afferat qui eas ſcripſerint auctores. Sed nullę ferme ſunt. nõ põt. nulli extiterũt/aut admodũ pauci: & hi adulãdi gratia ſi qui reperiunt̃: qui excepta victoria ciuili: qua clementer uſus eſt: a v̾tute Cæſarẽ laudarint. At Guarinus ſolus exorit̃ poſt multa ſæcula qui ſe ei nimiũ dicant. Sed cũ illum multis v̾tutibus claruiſſe dicat: nullã profert penitus: non continentiã/nõ integritatem/non iuſticiã/nõ fortitudinẽ/non alterius v̾tutis veſtigium ullum: ſed ad ridicula quędã deſcendit quę ſuo loco cõfutabunt̃. ut cum nando periculũ euaſit veſtem mordicus trahens/ducit pro fortitudine. At id non fortis viri/ ſed temerarij potius indiciũ fuit: cum ſe in eum locũ conieciſſet/unde niſi nando nõ poſſet

Fortitudo — euadere. Siqddm fortitudo eſt/cum picula certa & deliberata ratione ſuſcipimus. Complectit̃ tamẽ laudes Cæſaris quę cõtinent̃ in orone habita pro M. Marcello/ non ab oratore ut alias ſcripſi/ſed a tempore & cauſa prolatas. Nam quid Cicero de eo vere & ex animo ſenſerit non videtur legiſſe. cui euenit qđ negligentibus aut captioſis ſolet mercatoribus: qui cum unam paginam in libris rationum ſuarum in qua debitores conſcripti ſunt legerint/ reliquam quæ continet creditores

occultant. Ex quo ꝓuerbium eſt exortũ: aliam euolue paginã. Legit Guarinus
Ciceronẽ ubi Cæſarem neceſſario laudauit: audiat nunc quid ſcripſerit viuo Ceſa
re cum libere loqui potuit: & poſtmodũ Cæſare interfecto in ep̃la quadã ad Atti
cũ. O hoĩem amentẽ & miſerũ ait: qui ne umbrã q̃dem unq̃ honeſti viderit. Hac Cicero
ſola ſententia nõ ex neceſſitate cauſę/ſed ex ỽitate etiã viuo Cæſare prolata oẽs
ſupiores laudes oblitterauit. Cõſidera hoc diligent̃ mi Franciſce: nedũ honeſtũ .i.
ỽtutem nõ fuiſſe in Cæſare unq̃: ſed ne umbrã q̃dem illã cõſpexiſſe ỽtutis. Quid
idem poſt Ceſaris interitũ: quid ſcribit? Exiſtimo ſi q̃de Guarinus memorię mã
daſſet/paulũ fuiſſe de ſcribẽdi licentia remiſſurũ. Sed Tulliũ audiamus inſolentiã
Guarini reprimentẽ in officiorũ li. primo. Declarauit id modo temeritas C. Cæſa Idem.
ris qui oĩa diuina & humana iura ꝑuertit/per eũ quẽ ſibi ipſe opinionis errore fin
xerat principatũ. O magnã laudẽ: oĩa diuina & humana iura temeritate & errore
Cæſaris euerſa. In .ij. aũt libro. At ỽo hic victor noſter nũc q̃dem victus q̃ cogita
uit ea ꝑfecit: cum eius iam nihil intereſſet. Tanta in eo libido peccãdi fuit: ut hoc
ipſum eũ delectaret peccare/etiã ſi cauſa nõ eſſet. Et deinde cũ de Sylla q̃dam dixiſ
ſet: ſecutus eſt inq̃t/qui in cauſa impia/victoria etiã fędiore nõ ſolũ ſingulorũ ciuiũ
bona publicaret/ſed uniuerſas regiones prouinciaſq̃ uno calamitatis iure compꝛe
henderit. Hæc ſunt vere Ciceronis voces/tunc expſſę cũ libere & palã poſſet fate
ri quid ſentiret. Vides Franciſce quantũ a Tullio laudetur Cæſar. Si hoc laudi tri
buit Guarinus: hoĩem amentem/miſerũ/nullã curam ỽtutis habentẽ/ temerariũ/
ꝑuerſorem diuini humaniq̃ iuris/inceſum libidine peccandi/bona ciuiũ & prouin
cias impie publicantẽ deſcribere? Sed & Lucanus furentẽ/ſanguinolentũ/adulte Lucanus.
rum deſcribit Cæſarem: rara in eum ỽtute collata. Credo hoc in loco Guarinum
tot ac talibus teſtibus cõuictũ: niſi velit eſſe nimiũ impudens/ proculdubio cõceſ
ſurum: Scipionẽ nr̃m ſuo Cæſari gloria anteire: cũ alterius ỽtutes ante oculos con
ſpiciat: alterius ſcelera & delicta. niſi forte ſi qua peſtis ac ꝑnicies orbis unq̃ fuerit
laudanda: ſi q̃ ſalus/ſi qđ præſidiũ vituperandũ putet. Quoniam nõ ſolũ grauiſſimorũ au
ctoritate teſtiũ/ſed & ipſius fere ỽtutis teſtimonio excellentior Cæſare Scipio cõ
probat̃. Nunc ad ipſius Guarini ſcripta & teſtimonia diſcutienda ac reprobanda
veniamus. Eq̃dem voluiſſem admonuiſſe Guarinũ ỽbis potius q̃ l̃ris errorũ ſuo
rum: cũ ſint ꝑmulti: cuius ob honorẽ quẽ vehement̃ diligo/tacuiſſem potius q̃ ad
hoc ſcribendi officiũ deſcendiſſem: ſi honor meus pateret̃. Sed totiens me arguit: to
tiens me tanq̃ cenſorio edicto cõpellat: totiẽs me tanq̃ manifeſti erroris caſtigat:
etiã petulantibꝫ verbis me Cæſarem inſectari dicens / ut neceſſitatẽ quandã mihi
impoſuerit ad hæc reſcribẽdo. Primã oĩm argumẽtatõeꝫ Guarinus quã ex ultimis Rñdet ob
ỽbis meę ep̃lę aſſumpſit/in frõte tanq̃ robur fortiſſimũ totius diſputatõis colloca iectis Gua
uit. Dixi Cæſarẽ nõ magis p̃rię q̃ latinę linguę & bonarũ artiũ fuiſſe parricidã: pro rini.
pterea q̃ ſublata re p. latina eloquẽtia corruiſſet. Hæc a me ſcripta acriter rephen
dit: nullis utit̃ teſtibꝫ ad cãm accõmodatis/ſed receſet quaſdã ratiũculas inanes ac
plebes q̃ minie cõueniãt nr̃ę diſputatõi: ut nõ ſolũ nõ oriant̃ mures ex eo in quo
vagat̃ cãpo/ſed ne locuſta q̃dem. Ait. Ab eo autẽ qđ abs te nuprime dictũ eſt in
choemus. & ultima ꝓfert ep̃lę. Quo in loco ſi vellẽ/poſſem dicere Guarinũ nõ ſa
tis recte locutũ eſſe latine. Nuprime eñ nõ locũ/aut ordinẽ/aut tp̃s ſignificat: neq̃
magis qđ eſt a me in principio poſitũ cõprehendit/q̃ qđ in fine: id extremũ/ ulti
mũ/poſtremũ & ſiĩa: nõ nuprime dici ſolet. Item extinctũ doctrinę ſplendorẽ indi
gnũ facinus ſcribit. a me autẽ non extinctam eloquentiã / ſed corruiſſe eſt poſitũ.
itaq̃ mutat & ꝑmiſcet verba: neq̃ quid a me dicat̃/neq̃ quid ab eo refellat̃ intelli
gens. Hęc aũt leuiora. Sed q̃bus tandẽ argumẽtis caſtigat erratũ meũ? Nempe lu
culentis & ex intia arte dicẽdi affirmat multis rõibus & teſtibꝫ/ Ceſarẽ doctiſſimũ
atq̃ eloquentiſſimũ extitiſſe. Nam in cauſa certa re non dubia utit̃ teſtibus nõ ne

*Eloqtentia Romana quō corrue rit.*

ceſſarijs. Ego culpa Cæſaris extincta re p. latinam eloquentiā & lrarum ſtudia di
co excidiſſe. Cum em̄ exercitiū fori romanā eloquentiā in ſupremū culmē eduxiſ
ſet: cum apud ppl'm ius cōcionādi multos ad dicendi ſtudiū excitaret: cū honor di
cendę ſentētię in ſenatu ad artē oratoriā impelleret: poſtq̄ romani impij poteſtas
ad unius arbitriū puenit/cecidit mos patrius: ut parū i foro/nihil apd' ppl'z/minimū
ageret in ſenatu qd' eloquentiā requirere videret. Nam ptes ppl'i nullę erant: ſena
tus qd' uni placuerat decernebat: in foro pauca antiqtatis veſtigia remanſerunt.
Guarinus vo Cæſarem & eloquentē/& multa opa ſcripſiſſe cōtendit. Quis hoc
ſibi negarit? Ego quoq̄ eloquentiorē fuiſſe Cęſarem q̄ ipe tradat affirmo. Sed qd

*Alexander Nero*

hoc ad rem ptinet nr̄am? Doctiſſimū fuiſſe Alexandrū accepimus: & tn̄ Caliſtenē
phm̄ interfecit. Nero fuit doctiſſimus: ſed & Lucanū & Senecā/& multos pterea
viros doctiſſimos interemit. Non dico Cæſarem doctos viros necaſſe: neq̄ odio
habuiſſe ſtudia lrarum. Vellem Guarinus adeſſet: excitarē eum paulū a ſomno:
poſtq̄ ita negligent tanq̄ ſtertens intelligit quæ a me dicunt. Ego iterū affirmo: ex
interitu rei p. & libertatis romanę/cuius origo & cauſa Cęſar fuit: ſplendorem lin
guę latinę eſſe collapſuz. Sed q̄ ridicule ſua argumēta cōnectit. Ait Ciceronē pla
euerſa q̄ ſtante re p. ſcripſiſſe: & luculētas quoq̄ orōnes poſt victoriā Cæſaris eti
am in iudicijs habitas edidiſſe. Verum ego dixerim Ciceronē poſt oppſſam a Cæ

*Doctiorꝝ Romanorꝝ tempora.*

ſare libertatē ſtupidū quendā euaſiſſe/aut mutū/aut elinguem. Deſcribit multos
excellentes viros qui poſt Cæſarē extiterūt: Saluſtiū/Corneliū nepotē/Pompeiū/
Trogū/T. Liuiū/Vergiliū/Senecam/Horatiū/multoſq̄ pterea: ſed nimiū videt
rōem ignorare. Primū Saluſtius/Cor. nepos/ac Trogus floruerūt rei p. tēpe, ſiqui
dem pr̄ Trogi cum Cæſare militauit. Vergilius/Horatius/Liuius/Seneca orti &
nutriti ſunt ingente re p. Nam T. Liuius cū Cęſar eſt interemptus/agebat ſedeci
mū ætatis annū. Seneca (ut ipe teſtat) Ciceronē audire potuit declamantē. Vergi
lius. xx. & q̄ttuor annos erat natus/cum apud Pharſaliam pugnatū eſt inter Cæſa
rem & Pompeiū: Horatius. xvij. annos. Itaq̄ q doctí & eloquētes poſtea extite
re: aut libertatis tpe orti illam priorē eloquentiā hauſerūt: aut paulo poſt: cum ali
qua prioris eloquētię ſemina ſupeſſent. Nimiū vero longius prouehit Guarinus
ſtudio mea dicta refellendi q̄ veritas patiat. Ait etiā multas pclaras artes poſt de
letam rem p. ſubtilius & ornatius viguiſſe. Debuit eas referre: ut ſibi fides aliq̄ ha
beret. Nycholaus vero nr̄/pluresq̄ viri doctiſſimi om̄s artes in peius decidiſſe aſ
firmant. Deīn (ut de tenuioribus inqt artificijs loquar) fuiſſe pſtantiſſimos gram
maticos Seruiū/Priſcianū/Donatū/Caprū & reliquos affirmat. Ego ut doctos il

*M. Varro.*

los viros fuiſſe cōcedam: unam certe Varronis de lingua latina pagellam om̄ib
q poſt eū fuerīt grāmaticis antepono. Comicos nullos retulit qui fuerūt poſt amiſ
ſam ppl'i libertatē: ne oratores qdem: quos Ciceroni/vel Cęſari/Hortēſio/Craſſo/
Antonio/Bruto/ipi C. Cæſari etiā longo interuallo poſſet cōferre ullos refert. Pi
ctores nō vult ſiletio pterire: ſed ad eos noīandos penitus obmuteſcit. phōs tace
re vult: cū eos noīare neq̄at. Et tn̄ Senecę/Plinij/Boetij meminit. Seneca ex nr̄is eſt:
Plinius qd in phīa ſcripſerit ignoro/ut debeat int phōs numerari. Boetiū virū do
ctiſſimū fuiſſe nequaq̄ abnuo: ſed nullo mō cū M. Varrone in phīa/aut Cicerone
cōparandū. Deficere ſibi diē dixit/ſi diſertos aut eloqntes velit cōmemorare: nec tn̄
quēpiam refert in tanta copia/pter Ciceronē: tanq̄ & ipe tpe Impatorꝝ fuerit. Trā
ſit ad iuriſcōſultos/qui poſt illa ut ait tpa ſup modū eluxerūt. Sꝫ puicax erit: ſi eos

*Ser. Sulpiti.*

Sceuolę/ſi Ser. ſulpitio: q ſolus. clxxx. libros de iure ciuili edidit: ſi C. Trebatio/mul
tiſq̄ pterea q cū re p. floruerīt exiſtiet cōpandos. Deuenit ad ſciam medicię: quā eru
ditā/ornatā/ac pfectius elimatā affirmat: ſed q latini medicinę illuſtratores extiterīt
non profert. Poſtremo ad theologos deſcēdit: interptes ut ait ſacrarū lrarꝝ/& diui
narū inſtitutionū auctores. Quale rei p. tpibus cū ſaluator noſter in mundū eſſet

natus/hoc genus doctrinę eē potuiſſet: Hoc tñ affirmo:ſi cū libertate romani ppl'i
viguiſſent/multo doctiores atq; eloquētiores fuiſſe futuros. Cōcludit tñ aliqñ atq;
ait:me falſo lugere bonaꝝ artiū & eloquētię ruinā & interitū. Non patiar Guari-
num diutius errare in hac ſua inepta cōcluſiuncula:& quanq̄; nō meminerim elo
quentiā interijſſe a me dictū:tñ ſi dixiſſem/teſtimonio Ciceronis licuiſſet. Ego or-
tos ſtante re p. Oratores/Poetas/Hiſtoricos/Phōs/ Iurecōſultos longe his p̄ſtare
aſſero/qui poſt modū fuerūt eloquētia & doctrina:latinā vero eloquentiā corruiſ
ſe reip. gubernatōe ſubmota/Guarinus tanq̄; defunctā & extinctā dixeri in eius
funere lamentat̃. Nō nego eos qui ſub Impatoribus vixerūt fuiſſe doctos & elo
quentes:ſed lōge diſtare a facūdia atq; elegātia ſupioꝝ:& neq; doctrina illis/ neq;
ingenio pares. Qd' ſi ille cōtentōis cupidus negaret: ageṫ cauſa teſtibus p̄clariſſi-
mis/q̄ꝝ auctē paulo inferior eſt Guarinus. Et qm̄ ipe me falſo lugere dicit elo-
quentię ruinā atq; interitū:aſſerat etiā ſi laudat falſo id ſcripſiſſe Ciceronē:cuius ea
dem eſt ſnīa. Inqt em̄ in libro officioꝝ.ij. Admonebat me res ut hoc quoq; loco in Cicero
termiſſionē eloquentię/ne dicā interitū deplorarē. Sed tñ videmus q̄bus extinctis
oratoribus/q̄; in paucis ſpes/q̄; in paucioribꝫ facultas/q̄; in multis ſit audacia. Ac
cipe & alios/quoꝝ eſt & mea ſnīa:quantū latina eloquentia fuerit diminuta. Vir
doctiſſimus Seneca in proęmio declamationū:quicq̄d inqt romana facundia ha- Seneca
buit/qd' inſolenti Gręcię aut opponat/aut p̄ferat/circa Ciceronē effloruit. Oīa in-
genia q̄ lucē ſtudijs noſtris attulerūt/tunc nata ſunt in deterius: quotidie data res
eſt ſiue luxu temporꝫ (nihil eſt em̄ tam mortiferū ingenijs q̄; luxuria) ſiue cū plu-
rimū pulcherrimę rei ceſſiſſet: tranſlatū eſt oīe certamen ad turpia. Neſcio an tibi
ſatis probatus teſtis Seneca videat̃ cōtra inanē Guarini opinionē. Accipe tertium
quoq; grauiſſimū hiſtorici doctiſſimi Cornelij taciti teſtimoniū:qui vl' ſolus Gua
rinū deijciat ex arce utputa Minerue. Hic in proęmio libri.xvij.ſcriptū ita reliquit. Cor.tacitus
Nam poſt conditā urbem.cc.&.xx.annos prioris eui multi auctores retulerūt/ dū
res popl'i romani memorabant̃/pari eloquentia ac libertate:poſtq̄; v̄o bellatū eſt
apud Actiū/atq; oēm p̄tātem ad unū referri pacis interfuit:magna illa ingenia ceſ
ſere:ſimul v̄itas pluribus modis infracta:primū inſcitia rei p.ut alienę: mox libidi
nę aſſentandi:aut odio aduerſus dn̄antes. Cū ergo & Senecę v̄bis/ quibus illa prę
clara ingenia Ciceronis ætate nata eſſe/deinde in deterius decreuiſſe affirmat:&
Taciti teſtimonio:aſſerentes magna illa ingenia poſt imperiū ad unū delatū defe-
ciſſe:aptiſſime conſtet quāta iactura ſit ſecuta in l'ris latinis libertate amiſſa:rectiſſi-
me ſcripſiſſe me dico in priori ep'la/latinā eloqueniiā corruiſſe. Caiū quoq; Cæſa-
rem qm̄ rei p. delendę origo & cauſa fuit:cuius ruina eloquētiæ quoq; & ſtudioꝝ
ruinā traxit:rectiſſime ex eo dici potuiſſe linguæ latinæ & bonarū artiū parricidā.
At vero inſtat Guarinus ſatis incōcinne:negat extinctā aut diminutā Cęſaris opa
libertatē romanā:ſed auctā & viuacē factā eſſe cōtendit. Idem affirmat viguiſſe ſe
natus auctem/q̄ſtorū/prætorū/cenſorū/imperatoꝝ/conſulū/ordinariā ſeruatam
creationē:rem romanā adeo in priſtinū gradū ordinēq; redactam/ut nulla iudicijs
legibus cogēdo ſenatui videret̃ allata mutatio. Horū tanq̄; certiſſimū affert argu
mentū:q̄ romani Imperij fines fuerint longius latiuſq; propagati: in quo pluribꝫ
q̄ cauſę ſuę cōferat verbis euagat̃. In calce aūt ſui libelli:quid ſi nō īminutā/ ſed re
ſtitutā & in melius redactam libertatē inqt Cęſaris cura ſimil'r & adminiſtratōe re
periremus? An obſcurū eſt inqt Cæſarem ſenatū ſuppleuiſſe:p̄torū/ediliū/ quæ-
ſtorū/minoꝝ etiā mg̃ratuū numeꝝ ampliaſſe? Argumentū reſtitutę & in melius
redactę libertatis iudicat ſuppleſſe ſenatū:in quē oēm illaꝫ barbaroꝝ fęcē cōiecit:
uñ exortū eſt Gallos ī Curia brachas depoſuiſſe. Ampliaſſe numeꝝ mag̃ratuū/
quos ſatellitibꝫ ſuis & ſicarijs repleuit:octoginta inqt ciuiū milia in trāſmarinas co
lonias diſtributa:in urbem ciuilibꝫ bellis exhauſtam reuocauit. O deus īmortalis:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ubinam gentiũ ſe putat ſcribere Guarinus? Nempe ſi apud Italos / ubi ſunt plures
viri eruditiſſimi tum græcis/tum latinis lr̄is inſtituti ſe loqui putaſſet: nequaꝗ̄ ſuum
libellũ tot ridiculis & ſomnijs referſiſſet. Credo eum grecis adeo opam dare/ut la
tinos negligat: quanꝗ̄ & græci Plutarchus & Dyon/quos cõmemorat / ſæpius ſi
recte inſpicit cõtra ſe ſentire videant̄. Sed ut hunc libertatis aſſertorē diligẽtius ſcru
temur: ait ſe cõtendere libertatē Romanã Cæſaris opa auctam eſſe & vitã cõſer
ctam. O vocē docto viro indignã. Loquor apud te Frãciſce/ queſo hec Guarini
cauſa grauiter ferre. Adeo ne ſibi blandit̄: adeo ne ſibi fauet & ſtudijs ſuis: ut au
deat totiens repeter/e auctam opera Ceſaris libertatē Romani populi contra oĩm
qui unꝗ̄ ſcripſere auctem? Tibi notus eſt Cicero. Nam forſan Guarinus eum cõ
temnit: tu eum quãtifacias ſcio. Ede libros ſuos: & eos maxime qui ſunt de officijs:
Cicero. in quibus tanꝗ̄ phũs loquit̄ ex ore ipſius veritatis. Cum autem dñatu unius oĩa
tenerent̄ inquit: neꝗ̄ eſſet uſꝗ̄ conſilio aut auctoritati locus. Et deinde, Cum reſp.
in qua oĩs mea cogitatio/cura/opera poni ſolebat/nulla eſſet oĩno. Alio in lo
co extinctũ eſſe ſenatũ/deleta iudicia querit̄. Etiam eiſdem libris. Nec vero huius
tyrãni ſolum/quē armis oppreſſa pertulit ciuitas/interitus declarat / quantũ odiũ
hominũ valet ad peſtem: ſed reliquorũ ſimiles exitus tyrannoꝝ: quorũ haud fere
quiſꝗ̄ interitũ ſilẽm effugit. Paulo aũt poſt. Parietes modo urbis ſtant: hiꝗ̄ ipſi iam
extrema ſcelera metuẽtes/rem vero publicam penitus amiſimus. Ipſemet Guari
nus refert verba Tullij: aſſerentis plura ſe euerſa ꝗ̄ ſtante rep. ſcripſiſſe. Pluribus in
ſup in locis querit̄ reip. calamitatē. Solus ergo Cicero teſtis copioſus/niſi eũ Gua
rinus eijciat/cogit illum vel reluctantem ac tergiuerſantē aſſentiri ſe falſa litteris
Seneca ſuis mandaſſe: cum extinctum ſenatum/deleta iudicia/rempu. amiſſam/euerſam
ciuitatem/tyrãnide Cæſaris oppreſſam totiens deſcribit. Seneca inſup neꝗ̄ Cato
nem poſt libertatē neꝗ̄ libertatē vixiſſe dicit poſt Catonem. Verum ipm alio ſuo
teſtimonio cõuincamus. Supius inquit: multas poſt Cæſaris victoriã a Cicerone
etiã in iudicijs habitas eſſe oõnes. At hę ſolę ſunt quæ pro Q. ligario/ & rege De
iotaro ferunt̄. Si alias nouit ipſe Guarinus/recenſeat. Qui ergo iudices extiterunt?
Num ex ordine ſenatorio? num equeſtri? num per ppl'm elati? num ipſe prætor?
apud quē priuatę cauſę ſæpius agebant̄. Nihil minus. Qui nam igitur hi iudices
fuerunt? Solus Cæſar. Qui cauſam audiuerũt? Vnus Cæſar. Qui iudices ſentē
tiam tulerunt? Nempe unicus Cæſar. Qui reos abſoluerũt? Ipſmet Cæſar. O præ
clarum & a Guarino productũ iudicium libertatis. Quod maius/qđ manifeſtius/
quod euidẽtius teſtimoniũ afferri põt libertatis amiſſę/ꝗ̄ unius ſolius arbitrio/nõ
auctē ſenatus/non permiſſu populi fieri iudicia/cauſas agi & reos abſolui: Fori er
go & iudicioꝝ more ſublato/aut doceat Guarinus qđ unꝗ̄ potuit/ id legibus Cæ
ſari licuiſſe: aut velit nolit/fateat̄ neceſſe eſt Cæſarem fuiſſe tyrannũ extincta po
puli libertate. At propagatũ imperiũ affirmat. Quid hoc ad libertatis cauſam perti
net? Quaſi non potuerit etiam libertate amiſſa Romanũ imperium augeri. Illud
eñ ruditer poſuit: conſulum/pretorum/cenſorum/queſtorũ/ imperatorũ creatio
Suetonius. nem ordinariã eſſe ſeruatã. hunc locum ait paucis abſoluã. Accipe Suetonij verba:
quæ ſi legiſſet Guarinus/in has ridiculas ineptias non incidiſſet. Cum de inſolen
tia Cæſaris loqueret̄. Pergrauant inquit cætera facta dictaꝗ̄ eius: ut abuſus dña
tione & iure ceſus extimet̄. Nõ eñ honores nimios modo recepit: ut cõtinuũ con
ſulatũ/ppetuã dictaturã præfecturãꝗ̄: moꝝ inſup pnomen/Impatoris cognomē/
patris patrię ſtatuã inter Reges ſuggeſtã in Orcheſtra: ſed & ampliora etiã huma
no faſtigio decerni ſibi paſſus eſt. Nõnullos honores ad libidinē cepit & dedit ter
tium & quartum conſulatũ titulotenus geſſit: cõtentus Dictaturæ poteſtate: atꝗ̄
utroꝗ̄ anno binos cõſules ſubſtituit ſibi: ne ternos nouiſſimos menſes ita ut me
dio tempę comitia nulla habuerit/præter tribunoꝝ & edilium plebis prefectoſꝗ̄

pro p̄torib⁹ cōſtituerit: qui pręſente ſe res urbanas adminiſtrarēt. Pridie autē Ka
lendas Ianuarias repentina conſulis morte ceſſantem honorem in paucas horas
petenti dedit. Eadem licentia ſpreto patrię more/ magiſtratus in plures annos or⸗
dinauit: decem prætorijs viris conſularia ornamenta tribuit/ ciuitate donatos: &
quoſdā e ſemibarbaris Gallorū recępit in Curiā. Neq; minoris impotentię voces
ꝓpalam edebat: nihil eſſe amplius rem pu. q̄ appellatōem ſine corpore & ſpecie.
Syllam neſciſſe l̄ras: qui Dictaturam depoſuerit. debere iam ſecum homines cō⸗
ſiderantius loqui: ac pro legibus habere quę dicat. Adeuntes ſe patres cōſcriptos
ſedens excipit. Adiecit ad hanc inſignem deſpecti ſenatus cōtumeliam multo ar
rogantius factum. Nam cum in ſacrificio latinarū reuerente eo inter īmodicas ac
nouas populi acclamatiōes q̄dam e turba statuę eius coronā lauream candida fa
ſcia p̄ligatam impoſuiſſet: & trib. plę. Epidius marulus Cęſetiuſq; flauius coronæ
faſciam detrahi/ hoīem in ꝟincula trahi iuſſiſſent: dolens ſeu propter parum pro⸗
ſpere motam regni motōem: ſiue ut ip̄e ferebat/ ereptam gloriam recuſandi tribu
nos grauiter increpatos poteſtate priuauit. Comitia quoq; ut ip̄e refert/ diuiſa cū
populo habuit: ut pro parte dimidia quos populus vellet pronunciarent: pro par
te altera quos ip̄e dediſſet. Magna quidē indicia atq; opera ſunt hæc libertatis ad⸗
auctę ac reſtitutę/ ut Guarino videt: nō aſſurrexiſſe ſenatui/ tribunis poteſtate pri
uatis/ dictatura ꝑpetuo ſumpto/ unius arbitrio oīa adminiſtrata. Creatōem ꝟo
adminiſtratuū ordinariam dixiſſe ſeruatam/ monſtri ſimile eſt. Priuatus comitijs
populus/ comitia cum Cæſare diuiſa: conſulatus non ad ius populi/ ſed ad ſuam
libidinem conceſſi/ ſpreto patrię more magiſtratus creati: non ordinariam/ ſed li⸗
bidinariam oſtentant creatōem. Quis hæc de Mario aut Sylla legit? qui in iniurijs
ulciſcendis ita crudeles fuerunt/ ut tamē rei p. auctoritas/ magiſtratuū creandorū
ordo & dignitas remanerent. Illud vero maxime pudet ſcripſiſſe Guarinum: in
quo vel negligentiā ſuam/ vel ignorantiam teſtatur. Ait octoginta ciuium milia Cōfutat ali
Romanoꝝ in tranſmarinas colonias diſtributa reuocaſſe Cæſarē in Vrbem bel⸗ ud Guarinꝰ.
lis ciuilibus exhauſtam. Neſcio an ab aliquo Gręco hoc Guarinus hauſerit. Hoc
ſcio: Suetonij ſententiā a Guarini opinione admodum eſſe remotam. in quo mi
rari cogor Suetoniū ab eo hac in parte non intellectū: qui ad verbum hæc refert.
Octoginta ciuiū milibus in tranſmarinas colonias diſtributis: ut exhauſtę quoq; Suetonius.
urbis frequētia ſuppeteret/ ſanxit: ne quis ciuis maior annis. xx. minorue. x. qui ſa⸗
cramento non teneret/ plus triennio continuo Italia abeſſet. Non reuocata ſcribit
Suetonius: ſed diſtributa. Sed dū Guarinus Cęſarē tueri & ornare nitit: neq; quid
dicat ip̄e/ neq; quid teſtes quos refert intelligant animaduertit. Neq; hoc in loco ſo
lum/ ſed in multis inſuꝑ grauiſſimorū auctorum ſententias/ quos paulo poſt recē
ſebo/ aut nec intelligit: aut nititur ꝑuertere. Certus ſum mi Franciſce: te admodum
mirari Guarini doctrinam: qui ſtudio litigandi mecum adductus/ dum vult Cæ⸗
ſaris famam ſeruare/ prodit ſuam. Docui hucuſq; ſatis abunde ut opinor: primum
anteire gloria Cæſari Scipionē: tum etiam culpa Cæſaris latinam eloquentiā cor⸗
ruiſſe: tertio libertatem Romanā Cæſaris tyrannide opp̄ſſam atq; euerſam. quæ
ita veriſſimis teſtibus ſunt confirmata/ ut nulla dubitatio mentibus legentiū poſſit
hęrere. Nunc certa ſua refellam argumēta: nō quidem oīa: nam & indigna ſunt
quibus reſpondeat: & longior fieret oratio: ſed capitaliora q̄dam/ quibꝰ palmā vi⸗ In argumē
ctorię ſe adeptum putat. Ait eloquentię ruinam prodiſſe ex luxuria atq; auari⸗ ta Guarini
cia: dictum Criſpi Saluſtij adducit ſcribētis: auariciam fidem/ probitatē/ cæteraſq;
bonas artes ſubuertiſſe. Quæſo Franciſce/ ſi hæc duo vitia eloquētiam euerterūt: Saluſtius
ea autem Saluſtij ætate tantum incrementum ſuſcepere/ ut ad ſummum perue⸗
nerint: cur tunc maxime viguit eloquentia: adeo in extremum culmen ꝑducta/ ut
maior eſſe non poſſet? Sed alia fuit cauſa euidentior. Amiſſo eñ rei pu. pręmio/

exercitũ quoq; illius defecit. Vult extra culpã eẽ Cęſarẽ/ſi poſt eũ nepharij prĩci-
pes ſint ſubſecuti. Nõ dico illũ q̃les poſteri futuri eẽnt p̃ſtare debuiſſe. qđ affirmo/
ſi p eũ res pſtare potuiſſet: ſi illius cupiditas impandi nõ adeo vires ciuitatis obruiſ-
ſet: ut extinctis p̃clariſſimis principibus/luminibus Romanę urbis/unus q̃ patria
eſſet validior neq; bonos/neq; malos prĩcipes fuiſſe futuros. Arguit me q audeã
edere ad iudiciũ meũ uti vagus: nõ ab hiſtoriarũ dictatu/nõ ad doctorũ & priſco-
rum ſñiam/ſed neſcio quẽ ſenſum & voluntatẽ pferam. q̃ſi v̾o Guarinus ſcripta
ſua doctorũ illorũ/ nõ ſomniorũ ſuorũ auctoritate cõfirmet: ac non introducat eos
teſtes qui in ipm probe reijciunt. Ego quos auctores adhuc ſum ſecutus / magna
ex pte protuli Ciceronẽ/Senecã/T. Liuiũ/Cor. Tacitũ/Valeriũ/Suetoniũ/ Tran-
quillũ: quos ſi deſpicit Guarinus: aut ſi me illos nõ recte intelligere affirmat: equo
aĩo patiar illũ eſſe in cauſa ſupiorem. Verũ incutere terrorẽ mihi ſe credit. Nõ ſolũ
ſe aduerſus me bellũ ſuſcepiſſe dicit/ſed denũciat reliq̃s etiã cohortibus/ q̃ in me
paratę ſint vicẽ relinq̃re. Ego quantũ valeat Guarinus expior: quantũ reliquę co-
hortes expecto: q̃q̃ male latine locutus eſt. Nam cũ pro ſua modeſtia ſcribat nõ
ſolũ ſe incurſionẽ meã uno ĩpetu poſſe ſuſferre/ ſꝫ & reliq̃s cohorte: ſtãq̃ ſi ipe una
cohors ſit/ſubſidiarias eſſe affirmet. Niſi forſan ĩtelligat unius cohortis munere in
hoc certamine ſe fungi poſſe. Verũ ego & Guarinũ/ & cohortes illas apte cõtem-
no. nã ex veteranis nõ cõſtant: quos tñ noui om̃s: & ſentiũt mecũ. Tyronũ imperiũ
non ptimeſco. Qđ aũt in principio meę ep̃lę ſcripſerã: credere me Plutarchum res

Ad aliud

militię geſtas / & belli gl̃iam/ non v̾tutes ſecutũ in compandis Cæſare & magno
Alexãdro: lõga or̃one rephendit: & ut falſum me opinari videã/affert teſtimoniũ
Plutarchi. Hoc mihi admodũ placuit. cõtra ſe enĩ illũ ut ſæpiſſime facit/introducit.

Plutarchus

Quid inq̃t Plutarchus: Vitas/nõ hiſtorias cõſcribimus. Hoc ego neq; nũc ĩficior.
Nam in vita res domi & foris geſtę/laus & gl̃ia continent. Sed doceat Guarinus
ſi põt: Plutarchũ Alexandri ac Cæſaris v̾tutes cõparaſſe/nõ res geſtas & belli glo-
riã. ut ſcripſi. Ipe Plutarchus poſt priora verba refert ut trãſfert Guarinus: Nec n.
rebus clariſſime geſtis v̾tutis/aut vitiorũ ineſt demõſtratio. Hoc ſentit vir doctiſſi-
mus Plutarchus: in cęde hoĩm/in ſtrage/in maximis pugnis/in expugnatõibus
ciuitatũ nullã ineſſe virtutẽ: q̃ q̃uis ſint pmagna / tñ ſemp in hoĩm pniciẽ ſtrageq;
gentiũ. Nihil in ſe cõtinent honeſti: niſi forte cũ iuſta ex cauſa ( qđ tñ neq; Alexan-
dro/neq; Cæſari contigit ) fiant. Aſſerit inſup v̾tutes magis & vitia a Plutarcho q̃
res geſtas deſcribi. Hoc neq; Plutarchus aſſerit: neq; Guarinus põt pferre. Debuit
non verborũ inanẽ ſonitũ effundere: ſed oñdere qđ honeſtũ referat Plutarchus a
Cæſare: q̃bus cũ v̾tutibus exornet: quã v̾tutis laudẽ ſibi tribuat. Sed nullã affert
corrector nr̃: & cũ v̾tutes & vitia ab ſuo teſte deſcribi affirmet/ ſilet tñ: in hac tanta
expectatiõe in laudibꝰ Cæſaris deliteſcit. Ego Plutarchũ video nullũ Cæſaris aut
Alexãdri ſibi officiũ aſſumpſiſſe: ſed mores & res geſtas deſcripſiſſe: quibus nulla/
aut prara eſt v̾tus pmixta: neq; etiã ab alijs laudatos ab eorũ v̾tutibus ſcio. Qui n.
laudari poſſunt/ſi ad phĩam moralẽ aĩa duertamus viuendi ducẽ & mgr̃am/ duo
portẽta orbis: duę humani gñis peſtes: duo gentiũ flagella: q nati ſolũ eſſe videnẽ
ob effuſionẽ ſanguinis/ad euerſionẽ prouinciarũ/regnorũ deſolatõnem / ad cõem
hoĩm interitũ atq; cladẽ. Nõ pugno cũ Alexãdro: neq; græcos q noſti quantũ au-
deant in hiſtoria refello. Senecã nr̃m grauiſſimũ phm̃/video multũ a Guarini ſñia

Seneca

quo ad Alexãdri laudes: qui eũ veſanũ hoĩem/infœlicẽ/furentẽ/libidine aliena va-
ſtandi/exitiũ familiariorũ ſuorũ: cui pro v̾tute fuerit fœlix temeritas: a puericia la-
tronẽ/gentiũq; vaſtatorẽ/tam amicorũ q̃ hoſtiũ pniciem pprijs v̾bis appellat. Cre-
do de Cæſare haud diſſiĩa/dempta crudelitate/ſcripturũ Senecã fuiſſe: niſi reſpe-
xiſſet ad Neronẽ qui tũ impabat. Attñ cũ Plutarchus duorũ ut vult Guarinus/ vi-
tia & v̾tutes cõparet: Alexãdri aũt vitia & ſcelera a Seneca referant: pmulta nãq;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt Cæſarē quoq; Alexādro copulari ſimilitudine vitiorꝝ. Deuenit tandē tanq; ſupio Adaliud.
ri ex aīo pceſſerint/ ad laudandā Cæſaris adoleſcentiā. q in re multa magis riden
da ptulit q̄ laudanda. Illud v̄o in primis eſt abſurdū: nec etiā minus inqt q̄ Mariū
ambitiõe (neſcio qua) effrenata/ tanq̃ ad peſtem mortaliũ nati/ bellis ſemp indul
gent/ pacis atq; ocij hoſtes. Nõ licuit Italiæ noſtris tpibus ab armis quieſcere/ pro
pter nonnullorũ principũ aliena rapiendi cupiditatẽ. Mitto alia vitia in quibus quã
tumlibet paruis verſent̃: dũmodo infra eorum domos cõtineant̃: quos tu qua ra
tione fœlices nuncuparis ignoro. ¶ Parcas oro maledictis CAROLVS inqt.
Non ẽm iurgio hæc/ ſed ratione diſſerẽda ſunt. Iſtis quippe vitijs nullã fœlicitatis
ptem aſcribi poſſe cõcedo: ſed nõ ea in oĩbus eſſe vident̃. Male ẽm nobiſcũ ageret̃
ſi tam dura cõditio omniũ principũ eſſet. Rari ſunt in quibus non aliqua ṽtus elu
ceat. Quare mihi recte conſideranti/ fœlices principes eſſe vident̃: quibus adſunt
oĩa quę ſunt hoĩbus maxime exoptanda/ quęq; ſolent efficere btãm vitam. Nam
poſſident opes/ diuitias/ dignitates/ imperia. Eſt ſumma in eis rerum licẽtia: ſumma
bñficiorũ facultas: ſumma liberalitatis occeſio. Adſunt (ſi quid ad rem ptinet: ſed
approbat Epicurus) diuerſi corpis atq; animi voluptates: aurea atq; argẽtea mẽ
ſa: varij magnificiq; apparatus: ludorũ & cantus plura genera/ ad auriũ animiq;
iocunditatẽ exquiſita. Colunt̃ atq; adorant̃ ab reliquis: quæ maxima habet̃ volu
ptas. Iuſti pterea/ ſapientes/ tempati boni eſſe poſſunt: ſicuti multi quoq; ſapiẽtes
habiti ſunt & virtute pditi. Quibus ex rebus pateſit ampla ad fœlicitatem via. At
tu principes oĩs bonos/ maloſq; in una eademq; fœlicitatis dãnatione conſtituis:
ſaltem ab hac (me intuens) regula ſummos põtifices excępiſſes: quos iniquũ eſt
eſtimare fœlicitate priuatos. Cum ẽm ſe honeſtos/ & optimarũ rerũ cura occupa
tos/ tum ſalutis cõmunis/ tum pacis pplorũ/ tum oĩm gentiũ quieti ſe cõſulere in
ſuarũ ſ(r)arum proęmijs quotidie profiteant̃: cũ ſaluatoris vice fungant̃ in terris: re
buſq; cœleſtibus mentẽ applicent: qui poſſunt tã ſanctis dediti cogitatiõibus nõ
eſſe fœlices? Sunt pterea diuinarũ Antiſtites: quarũ cultu nemini dubiũ eſt fœlici
tatem hoĩbus elargiri. Idem & noſtro huic Pontificis ſecretario videri cõuenit: cu
ius plurimę pontificiæ epiſtolæ ſunt in eorũ cõmendatõem. ¶ Tum EGO in lit
teris inquã meis id primũ aduerto qđ pontificis eſſe oporteat officiũ/ aut munus:
eas laudes illis tribuens quibus vacare non debent. De fœlicitate vero ipſemet exi
ſtimo eſſe credendũ. Se ẽm ad ſuas cogitationes eſſe affirmãt: litteris aũt eorum fi
dem pſtandam eſſe: nullo modo fidẽ abrogandã. Itaq; per me fœliciſſimi appellẽ
tur licebit: cum ego quoq; illos beatos credam qui ſe eſſe beatos putant. ¶ Tum
COSMVS Atqui inquit/ nup legi longe ſecus iudicaſſe pontificẽ Adrianũ vi
rum prudentẽ/ & vitę ſanctitate præſtantem. Solitum ẽm frequent̃ dicere accepi
mus: neminẽ videri ſibi romano pontifice miſerabiliorem: nulliuſq; deteriorẽ con
ditionẽ eſſe aſſerebat: cathedram illam in qua reſiderent pontifices ſpinis refertã:
palleum quo amictarent̃ cõſertum aculeis acutiſſimis: tantęq; molis/ ut etiam ro
buſtiſſimos pmeret: mitram vero igneã/ quæ caput geſtantiũ ureret. Hic apte pro
feſſus eſt q̃lem fœlicitatẽ pontifices aſſequant̃: eos dico qui munus põtificiũ am
plecti volũt. ¶ Tũ EGO miſſos inquã põtifices faciamus: in quibꝰ plures q̃ in re
liquis imperijs/ & fœlices & Deo accepti reperti ſunt: ſermoneq; noſtrũ conuerta
mus ad reliquos: de q̃bus honeſtius liberiuſq; loq̃ri põt. Verũ me/ qui in maximi
oĩm pricipis obſequo verſor/ ęquius eſt hac de re ſilere q̃ loqui. Hic noſter Nycho
laus in libera ciuitate liberior cæteris/ nullius obnoxius cupiditati: qui unus ſemp
præ ſe tulit ſummã dicendi licentiã: neq; veret̃ quo aĩo ſua dicta accipiant̃: dum
modo quod ſentit proferat/ audacius uberiuſq; ſuum explicabit iudiciũ. ¶ Mihi
quidem NYCHOLAVS inquit/ cum his noſtris rerum dominis nulla unq̃

Principum magniſcentia.

priuata conſuetudo fuit: neq; eñ magna ex parte hi ſunt de quibus æqua mente poſſim audire. Q̃uis eñ raro hanc urbem exierim: tñ & oĩm qui ubiq; ſunt principum mores & vita mihi nnoteſcũt: & eorũ qui hactenus geſta plegi. Itaq; cũ vita eorũ/tum ratio & veritas mihi perſuadent: ut credã dici nihil poſſe miſerius principantiũ vita: quã recte ac p̃enitus intuenti licet inſpicere ambitioſam/anxiam/turbulentã/maximis tribulationibus calamitatibuſq; ac malis facinoribus plenã. Carolus bonos eſſe principes/& nõnullos habitos dicit: ego nõ qui eſſe poſſunt/ſed

Heſiodus.

qui fuernit pquiro: quos nondũ ulla ætas ſortita eſt. Nam ſi veteris Heſiodi ſnia/difficile eſt bonũ eſſe: id multo in regibꝫ & Impatoribꝫ difficilius fiet: quorũ plura vitiorꝫ irritamenta ab exercitio virtutũ ſubducũt. Eluxit aliq̃ñ/ſed tñ p̃raro in aliquibus q̃dam ṽtutis ſplendor. Sed ſcriptorꝫ nõnullorũ aſſentatio/ qui adulatiõis p̃mia a principibꝫ expectabant: & puula ſcintilla ṽtutis maximũ incendiũ excitarunt: ampliãtes ea verbis quę tenuia rebꝫ erant. Val. max. adulatorũ ſcriptorũq;

Val. maximus adulator mẽdax.

oĩm adulãtiſſimus/de Iulio Cæſare in grãm Tiberij ſępius apte mentit̃: in laudibꝫ ſuis tanq; de Deo loquẽs: non de eo cuius acta in omĩ vita (armorũ gloria excepta.) a bonis reprobata extitere. Sed licet pauci paulũ emerſerĩt a cõſuetudine aliorum: tñ ſi qua in eis ṽtus enituit/ea multorũ flagitiorꝫ caligine obumbrata eſt. Inuenies quoſdã humanos/ſed luxurioſos: alios prudẽtes/ſed crudeles: hos iuſtos/ſed deditos auaricię: nõnullos magnificos/ſed raptores: quoſdã liberales/ſed ira feruidos et impatiẽtes. Ita quoquo ṽteris: nihil purũ/nihil ſyncerũ in eis reperies: nihil caſtũ: nihil abſolutũ: ſed ita infecta oĩa/ut lõgo interuallo ṽtutes a vitijs ſuperent. Neq; hoc tantũ natura hoĩm/quantũ ipſius euenit vitio principatus. Nam cũ natura fragiles ſimus atq; imbecilles: qui facillime ad laſciuiã/& vitia labamur: tñ principatus re ipſa & licentia malus eſt/malorũq; opifex & miſter. Sed in hac omĩ noſtra diſputatiõe p̃dictum velim: me nihil aduerſus pſonas/ſed de re ipſa ſentire q̃d loquor. quę cũ plĩma vitia ſecũ trahat: neceſſe eſt etiã bonos aut corrũpat/aut defatiget: adeo ut nullã fœlicitatẽ deguſtare queant. Sunt eñ in regno q̃dam tanq; in ætate ad adoleſcentũ ac ſenũ natura inſita vitia: quę qui tollit aut mitigat/diuino potius fungit̃ munere q̃ ſuo. Sicut eñ ignis quicquid ei hęret/aut calefacit/aut urit: ita Imperiũ quos apphendit/aut malos reddit/aut certe deteriores. Deliniunt̃ eñ hoĩes illius cõſuetudine: et cõtagiõe inqnant̃. Quo fit ut etiã ſi probi/caſti/pij/humani ad illud euehant̃ inficiant̃ eius moribus & malignitate: et tradant̃ impij/ſceleſti/inhumani/piuri/crudeles. Neq; ſolius Nycholai eſt hæc/ſed Flauij quoq; vopiſci ſententia: qui ad Diocletianũ impatorem in Aureliani vita ſcribẽs.

Flauius.

Vide inquit queſo/q̃ pauci fuerint Prĩcipes boni: ut bene dictũ ſit a ſcurra quodã Claudij inimico unico: a nullo oẽs bonos deſcribi ac depingi poſſe. Quęrit̃ quę res malos Principes faciat̃. Iam primũ licentia. Deinde rerũ copia: amici ĩprobi: ſatellites deteſtandi: eunuchi auariſſimi: aulici vel ſtulti/vel deteſtabiles. Ex quo Dio

Diocletiañ.

cletianũ dixiſſe cõmemorãt: nihil eſſe q̃ bene impare difficilius. Colligunt ſe inq̃t quattuor/aut quinq;: atq; in unum ad Impatorem capiendũ conſilium coeunt: dicunt quid probandũ vel improbandũ ſit. Impator qui domi clauſus eſt/vera non nouit: facit iudices quos fieri non oportet: amouet a re p. quos debet retinere. Ita bonus/cautus/optimus vendit̃ Imperator. q̃les ob res nil rarius bono principe eſ

Saturninuſ

ſe teſtat̃. Idem Satcrninuz quẽ Aegyptij ad Imperiũ aſſumẽdũ cogebãt/locutũ memorat. Neſcitis amici quid mali ſit imperare: Gladij pendẽtes ceruicibꝫ imminẽt: haſtæ undiq;/undiq; ſpicula. ipſi cuſtodes timent̃: ipſi comites formidant̃. Adde q̃ omĩs ætas in Impio rephendit̃. Aurelius Antonius Pius/quẽ per oẽm terrã philoſophantes/inter omẽs qui unq; imperarũt palmã tuliſſe ṽtutis hiſtorię ferunt: ſanctimonia certe vitę excelluit omẽs: ab Adriano adoptatus in Imperiũ/magis doluiſſe q̃ letatus eſſe tradit̃. Iuſſus aũt ex priuatis hortis in principis domũ migrare inuitus acceſſit. Et cum ab eo domeſtici quęrerẽt: cur tã mœſtus in tantã adoptio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nem trāſiret: multis v̄bis diſputauit quę in ſe mala Imperiū contineret. Diocletia-
nus vero cū poſt depoſitū Imperiū in priuata villa agro colendo intentus degeret:
rogatus a Licinio ut ad Imperiū rediret: id recuſauit: diſſerens oſtēſo horto quā
plātarat/ q̄ dulcis & iocūda ea vita eēt: q̄ vero miſera & anxia in Impio cōſtituta.
Videtis quā naturā principatus eſſe affirmarūt & ſapiētes viri/ & hi qui & ipſi ſum
mi & boni principes extiterūt. Etem̄ velut fuligo cōmaculat tangētes: ſic regnum
poſſidētes corrūpit multitudine morborꝝ animi. quę ſi qs ſanę mētis penitus per-
ſpexerit: haud ſane multū illius cupiditate flagrabit. Non ſolū em̄ quę terentianus
ille adoleſcens q̄rebat̄ in amore vitia/ iras/ ſuſpitōes/ inimicitias: bellū/ pacē rurſus:
ſed multa in eo acerbiora/ atq; aſpiora pſpicax animus intuebit̄: ut potentiā/ faſtū/
ſupbiā/ libidines/ odia/ crudelitates/ ambitionū dn̄andi cupiditates/ veneficia: et qc-
quid aliud ad pniciem mortaliū negotia hoīm excogitabit. Q. ſi qs eo robore/ ea fir
mitate animi diuino quodā munere fretus ad principatū adeat: ut om̄es eius illece
bras v̄tute ſupaſſe videat̄: tn̄ ut ſeſſor bonus in equo retrogrado ac calcitroſo ex-
cutiet̄: delabeturq; aliqn̄. Ita qui Imperiū aſcendit defluet vel inuitus rerū licentia
ac luxu: & tot inſidijs tum hoīm/ tum vitiorū circūuentus declinabit a guberna cu
lo: & tanq; vehementi actus tempeſtate vi fluctuū iactabit̄ ad ſcopulos in quibꝰ
allidetur/ periclitabit̄q; om̄is bene viuendi ratio & diſciplina. Nam q Carolus ad
compandā fœlicitatē cōtulit diuitias/ opes/ rerum licentiā/ bn̄ficiorū facultatē/ Im-
peria/ dignitates/ voluptateſq; & alia plura quę retulit: iſta quidem potius infœli-
citatis q̄ fœlicitatis irritamēta inſtrumentaq; eſſe vident̄. Verꝝ opibꝰ ac diuitijs nō
magis utunt̄ principes q̄ priuati: neq; magis q̄ quantū homini ſiat ſatis. Victū ha
bent pcioſiorē/ & cultiores veſtes: ſed venena in his formidant̄: & amicorum inſi
dias. Suſpicioſę ſunt epulæ atq; potus: raroq; ſapiūt: tum mixtę curis/ tum cōtinuo
uſu neglectę. Nam voluptates quo magis affluūt: eo ex copia et ſatietate fiunt in
ſuauiores. Præterea nō idem qui reliquis guſtus & appetitus: q ſiccando eſuriens
cibū capit/ nō ſinūt variæ cogitatōnes pcipere ciborꝝ ſuauitatē. Venerea m̄ltis ſu
ſpitionibꝰ implicant̄. Multi em̄ veluti laq̄o capti perierūt. Licentia nihil fœlicitatis
importat. Nam ſcitis veteri puerbio/ ea fieri ſolere hoīes deteriores. Beneficiorꝝ
facultas eſt nobis optanda: ſed plurima pars hoīm eam ad maleficia cōuertit. Nō
em̄ dignū bn̄ficij noīe quicqd principes donant. Effuſio aliqn̄/ & incōſueta largitio
beneficiū appellat̄. At in dando bn̄ficio ratio perſonarꝝ/ & tēporis conſtet oportet.
Illi aūt ut plurimū tribuunt non egenis/ ſed turpibus/ & indignis: dant tamē qđ te
nere non poſſunt: dignitates/ præturas/ magiſtratus. In pecunijs vero quę ſeruari
poſſunt/ ſunt multo remiſſiores. Menſa aurea/ argenteaq;/ & cæteri apparatus ni
hil afferunt ſubſidij quo ſimus fœlices. non em̄ ęgritudines animi leuant/ ſed præ-
ſtant curioſiores. plus ea aſpicientes delectant q̄ poſſidētes. Hoc veriſſime auſim
dicere: in quo & multi ſapientes cōueniūt: nullū eſſe ex corpis ſenſibus/ in quo nō
a priuatis pricipes voluptate exuperent̄. Quare longinq̄ ab his erit vitę fœlicitas
quos & nulla vera ac ſolida ſequit̄ voluptas: & m̄lti circūſtant mētis cruciatus. Tū
CAROLVS tyrannorū inqt/ nō Regū aut Impatorū vita his cruciabit̄ q̄ dixi-
ſti malis: quorꝝ ut Iuſtinus affirmat/ tyrānos ſp vitijs abūdare: ıōq; & eē infœlices Iuſtinus
nĉce eſt. At vero cæterorꝝ qui recto iuſtoq; iudicio p cōi utilitate regnāt/ lōge alia
videt̄ eſſe conditio: qui cū ſint legum ac iuſticię miniſtri: nec priuato/ ſed publico
cōmodo dent opam: cum pacem colāt: cupiditatibꝰ ſtatuēt modum: viros doctos
ament: cum quaſi parentes eorū quibus pręſunt appellari ſoleant: quid his obeſt
quin & dici & eſſe fœlices queant. Nam quid arbitraris/ natura malum eſſe prin
cipatum? Vide ne longius q̄ ratio ſuadet a vero ſeducaris. Natura inſitum no-
bis principandi appetitum/ Cicero noſter tradit: ut animus bene a natura inſtitu- Cicero
tus/ & ſubeſſe nolit & cupiat præeſſe. Indidit enim nobis ſiue Deus/ ſiue parens
natura deſiderium laudis & gloriæ: quam maxima conſequimur præſtantia/



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& imperijs: qbus eminētia qdē animiq̄ excellētia iudicant̄. Cernis natura ipa dare geſtire aīm nr̄m ac lętari/ cū reliquos etiā bonarū artiū certamine antecellit. etenī extollimur glīa quadā: ſi prudētia/ cōſilio/ doctrina/ vel arte egregia cæteris preſtamus. Cum em̄ id ſcire videmur qd' alios fugiat/ tū maxīe erigimur ad laudis cupiditatē. Itaq̄ ſingulis in rebus inſitus nobis eſt p̄eminentię appetitus/ & cupiditas impandi. Quę aūt natura nobis inſunt/ oīmi culpa & rep̄henſione vacant: neq̄ etiā vituperare decet. Cibi em̄ ac potus venereorūq̄ appetitus/ cū a natura p̄deat: nullo modo eſt vitioſus. Sed quēadmodū horū uſus eſt neceſſarius: ſi ad voluptatē referat̄/ non caret crimine: ita ſi quis principatu abutat̄: qn̄ labit̄ ab ordine rationis datur vitio. Nullū igit̄ crimē/ nullū delictū aſſcribēdū eſt principatui: cum ſit eius appetitus a natura: neq̄ etiā ulla īfœlicitas tribuenda: ſed his potius/ qui p abuſu rem optimā ad vitia detorquēt/ & iniuriā cæterorū. Nam qd utilius/ quid optabilius tribuit nobis Deus: qd ad v̄tutum exercitia p̄penſius: ɋ eam fœlicitatē poteſtatemq̄: qua liberales eſſe/ benefici/ magnifici: qua multorū cōmoda procurare: & tum in hoīes/ tum in ipos Deos pietatē exercere valeamus? Hoc datur protegere opp̄ſſos: afflictos erigere: ſubminiſtrare egenis: opem ferre amicis: premia tribuere v̄tuti: prodeſſe ɋ pluribꝰ. Quare nequaq̄ amplius dixeris: aut malū natura eſſe principatum/ cum tanta adſit bene agendi facultas: aut infœlicitatis cauſam niſi malis prebere. ¶ Tum NYCHOLAVS. Quos tu qdem tyrannos appelles neſcio: hoc certe ſcimus: nōnullos eorū Regibus fuiſſe meliores: iuſtiuſq̄ in ſubditos imperiū exercuiſſe. Non em̄ noīe/ ſed re diſtinguunt̄. Verūtamē ſi recte regū/ Imperatorū/ cæterorūq̄ principantiū vitam ac mores p̄pendes: dignos repies permultos qui tyrannorū potius/ ɋ regū nomen mereant̄. Nam boni illi qui ad publicam utilitatē intendāt/ ſecluſo priuato cōmodo: qui bonos & doctos diligant: qui parentis aīm gerant qui fuerit in noſtris lr̄is non cōtinet̄: & ſi quos ulla ætas p̄duxit/ rariores ſtoicorū ſapiente extiterunt. Sed ɋ regnandi appetitū naturalē/ & ob eam cauſam principatū minime malū dixiſti: hoc tibi affirmo. Quæ bona natura ſunt/ mala eſſe non poſſe. Principatus vero qualis ſit/ exempla principū docent: quos te nō fugit ut plurimū rep̄henſione/ ɋ laude eſſe digniores. Neq̄ etiā cōſen-

Naturę vis taneū eſt: ut qd' natura bonū ſit/ malos reddat poſſidentes. Naturalia em̄ etiam repugnātibꝰ nobis vim ſuam exercent. Enumeraſti Carole/ bona quæ poſſunt prouenire ex principatu: oblitus credo/ quot calamitatibꝰ illius cupiditas orbem terrarum afflixit: ut execrandi illi eſſe videant̄/ qui qd' oīm erat primi detulerunt: libertatemq̄ ſub qua nati erant ſeruituti ſubijcientes/ unū aliquē pluſq̄ omes poſſe maluerūt. Q̄uis regnū (qd' primū Imperij nomē in terris fuit) ſanctū eſt habitū apud priſcos illos: dum ſua cuiq̄ placebant: nomē quidē mite laboris & officij plenū.

Saluſtius. Sed ſicut oīa mala exempla a bonis initijs orta ſunt ut Criſpus ait: ſic in Imperijs nomen regis tm̄ manſit: res funditus perijt/ ad tyrānidemq̄ defluxit. Itaq̄ cū principatus poſſeſſio: ſi veteribus hiſtorijs/ ſi rationi credimus: poſſeſſores improbos efficere ſoleat: & principatū quoq̄ malam rem eſſe putandū eſt. ¶ Nōne COSMVS inquit/ ab hoc tuo decreto excipis mltos quos fœlices/ ac bonos ſua ætas exiſtimauit: ut barbaros miſſos faciamus: diuum Auguſtū: Veſpaſianū: Titum: Antoniū piū: Aureliū: Alexandrū: Seuerum: Traianum optimos ac iuſtiſſimos principes: quorū vita merito fœlix dici poteſt. Auguſti quidem fœlicitatē oēs hiſtorici/ oēs annales decantant pace per uniuerſum orbē/ terra mariq̄ parta. quare huic ſaltem fœlicitatem tribuas neceſſe eſt: ne videaris in oībus velle eſſe cōtentioſus. ¶ Tu mihi NYCHOLAVS inquit/ phœnicem neſcio quem affers multis inauditum ſæculis/ atq̄ inuiſum. Antiqua monumenta paucos iſtius mundi principes recenſent: permultos vero illos quorum flagitia & ſcelera plures mortales/ & regna conquaſſarūt. Verū nihil affert mom̄ēti/ quin dici oēs debeant in-

fœlices. Paucorũ/ſi qua ea fuit/v̾tus. Vna eñ hirundo( ut dicit̃ )ver non deſignat. Sed tñ ſi qui paulo tolerabiliores/aut etiã ut vultis boni extiterunt: id ita perraro cõtingit/ut portenti loco haberi poſſit. Nam ſæpius monſtra hoĩm terra/q̃ bonos principes ꝓduxit. Natus eſt nup infans bouis capite/ alter vero catti: hic mancus manu oritur/alter digitis multiplicatis. Quæ oĩa longꝰ a natura hoĩm diſtant. Eodem ergo pacto natura ſit malus oportet. Inuenti tñ longo interuallo ſunt aliqui qui paulũ deſciſcerent ab illius naturę inſtitutis: ſed monſtris ac portentis rariores. Neq̃ vero hos ĩpos fœlices fuiſſe iudico: ſed vacuos fœlicitate. Non extrinſecus/ aut fortunæ indulgentia venit fœlicitas: neq̃ ut alij/ſed ĩpimet de ſua fœlicitate exiſtiment oportet. Expendamus illũ ĩpm Auguſtũ: quẽ ut fœliciſſimũ oĩa ſæcula celebrarũt: & qua vixerit fœlicitate conſideremus. Prima illius ætas in ciuili bello diutius verſata/nulli pepercit crudelitati. Certe triũuiris ultimus ꝓſcribendis ciuibus modũ ſtatui paſſus eſt. Nõnullos etiã proſcribẽdos noĩatim curauit ad expilandas domos. Donec ſublatis his qui rem p. ſaluã vellent: quiq̃ ſuis cupiditatibꝫ obſtabant/cũ Antonio & Lepido libertatẽ eripuit ciuitati. Non refero patrię proditõem: a qua armatus/imperioq̃ ꝓpter ætatẽ Ciceronis opa potitus/ & arma & imperiũ in prię ꝑniciẽ ac viſcera cõuertit. Tunc ſociorũ altero/ſenatus aucte ab inſignibus imperij deiecto interfectoq̃: altero per ciuilẽ ſanguinẽ oppſſo: ſolus rerum potitus eſt. At is ſæpe inſidijs etiã ſuorũ appetitus/ſæpius diuerſorũ in ſe cõiurationes expertus eſt. quo tempe vitã diutius ſollicitã duxit & inquietã/mortis inſidiarũq̃ metu. donec Lunę uxoris cõſilio uſus/cũ Piſoni pepciſſet/hac clementia reliquã ſibi vitã ſecurã ꝓbuit. Hucuſq̃ nullus datus eſt inter tot timores fœlicitati locus. Age/poſtq̃ temere deſijt/quę fœlicitas ſubſecuta eſt? Primũ ( quę magna dicit̃ fœlicitatis portio ) caruit filijs: qui impio ſuccederet. Tum multiplici dolore ꝑ oẽm vitã affectus fuit. Sororẽ Octauiã amiſit. Marcellũ ac Druſũ nepotes/ quos impio deſtinauerat/magnę v̾tutis atq̃ indolis adoleſcẽtes imatura mors eripuit. Marci Agrippę generi/ac Mecœnatis: quos chariſſimos ac fideliſſimos expertus erat/funera ꝓſequutus eſt. Filias ambas ab ſe domi optime educatas/ ob meretricia frequẽtibuſq̃ adulterijs infamẽ vitã/ edicto palã ꝓpoſito ad inſulas relegauit. quo facto quũ ſe tum domũ/ tũ familiã dehoneſtaſſet: propria detegens dedecora/ tantũ poſtea doluit: ut ſæpiſſime Mecœnatis Agrippęq̃ ( qui ſibi verũ dicere ſoliti erant ) interitũ defleuerit: q̄ſtus mł'totiens ſibi deeſſe qui vera ex aĩo loquerent̃. Subſecuta eſt germanici exercitus Quintiliano Varrone duce clades/ magnũ rei pub. vulnus. Quis cũ his erũnis fœlicitatẽ cõiunget? Adijce his q̄bus per oẽm vitam torquebat̃ pl'imas atq̃ ingẽtes/tũ publicas/ tũ priuatas curas: adeo oĩmi gete ocioq̃ & animi & corpis ſublato/ut ſæpius ad deponẽdas undiq̃ ingẽtes moleſtias de reſtituẽda re p. cogitarit. qd' & feciſſet re quietẽ appetens/ niſi vitę inſidias timuiſſet. Hęc quippe maxima dicẽda principũ infœlicitas: ut e rerũ ſtatu deſcendere abſq̃ capitis pic'lo neq̃ant. qd' Diocletianus/ & Maximianus pluresq̃ alij vitę diſcrimine ſunt expti. Sed ut Auguſti fœlicitatẽ diſcutiamus: accipite qd' vir ſapientiſſimus Seneca de eius fœlicitate ſenſerit/in eo libro quẽ ſcripſit de breuitate vitę Potẽtiſſimis inquit/& in altũ ſublatis hoĩbꝫ/excidere voces videbis: quibꝫ optimi optent/oĩbus ſuis bonis ꝓferant/cupiant iterũ ex illo ſuo faſtigio ſi tuto liceat deſcendere. Nam ut nihil extra laceſſat aut q̄tiat/magnã in ſeipa fortuna ruit. Diuus Auguſtus cui dij plura q̃ ulli ꝓſtiterũt non deſijt quietem ſibi ꝑcari/ & vacatõem a re p. petere. Oĩs eius ſermo ad hoc ſp reuolutus eſt: ut ſparet ociũ. Hic labores ſuos etiamſi falſo/ dulci tamẽ oblectabat̃ ſolatio: aliquando ſe victurũ ſibi. In quadam ad ſenatum epiſtola cum ocium ſibi polliceretur/etiam ex verborum dulcedine ſe voluptatem percipere affirmabat. Tanta ocij cupido inceſſerat: ut illud quia uſu non poterat/ cogitatione præſumeret. & qui omnia videbat ex ſe pen-

Auguſti vitę ꝓceſſus.

Seneca.

dentia:qui gẽtibus fortunã dabat/illum diem lętum demũ cogitabat quo magni-
tudinem ſuam exueret. Expertus erat:quantũ illa bona per omes terras fulgentia
ſudoris exprimerẽt:quantũ occultarũ ſollicitudinũ tegerent. Hæc Seneca,qui de-
inde labores/anxietateſq; quibus etiam ſenex agitabat̃ deſcribit:ut oĩno infœli-
cem vitam per oẽm ætatem egiſſe videat̃. Hæc tam multa de Auguſto retuli:ut
ex beatiſſimo principũ ſumat̃ omniũ cõiectura. Nam ſi quem cõſenſus hoĩm pro
fœliciſſimo atq; optimo duxit/adeo agendorꝫ mole pręmebat̃/ut nihil ſibi magis
ꝙ ea vita diſplicere videret̃ : quid de alijs cenſendũ eſt/ qui ad Auguſti ỽtutem ac
laudes longa intercapedine acceſſerũt̃. Nempe infœlices fuiſſe dicemus:nulloq;
in loco minus repiri vitam fœlicem/ꝙ ubi maxime eſſe putat̃. Nam ſi iñter bonos
non verſat̃:nec in malis quidẽ reperiet̃. Refugit eñ oẽm improborꝫ ſocietatẽ. Ve-
rum quoniã fœlix ne ſit vita principum querit̃:primũ quid ſit fœlicitas : deinde an
**Fœlicitas** domicilia principũ ſequat̃/diſcutiendũ. Fœlicitatẽ eſſe vitam operatõnem ſecundũ
**Ariſtoteles** ỽtutem ſcribit Ariſtoteles:& exercitio ỽtutum cõparari. Cicero noſter vult eam
**Cicero.** eſſe honeſtarũ rerum proſperitatẽ. vel fortunã adiutricẽ bonorꝫ cõſiliorũ:quibus
qui non utatur/nullo pacto fœlix eſſe queat. Vbi ergo ỽtutes / aut bona conſilia
deſint/ubi adſunt vitia:ibi nequit eſſe aliqua fœlicitas. Non eñ inter ſe repugnan-
tia coniungunt̃. Sed ỽtutes raram coiſſe cum principibus familiaritatẽ/ præterito-
rum exempla docuerunt. Vt vero improbi maliq; ſit ratio/ qua conſtat vitijs faci-
lem aditum ad principes / patere nobis perſuadet. Igitur & infœlices erũt. Vellem
doctorum/ac beatorum virorum gratia ut ſapientiæ darent operam principes:il-
liuſq; ꝑceptis obtemparent. Sed cum his nulla ſapientię cura ſit : nec virtutes qui-
dem cognoſcere/aut earum uſu ad vitæ ſubſidium uti poſſunt. Fugit ignorantiã
virtus/& rationi ſapientiæq; inhęret. Ea cum ſit principum cõtubernalis / careant
virtutibus oportet. Hæc ſentiens diuina veritas:quæ mentiri nequit:per os ꝓphe-
**Pſalmiſta.** tæ iterum repetens hanc ſententiã. Homo inquit,cum in honore eſſet non intelle-
xit,cõparatus eſt iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis. Quid alijs teſti-
bus/alia auctoritate/alia rõe opus eſt ad demõſtrandũ virtutẽ ſeorſũ habitare a
principibꝰ : & ob eã rẽ infœlices. Stulti cia.n.ſuma infœlicitas eſt.cũ a diuino Dei
oraculo iumẽtis inſipiẽtibꝰ ſiẽs eſſe dicant̃. Nõ intelligere eos dixit qui in honore
cõſiſtunt. Excæcat̃ eñ mens eorũ ſplendore dignitatis & imperij:ut & ſtulticiæ &
**Principum** inſipientiæ pateat/& rara ſit virtus in illis. Nam ſi dixeris fortitudinem in illis eſſe/
**ỽtutes nul-** id prorſus negabo.cum eñ fortitudinis ſit adire pericula pro cõmuni ſalute ad in-
**lę.** iurias propulſandas:armiſq; decertare pro ſalute patriæ:principũ autẽ cura ſit pro
priuato cõmodo/& augendis imperij finibus arma capere: quantũuis ardua peri-
cula ſubeant/fortitudinis laude atq; ope carebunt. Si tempatos dixeris/multi ride-
bunt:cum illorum voluptatẽ libidinem legerint atq; audierint. Iuſti nequaꝙ ſunt.
Nam cum ea virtus verſet̃ circa pœnam/ac prẽmia tribuenda: pœnam qdem in-
ferunt cum eorum ſtatui cõducit. Non eñ ſontes puniunt/ſed perſępe extollunt/
propter admiſſum ſcelus. Pręmio vero nequaꝙ afficiunt bene meritos / ſed quos
libido perſuadet:qui ut plurimũ ſunt reprobi ac nepharij viri. Prudentia plures vi-
dent̃ excellere:quoniã quæ aduerſus inferiores machinant̃ poſſunt ꝑficere. Ver-
ſutos ego/callidos/aſtutos multos audiui:prudentes vero nullos. Siquidem pru-
dentia eſt reliquarũ virtutũ moderatrix:& veluti qdam auriga:ſed cum reliquæ
virtutes procul abſint ab eorum vita : & prudentia quoq; deerit. Sapientia vero
quæ poteſt regibus ac principibus ineſſe: qui neq; litteris/neq; doctrina illam per-
cipiunt:neq; ſapientũ præceptis/neq; doctorum hominũ vocibus/neq; beatorum
cõſuetudine/neq; integritate vitæ. ſatis illi ex magnitudine Imperij ſe ſapere arbi-
trantur : partim temerarij atq; inſulſi:partim fœminis molliores. Multos liberales
vulgus exiſtimauit:quoniã multa multis condonarunt, At hi ſtulticię magis ꝙ li-

beralitatis laudem meruerunt. Incōſulta em̄ largitio/& pecuniarū temeraria effu
ſio vituperanda eſt. In liberalitate qdem loci/tempis/pſonę ratio habet̄. Adeat regē
vir doctus & ſapiens munus petens/& cōtemnet̄: adeat fatuus ridiculus/ aut hi
ſtrio: veſtibus donabit̄ atq; auro. Non honeſtis viris aut egenis tribuunt: ſed pro
cacibus/improbis/importunis. Itaq; dum liberalitatis nomen aſſequi volunt / in
temerariæ effuſionis culpam prolabunt̄. Virtutes igit̄ ferme oēs tanq̄ proſcriptę/
regum ac dominantiū animos reliquerūt: ſeſeq; ad humiliores hoīes contulerūt.
Rationibus iſta hucuſq; a nobis acta ſunt: adijciamus ſi placet & auctoritatē. Iſo
crates grauiſſimus auctor teſtiſq; religioſus in eo libro quē de religione ad Nico
dem ſcripſit: ꝑmulta ſunt inquit quę priuatos hoīes inducant ad bene honeſteq;
viuendū. In primis qdem illorū vita non ocio/nō luxu/non diuitijs frangit̄: ſed pro Iſrtaoes
quotidiano victu cōparando laboribus ac vigilijs inſudant. Legib9 etiam quib9
imoderatę cupiditates hoīm frenant̄ parere cogunt̄. Adde q̄ inter ęquales liberio
re quadā loquendi licentia utunt̄: qua & amicorū errata rephendere/& in inimicos
inuehere queunt. Accedunt ad hæc inſtitutiōes quas veteres illi / clariſſimiq; poe
tę de vita & moribus tradiderūt. Hæc oīa priuatorꝝ mentes ad meliorem vitam
inducunt: quibus adiumētis deſtituti reges eſſe vident̄. Neq; em̄ in tanto faſtu/tan
taq; rerū licentia moneri ſe / aut emendari patiunt̄. Hæc ille. Peruerſum igit̄ nimis
hominū genus eſt/& humanitati aduerſum eorū qui ſanas reſpuunt monitiōes.
Viri nō omi honeſto vacui admoneri ſe arguiq; gaudent/ut exinde meliores fiāt.
Cum em̄ in multis offendāt omnes ( hoīes enim ſumus ) grata ac iucunda eſt his
qui ſe emendari/qui ſe ad honeſtatē cōparare volunt/rephenſio erratorꝝ ſuorum/
quorū meliorem vitam ſequant̄. Ob eamq; rem gratias ſolemus agere monitori
bus noſtris: magis loco beneficij habentes ea vitia in nobis oſtendi / a quibus ipſi
minime abſtinemus/morbo animi impediti. At vero regib9 Impatoribuſq; q̄ gra
ta ſit vitiorū ſuorū admonitio/plures miſerabili exemplo docuerūt. Hoſtes enim
ſunt veritatis: adulatoribus atq; aſſentatoribus ſe penitus tradētes: quæ maxima
eſt infoelicitas. Magnū ſane cōſummatę nequitię ſignum eſt: ſuos monitores & re
cta conſilia odiſſe. Quo in vitio plures inſanierūt. Rex Perſarū Cyrus (ut recen Cyrus
tiores pretermittam ) Harpalo familiari/ob rephenſum in ſe vitiū / filios epulan
dos in cōuiuio dedit: & ne parentis mors filijs adduceret̄/epulas illas laudare ut ſu
aues coactus eſt. Cambyſes cuiuſdā ex chariſſimis ob admonitam in eo ebrieta Cambyſes
tem ſagitta tranſfixit. Alexāder magnus veſanū animal/ Caliſtenem philoſophū Alexander
condiſcipulū ſuum/Perſarū in eum mores culpantē/oībus detruncatū membris/
in cauea more incluſuꝫ beluę diſcruciauit. Refertę ſunt hiſtorię caſibus illorꝝ/qui
ſuorū principū vitia emendare cupientes/mortis ſupplicio affecti ſunt. Non enim
patiunt̄ monitiones qui ſpernūt virtutē: ſed ſana cōſilia aut acerbo odio/aut tormē
to proſequunt̄. Conſtare arbitror cum ratione/tum auctoritate/tum exemplis: q̄
raram cū principibus virtutes ineant ſocietatē: q̄ vitia familiaria illis eſſe videant̄.
Cogita primū quantū ira ſit malū/q̄ atrox facinus/q̄ crudele/quot eius exempla
a regibus in pniciem gentiū edita. Non recito Syllę iuſſu q̄ttuor ob iram legiones
ciuiū uno edicto ferro abſumptas: non ſtragem Pręneſtinorꝝ: nō multa ab eo in ci
ues impetu irę facta. Tranſeo Alexandrū: qui Ditionē ſenem familiarem in cōui
uio lancea trāſfodit: qui Lyſimachū amicū leoni obiecit. Non recenſeo multorꝝ ra
biem: qui humanū ( quia ore nō poterāt ) oculis ſanguinē exhauſerūt. Hoc affir
mare auſim: nullū tetrius malū/nullū ſceleſtius/nullū piculoſius ꝓtuliſſe naturam.
Atqui hæc peſtis nefaria in regibus ac principibus ꝓpiuum domiciliū collocauit.
Pueris ſunt ad iracundiā faciliores. Quicqd eorū animos offendit/ſceleſtum iudi
cant: nefas ducunt eorū cupiditatibus aut dictis cōtraiiri. Paruulo excitato vento
incendunt̄ ira ad hoīm cruciatus. fortunę em̄ bnficio tumidi/cum appetitu pro ra

tione utanť/etiam in rebus paruulis ꝓfundunt iram. Nam comitem fortunæ fœlicis iracundiã eſſe viri ſapientes tradũt:& magnã fortunã maiorem iram teſtanť aſſequi. Periculoſa ac turbulenta ſunt principũ vitia:ſed ira maiorẽ ſtragem edit/

Seneca facultati rerum cõiuncta. Bene pſtanterq; ſcribit Seneca:perire funditus oĩa/ubi

Darius. quantũ ira ſuadet fortuna pmittit. Darius Perſarũ rex bellum aduerſus Scythas moturus:offenſus Ortobaci nobilis ſenis precibus/ in ſolaciũ ſenectutis rogantis unum e tribus liberis ſibi relinqui pluſq; peteret pollicitus ſe daturũ:omnes tres in

Xerxes eius cõſpectu occiſos obiecit. Xerxes cũ græcis geſturus bellũ: parenti quinq; filiorum unius vacationẽ petenti:ira motus quẽ vellet eligendi poteſtate cõceſſa:eũ quẽ delegerat in duas ptes conſectũ/ab utroq; viæ qua exercitus tranſiturus erat latere ſuſpendi iuſſit. Tranſeo noſtros principes:ne quẽ mea notet oratio:attamẽ requirebat multorũ ſalus illos fuiſſe paulum ab ira remiſſiores. Cuperem ut hoc uno tm̃ urgerentur malo. Sed multa illam vitia cõſequunť. Primũ veſana ambitio/malus officij magiſter:qui eos ſemp ampliandi/ꝓferendiq; dominij cupiditate incenſos/in aliorũ pniciem/ſtragemq; irritat atq; impellit. Hinc cum vicinis bella/hinc cædes/incendia/nationũ populationes & prouinciarũ deſcendũt. Vbi enĩ imperandi cupiditas regnat:ibi pacis aut ocij ratio eſſe nõ poteſt. Tum vero luxuria & libidines variæ:quæ cum etiam doctiſſimos ac ſapientes viros q̃nq; ab officio declinare coegerũt:quid in principib⁹ virium aut auctoritatis habere putatis:in quibus licentia cũ ſtulticia admiſcet:quæ ſenſuũ voluptatibus potius q̃ rationi obtempantes:non ſolũ illas coercere/ſed etiam allicere cõſueuerũt. Blandũ id qdem malum/& propter qđ multi iam fuerũt e principatu pulſi. Quid autẽ turpius/ne dicam infœlicius Alexandro/& priſcis regibus:qui cohortes uxorũ exoletorũq; libidinis cauſa habebãť? Adde his ſupbiam atq; inſolentiã:quæ raro a principibus recedunt. Adde auariciã dominantiũ ſectatricem : qua oẽs ferme ducti in diuitum fortunas impetũ faciunt. Adijcianť quoq; multiplices cupiditates:quæ mentem eorũ ſemp affligunt. Quid de cõſcientia ſcelerũ loquar:qua nullũ Seneca grauius eſſe ſuppliciũ ſcribit:nũquid nobis paruus videť eſſe in principib⁹ cruciatus?

Seneca At hi qua cõſcientia viuant ſatis conſtat. Nempe ea quã ipoꝝ facinora requirũt. Ingratitudo quoq; ipoꝝ domeſtica eſt. qua in re pſtant reliquis: etiam in agenda/ nedũ in referenda gratia inſolentes. Quicqd eis opis/quicqd muneris/quicqd beneficij impendiť/id debito iureq; fieri putãt:& ne quid cuiq; debeant/ſibi oĩa deberi arbitranť. Adijciunť his malis ſuſpitiões/metus/timores: qui iugiter animos principũ lacerant:ſerui/familiares/domeſtici/amici/noti/atq; ignoti formidanť:nõ uxor/non liberi/nõ fratres/nõ cognati ſunt extra ſuſpitionẽ. Horũ nanq; ſingulorum cõſpiratione/ex fraudib⁹ plures principes interierũt. Nullus his locus tutus eſt:nulla regio/nulla hora:ubiq; inſidiæ timenť. Dies ſolliciti/inſomnes noctes aguntur:tum vitæ/tum Imperij amittendi metu:qua vita tot malis implicita nihil prorſus poteſt infœlicius excogitari. Audite quæſo/quid in hanc ſñiam in eodem libel-

Hippocrates. lo dicat Hippocrates. Si metus illorũ ( inquit ) ſollicitudĩes & pericula cõſideres:ſi nõnullos ex Regibus aſpicies ab his necatos quos fidiſſimos cogitabãt:ſi item Reges ipos in eos aĩaduertiſſe crudelius quos ſingulari familiaritate charos habuiſſent:alijs vero ɔtigiſſe:ut poſtq̃ in ſuos ſęuiſſent ab ſuis poſtea occiderenť:quãto potius vitam q̃ hanc tot tantiſq; picullis cõiunctam ſentias eligendã. Illud quoq; nequaq̃ eſt minimis ipoꝝ malis adnumerandũ : q ſuauiſſimo oĩm fructu amicitiæ priuanť. Ipſi neminẽ niſi incõſulto quodã impetu diligunt:a nullo diliguntur. Inter pares qdem amicitia verſať / & eos in qbus eadem bonarũ artium vigent ſtudia. At hi non ſolũ non amant pares:ſed cum eis regnãdi gratia armis/ac ferro decertant. Bonis artib⁹ quantũ vacent palam eſt nobis. Cum inferioribus nulla eis eſſe poteſt amicitia. Nam timeri a ſuis q̃ diligi principes malunt. Sed quem metu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

unt/& oderunt.veteri ſententia.Itaq; nullus apud ipos amicitiæ locus eſt.Amici
q̃ppe eſt ex animo & vera loqui.at illi veritati ſunt om̃ino infeſti.cum nihil niſi
quod libeat eorum aures patiant̃.Sed videmus inquies/ multos amicorum non-
nulla prębere officia.Id quidem nullo fit principis amore/ſed ob utilitatem priua
tam.Sectantur enim ſępius quem oderunt:ſed utilitas ſuperat maliuolentiã.Con
currũt enim ad eos tanq̃ ad aurifodinam quæſtus & lucri cauſa.Non igitur aman
tur/ſed venerant̃ & metuuntur.Satis eis eſt laudari/coliq; ab adulatoribus/& his
quos veluti canes ad latrandum alunt.Bonos & virtutis cultores penitus reſpu-
unt.cum aliena ſit eis virtus ſuſpecta.Triplex eñ (ut Principum fœlicitatem co-
gnoſcatis) genus hoĩm eſt eis maxime acceptum ac familiare.Hos inter primas
partes adulatores atq; aſſentatores diligunt.non homines/ſed portentuoſę beluę/
atq; imanes veri dicendi hoſtes:qui mentiendo/blandiendoq; adeo Principũ men
tes infatuãt/ ut parum diſtent ab inſanis.Conſilia Principis cõmendant/q̃uis per
nicioſa ac turbulenta:cum ſit conſilij inops:prudentiam admirant̃/cum ſit ſtultus.
illum pluſq̃ alios ſapere profitent̃/cum non procul abſit ab amentia.eoq; eum ſu-
is aſſentationibus adducunt:ut nihil verum audiens/ſuæ ſapientiæ fidens prola-
batur ſæpiſſime in miſerrimos caſus.Neq; eñ ad ullam ſapientię cognitõem per
uenire poſſunt:quibus iam aſſentatoribꝰ perſuaſum eſt/iam ſe ad ſapientiã per-
ueniſſe.Obſeſſi ab adulatoribꝰ om̃i veritatis cognitione priuant̃.nam ſi quem in-
iuria Princeps afficit:id pro ſum̃a iuſticia aſſentatores cõprobant.Luxuriã dicũt
oblectatõem naturalem/ uſu & cõſuetudine gentiũ ꝑmiſſam.Auaricia parcitas/
prodigalitas liberalitatis noĩe appellant̃.Crudelitatis culpam leniunt ſpecie ſęue
ritatis.Nullũ eſt tam tetrum facinus/nullum tam nephariũ in regibus vitium/ q̃d
non adulatores alicuius virtutis detegant velamento.Quo fit:cum malus a ne-
quiſſimis laudat̃:ut cumulata ſtulticia multorũ cõprobatione/ pro vitijs virtutibꝰ
abutatur.Qua in re ſumma eſt infœlicitas.Hos ſequunt̃ voluptatũ ac luxurię mi
niſtri/quibus ſecretiora domus permiſſa ſunt.cum his occulta colloquia/& interi
ora/queq; lucem fugiunt cõſilia credita.Tertiã aciem ꝑquirendę cõparandęq; pe-
cunię architecti cõficiunt gratum regibus miniſteriũ.horum ſuaſu impulſuq; no
ua vectigalia/diuitiũ inſidiæ/proſcriptiões/rapinę/ ſpolia ſubſequunt̃.Accumulet̃
his quartũ genus:idq; peſtiferũ delatorũ ingens malum/& in bonorũ atq; innocẽ-
tium virorũ ꝑniciem promptũ:quibus non ſolum principes improbi/ ſed mode-
ſti quoq; habiti aures prębuerũt.Apud Hadrianũ certe Imꝑatorem adeo value-
re delatorũ voces:ut amicos quos ad ſummũ ꝑuexerat/poſtea habuerit hoſtium
loco.His ergo tam bonis/tam ſanctis miniſtris/tam fidis ſatellitibꝰ ſuffulta princi-
pum ætas & cõſuetudo/q̃ iniqua cõditione alitur.Mihi credite:non ingredit̃ limen
horum ulla fœlicitas/ſed tormenta & varię calamitates. Ab his amicitia excluſa
eſt:repulſa veritas:adulatio accita.Nam q̃ Carolus doctos ab eis viros diligi co-
liq; paulo ante dixit: longe tota aberrat via.Nam neq; ſtudia lr̃arum apud reges
& dños/niſi admodũ paucos unq̃ viguerũt:neq; ab his doctrina/ ac ſapientia ꝓdi
ti/aut culti/aut magni habiti.Diuerſa ſunt Principũ excellentiſſimorꝫ virorum ſtu
dia:quorũ virtus ſemꝑ fuit regibus formidoloſa.Perſtringit eñ dñorum velut lip
pientes oculos alienę ṽtutis fulgor:ut a quo ſe ſuꝑari ſentiunt:aut odiant/ aut ne-
quaq̃ diligant.Non autẽ neq; apud græcos/ neq; apud latinos tanta doctiſſimo-
rum eloquentiſſimorũq; virorum copia viguiſſet:neq; adeo ſapientię parens phi-
loſophia eſſet exculta:niſi & Athenę/ & urbs Roma diutina in libertate vixiſſet.
Loquendi eñ/viuendiq; libertatẽ lr̃um ſtudia expetunt & ſequunt̃: ſeruitutẽ fu-
giunt atq; abhorrent.Plures doctrinę ſtudijs deditos viros/ qui ſub Regibus orti
erãt legimus Athenas ſe cõtuliſſe:ubi & ṽtuti honor & libertati locus erat.Quo
modo eñ chari eſſe principibus viri ſapientes poſſunt:qui quod maxime eſt dñis

Pricipibus tria genera hoim grati

inuiſum/ vitę libertatem præ ſe ferant: Nam cum Principes aſſentatoribus ſtipati
veritatem horreant: viri autem ſtudio ſapientiæ dediti veri cultores / adulationẽ
Doctos pn ut vitiũ peſſimũ aſpernent: neceſſe eſt ut aut reijciant/aut pereant. Iam dixi Caliſ
cipibus in ſtenẽ ab Alexãdri temeritate ob ſanas monitões crudeliſſime necatũ. Plato vir ſan
uiſos, ctiſſimus a Dionyſio Sicilię tyrãno per doctrinę ſpeciem vocatus/tyranni opera
venũdatus eſt. Zenonem philoſophũ ſenem admodum Phalaris tyrannus omni
cruciatus genẽ dilacerauit. Anaxagoras nobilis philoſophus a Nicherõte Cypri
orum rege occiſus eſt. Nero Senecam ac Lucanũ mori coegit. Socrates tyrãnorũ
tempe damnatus veneno perijt. Boetius vir doctiſſimus atq; innocẽtiſſimus The
odorici regis iuſſu vitam amiſit. Quam de reliquis cõiecturam ſumemus: cum di
uus Auguſtus/qui bonorum principatũ tulit: tam crudelis in Ouidium poetam
egregium fuerit: quem cum in Pontum ob leuem neſcio quam offenſiunculã rele
gaſſet: nunq; ut rediret ad ſe impetrari paſſus eſt. Non amãt principes/niſi ſimi mo
ribus congruentes. Quem vero legimus aut Regibus/aut Imperatoribus/aut cęs
teris dominantibus honore/opibus/dignitate amplificatũ fuiſſe excellenti doctri
na virum? Quid Auguſtus in Vergilium/aut Titum Liuium contulit: alterũ po
etarum/alterum hiſtorię Romanę patrem? Vir eloquẽtiſſimus Quintilianus Ro
mę publicã ſcholam unde viueret tenuit. Lactantius firmianus vir præſtans doſ
ctrina/& arte dicendi (qui Criſpum Conſtantini Imperatoris filium litteris erudi
uit) adeo pauper vixit/ut plerũq; neceſſarijs egeret. Hæc cura p̄ſtantiſſimorũ doſ
ctrina virorum Imperatoribus fuit. Sed quid ego antiquiora recenſeo? Tulit ętas
ſuperior tres viros præclariſſimos: qui ſapientia/& doctrina magnũ lumen Italiæ
Dantes attulerunt. Prior Dantes eluxit ingenio ſingulari: cuius extat poema præclarum:
neq; ſi litteris latinis conſtaret ulla ex parte poetis ſuperioribus poſtponendum.
Is patria ob ciuiles factiones pulſus/cum nihil ſecum præter virtutem aſportaſſet:
cõtulit ſe ad Canem veterem principẽ Veronenſem. cuius cũ liberalitas præ cęte
ris ferebatur: ſuſceptus ab eo Dantes/& victũ ut reliquis ex familia tribuit. vacaſ
bat vir doctiſſimus ingenio quotidianus ſcribendi curę intentus: nulla in eum diſ
gnitas/nullus honor/nullę opes collatę. At florentinus quidam per facetias/& diſ
cacitatem multas a domino (ut mos eſt fere principum: quibus plus ſtulti q̃ ſapi
entes placent) diuitias conſecutus/cum in aula Canis a Dante quęſiſſet: cur ipſe
qui nullas noſſet litteras/tam diues euaſiſſet. Dantes vero tanti ſapientia & doctri
na pauper eſſet? Quando inquit Dantes ego meis ſtudijs/moribuſq; Principem
ſimilem inuenero ſicuti tu tuis/& ipſe me perdiuitem reddet. Quibus verbis offen
ſione principis cõtracta abijt. At tandem vir excellentiſſimus omniq; laude digniſ
ſimus/cum multa peragraſſet loca: paruiq; ipſius fieret virtus/ Rauennę diem ſu
um obijt. Magnum profecto Italiæ dedecus: nullum ex tot principibꝰ (permulti
enim tum erant) repertum: qui talis viri pro dignitate nominis alendi ornãdiq; cu
Franciſcus ram ſuſcepiſſet. Hunc ſecutus eſt paulo inferior ætate Franciſcus petrarcha/vir priſ
petrarcha, cis illis ſapiẽtia atq; eloquentia comparandus: cuius ingenio hæc noſtra humani
tatis ſtudia/q̃ multis ãnis ſopita iacuerũt/adeo excitata ſunt: ut priorem ferme diſ
gnitatem ac vires recuperarent. Plures tamen Principes Italia alebat: ſed pręſtabat
unus omnibus honore/potentia/dignitate Robertus rex Neapolitanus: ad quẽ
cum Petrarcha acceſſiſſet: tenui honore ſuſceptus (omnia enim regi eius viri virtu
te erant antiquiora) tm̃ viatico adiutus ad lauream in urbe ſuſcipiendam/Romã
venit: acceptaq; laurea in villa priuata meliori vitæ deditus/ſpretis principibꝰ cõſ
Io. Bocca, ſenuit: ubi & defunctus eſt. Eadem ferme ætate & Ioãnes Boccatius vir ſingłaris
ingenij/ſed doctrina impar ſupioribꝰ floruit: cuius plurimi extant libri ad inſtru
ctionem audientiũ ac legentium editi. Contulit ſe is quoq; Neapolim: vir tenui
cenſu ad quendam ex primoribus apud reginam principibus ſpe: quoniam ab

eo accerſitus eſſet maiora quędam conſequendi. Sed haud diutius accola eius ur-
bis fuit: tum cõtemptus ſui impatiens/ tum offenſus principis illius moribus. Itaq;
Florentiam reuerſus/ ęquo animo paupertatem tulit: atq; aulas Principum aſperna-
tus/ mores quoq; eorum ſitis ſcriptis deteſtatus/ vixit ſibi & muſis. Legite quan-
tumlibet veterũ annalium monimenta: rariſſime reperietis vel philoſophum/ vel
oratorem/ vel quempiã litteris & ſapientia prȩditum/ aut ditatum a regibus/ aut
opibus ac dignitate auctum: vel ad prȩſtanda conſilia/ vel ad percipiendã vitæ di-
ſciplinã/ vel ad opponendos mores fuiſſe accerſitum. Quædam ab his ad iactan-
tiam quandã oblata vel data accȩpimus. Sed nullȩ unq; illis præfecturȩ a Regibꝰ
demandatȩ: nulli honores habiti: nulli magiſtratus cõmiſſi: nulla grauiora conſi-
lia credita. Neq; id ( ut opinor ) iniuria. Sciunt enim illos nequaq; ſuarum cupidi-
tatũ futuros eſſe miniſtros. Taceo de noſtris: a quibus quãti aut eloquẽtes/ aut docti
ęſtimẽtur minime eſt obſcurum. Vnum tamẽ hac noſtra ætate ſcimus in honore
habuiſſe/ coluiſſeq; egregios viros: ſupiorem ducem Mediolanẽſem: quos undiq;
ille præmijs pellectos/ & dignitate & opibus affecit. cæteri vero apparẽt tanq; ra-
ri nantes in gurgite vaſto. Verũ vt aliqua proſequamur quȩ Principum vitam fœ- Principum
licem præſtare videnẽ: haud exigua fœlicitãs ducitur/ filios habere/ ac relinquere bonorũ ra-
Imperij ſucceſſores. At malos principes exemplo conſtat improbitatẽ ſuam in fi- ra ꝓgenies
lios infundere & efficere ſimiles ſui. Nam ut in regno/ ita & in parentũ vitijs filij
videntur ſuccedere. Ex malis ergo filijs nulla ad parẽtes fœlicitas peruenit. Boni
ſi quos legimus/ aut caruere filijs: ſicut Auguſtus/ Traianus/ Antonius pius: aut
eos genuere quibus fuiſſ; ſatius defeciſſe. Auidius Caſius in vita Seueri Impera-
toris: neminem magnorum virorum ait bonum & utilem filium reliquiſſe: ut hu-
mano generi fuiſſet utilius non eſſe natos. Magna eſt ergo vitæ principum fœlici-
tas & admodum reliquis appetenda: quæ aut deſerta virtutum comitatu/ aut op-
preſſa vitijs/ tum adulatoribꝰ obſeſſa/ tum curis anxia/ quietis inops/ liberorum
voluptate carens/ nullius eſt expers calamitatis. Sed ſtultum atq; imperitum vul-
gus non hæc eorum damna animaduertit: nec conſpicit miſerias interiores ex ba-
ſi ſuſpenſas: at ſublimes proſpectat opes/ aurum/ veſtes/ argentum/ famulantiũ
cateruas: obſtupeſcens exteriorem ornatum intuetur. Non intro nouit quibus ex-
agitentur malis. Sapientiſſime de his ſcribẽs Seneca inquit. Iſti quos pro fœlicibꝰ Seneca.
aſpicitis: ſi non qua currunt/ ſed quȩ latent videritis: miſeri ſunt/ ſordidi/ turpes: ad
ſimilitudinẽ ſuorum parietum extrinſecus culti. Lucianus autem græcus auctor Lucianus.
in electione ſua miculum ( qui & ipſe aliquando rex fuiſſet ) interrogatum a Gal-
lo: nũquid nam fœlix regum vita eſſet quemadmodũ vulgo ęſtimaretur: habens
quod bonorum maximum homines putarent: ita reſpondentẽ introduxit. Im-
perabam equidem pluribus prouincijs/ tum multitudine hominũ atq; ubertate/
tum vero amœnitate urbium refertis fluminibus/ inſuper nauigio aptis: & portu-
oſo mari exercitus habebam permultos: non pauci ſtipatores/ ac ſatellites corpus
cuſtodiebant: abundabã auro/ nauibus/ & his rebus omnibus propter quas prin-
cipes exiſtimanẽ eſſe fœlices: quotiens prodibam domi/ multi me veluti Deum
quendã intuebantur atq; adorabant. Alij prȩibant curſu cæteros: alij tecta cõſcen-
debant/ ut me inſpicerent: magnificantes videre currũ quo vehebar. Veſte ſplen-
debam ſupra eos qui ordine prȩibant ac ſequebanẽ. Ego autẽ mihi ipſi conſcius/
quãti mœrores torquerẽt affligebar animo: illorum ſtulticię ignoſcens. Me vero
miſerabar: qui eſſem ſimilis magnis illis coloſſis quos Phidias/ aut Miron ſculpſe-
rat. Hi autẽ Iouem aut Neptunũ ex auro vel ebore ſculpunt/ fulmen aũt tridentẽ
in manibus habentes. At ſi quis introſpexerit: videbit informe corpus: vectibꝰ fer-
reis/ clauis cuneis/ & luto piceo cõpactũ: in quibus mures & muſcellȩ diuerſorium
habent. Eiuſmodi profecto regnum eſt. Quid tibi formidines enarrem/ timores/

ſuſpitiones/domeſticorꝫ odia/inſidias quibus abundãt regia? Quid lenem breuemq́ꝫ ſomnũ/& inſomnia turbulenta? Quid varias ac multiplices cogitationes? Quid ſpes malas/vitam inquietam? Quid pecuniarũ curam/litigia/expeditiões/mandata/leges: quæ ne paruulam qdem ſomni qetem ſinunt capere? Neceſſe eſt unum pro omnibus curã gerere/ac ſexcentis laboribus detineri. Neq́ꝫ eñ dulcẽ

Homerus. (ut Homerus ait) ſomnũ capiebat Menelaus: multa verſans pectore/cum grati reliqui ſterterent. Torquet Crœſum filij ſurditas. Artaxerſem Elearcus: qui Cyro cum exercitu affuit. Dionyſiũ ſyracuſanũ Dyon tyrãnide expellens: alium Parmenium per dicta Ptolemeus: Ptolemeũ Salencus. Qđ aũt malorꝫ eſt omniũ maximũ: cõtemnant reges ſibi amiciſſimos oportet: & eos timeant/ne quid ab eis patiañt aduerſi. Hic em puer veneno perijt: hic ab amatore occiſus eſt: hunc forſan mors ſimilis occupabit. In libro de calumnia regum & principũ aulas maxime abundare calamitatibus dixit: in quibus inuidię & ſuſpiciões ſemp vigeant: adeſſe quoq́ꝫ adulatores gratũ illis genus/ut facile detur calũniandi locus. Q̃obrem tum rõne tum auctoritate fateri cogimur: miſeriam atq́ꝫ infœlicem vitam. ¶ Tum COSMVS: cupiebam inqt/te paulũ ante interpellare: qui mihi riſum moueris: cum veluti rem pgrandem atq́ꝫ mirandã tibĩ viſus es dicere: bonos principes inſtar eſſe portenti. Nam iſtud non magis in principibus q̃ꝫ reliquis monſtri loco habendum

Cicero. eſt/bonũ eſſe. Cicero ſiqdem tuus in diuinatiõis libris: ſi quæ rariſſime fiunt monſtra putanda ſunt inquit: magis monſtrũ erit vir bonus q̃ꝫ partus mulę. Ita perraro euenit/ut vir bonus reperiañ. Q̃ ſi virum bonũ portenti ſimile Cicero arbitrañ: quid tu in principibꝰ putas cõtingere: quos plura q̃ꝫ priuatos hoies vitiorũ incitamenta molliunt ac ſeducunt: pluraq́ꝫ circũſtant oblectamenta corporꝫ inimica virtutibus. Rara virtus eſt in omi hominũ cõditione & ſtatu. Siquidem oĩa preclara rara. Itaq́ꝫ non magis in principibꝰ/q̃ꝫ in alijs deeſſe bonitatẽ experimur. ¶ Nõ quero NYCHOLAVS inqt/bonũ aut ſapientẽ illum ſtoicorũ/qui nondum eſt inuentus: hos ſentio bonos: quos uſus & vita hoim cõprobat: in quibꝰ ſatis eſt ineſſe aliquã/& ſi non pfectam ꝟtutem: at ſaltem ſpeciem/& adumbratã effigiem earũ virtutũ/quas ciuilis vitæ ratio perquirit. At id ita rarum in illis repeniñ: ut monſtrũ videañ ſi quis bonus repertus ſit. Difficulter em perueniũt ad ꝟtutis poſſeſſionem: quibus opes/diuitię/imperia voluptatũ vitiorũq́ꝫ illecebrę peccandi facultatem ſubminiſtrãt. Scitis fortunã fingi a ſapientibꝰ cęcam: quæ & illos quoq́ꝫ cęcos reddit quos amplectiñ. Libidine eñ pro ratione abutuñ: ad id prompti quod eis licentia pmittit. Quo fit: ut poſthabita honeſti cura/cum ad vitia deflectañ: ſæpiſſime de ſtatu rerum cadant: & a fortuna deſerañ. quo nihil eſſe poteſt infœlicius. Omitto antiquas tragœdias principũ infœlicitatis copioſiſſimas teſtes: Aedipodẽ: Troadẽ: Atreum: Thieſtem: Medeam: Agamemnona/cæteroſq́ꝫ pmultos/quorum exemplo græci illi ſapientiſſimi poetę infœlicitatem quaſi familiarem principibus expreſſerunt: & ut vulgo eſſent notiora/in ſcænis decantari eorum exitus voluerunt: ad reprimendã eorũ ſtulticiam qui fœlicitatẽ cum magna fortuna coniunctam putant. Non referent a me/quos varij fortunę impetus dum fœlices haberent abſumpſere. Multi bello/plures veneno/plurimi gladio/quidã in vinculis interierũt. teſtes ſunt Crœſus/Siphax/Iugurtha/Perſeus/Mitridates/cæteriq́ꝫ infœlicitatis inſignes. Ad pniciofiora eñ tendit oro. Primũ qdem ita duce natura imbuti atq́ꝫ inſtituti ſumus (qđ etiã in cæteris aĩantibus vim pcipuam obtinet) ut nihil nobis charius liberis eſſe poſſit. Chariſſima eſt cõiunx: chariſſimi parentes/fratres/cognati/& qui ex eodẽ ſanguine manãt. iocundiſſimã etiam ęqualiũ coniunctionem/& ſanctiſſimũ amicitię vinculũ afficit. quę ita naſcuñ nobiſcũ: ita uſu cõ

Principum crudelitas. probañ: ut qui ea neget: nõ homo/ſed belua videañ. At regũ & pncipũ effera/immaniſq́ꝫ crudelitas: quę etiã ferarũ aſperitatẽ ſuparet: arctiſſima iura naturę amici

rię vincula/oīes cōmunis ſocietatis leges ob imperandi cupidinē abrupit. nō fi-
lijs a parentibꝰ/nō viro ab uxore/non ecōtrario/non fratri a fratre/ nō ſocijs/ non
amicis/nō cognatis quicq̄ tutum reliquit:ſed abegit atq; impulit in mutuas cędes
nimis. Vt a primis exordiar/ nō pepercit maternę neci Artaxerſes Perſarum rex:
cum viuens Dariū filium ſuum per indulgentiā ſibi iā in regnum donatus Imperij
inſignibus ſubſtituiſſet: eundē cum quinq̄ginta ex fratribus parricidiū parantem/
cum cōiuratis occidi imparauit. Alexander maior Philippi Macedonū regis frater/
cum regno potiref cuȝ fratre: ꝓdita per īſidias Euridices matris occidit. Philippus
poſt multarū gentiū urbiūq; excidia/poſt defatigatū ſanguinē ac cędibus animū/
Olimpiadis uxoris opera ab adoleſcente Pauſania interfectus eſt. Eodem modo
& Cadualus Lydorū rex uxoris fraude perijt. Xerſem Perſarum regem bello ad-
uerſus Græciam infoeliciter geſto/in pr̄iam reuerſuȝ Artabanus p̄fectus admo-
dum regi fidus interemit. Dionyſius ſecūdus Cilicię tyrannus/ qui poſtmodū pue-
ros docuit Corynthi: cum maior fratribus natu a militibus ad regnū aſſumptus
eſſet: primo auunculos/tum vero fratres e medio abſtulit. Ptolemęus Aegypti
rex/cognoie Thophilaiater: patre ac matre interfectis/ addita etiam fratris ac ſo-
roris cęde/regno potitus eſt. Haud diſſimile fuit ſcelus Nichomedis Bitynię regis:
qui patrem regno ſpoliatum peremit. Eodem ductus furore alter Aegypti rex
Ptolemęus: cum propter multiplices crudelitates/quibus craſſatus in multos fue-
rat timeret: ne populus maiorem natu filium odio ſui regno pręficeret/illum vita
priuauit. Alterum filium minorē ex Cleopatra uxore eademq; ſorore genitū/die
natali in membra diſcerptū inter epulas ac cōuiuas Cleopatrę obtulit. Non inferi-
or pietate fuit filius Eucratidinis Bactrianoꝝ regis: quem victorem ab Indis rede-
untem particeps regni interemit. Adijcit̄ his execrabile ſcelus Frahatis regis Par-
thorum: qui cum a patre Orade ſolus ex triginta fratribus in regnū aſcitus eſſet:
quaſi nephas duceret/abſq; nephario facinore imperare: primū p̄rem admodum
ſenem/tum fratres oēs occidi imperauit. Deinde ſuperiorū cladibus addidit filij
adulti necem: veritus ne ob tantorū ſcelerum inuidiā/ a populo cōſtitueret. Quid
Atalum cōmemorē: qui populū Romanū reliquit hęredem. qui cum a patre Eu- **Atalus.**
mene regnum florentiſſimū accepiſſet: diuq; amicorū atq; cognatorū cęde regnaſ-
ſet: furijs poſtmodū ac demētia agitatus: veſte ſqualida/ auulſa barba / capillo ne-
glecto/omiſſa regni adminiſtratione primū fodiendo ſerendoq; horto: tum ęrarię
artis ſtudio ſe dedit/ ęre fodiendo intentus. qua ex re morbo contracto perijt. Qua
ergo tantorū ſcelerū cōſcientia/quo mentis furore/ quo turbine animi eos agitari
neceſſe fuit: qui ſanctiſſima naturę iura tam tetris / tam atrocibꝰ flagitijs violarūt?
An tu inter tot & tam fœda/atq; imania facinora ullum reſidere fœlicitatis veſti-
gium putas? Quȝ foelix extitit Alexander magnus? qui regni futuri auſpicia iecit
fratris Carani morte: qui amicorū pariter atq; inimicoꝝ peſtis/patnis amicis crude-
liſſime occiſis/prędo gentiū/ac regnoꝝ peſtis/nō magis vino q̄ ſanguīe humano
inebriati ſolitus fuit. Mihi q̄dem/cū ei maxīe fauit fortuna/tū p̄cipue expers fœlici-
tatis fuiſſe videt̄. Nā cū vitijs potentiā adderet: cū inſanior in diē fieret: cū ebrius de-
bacchabat̄ in ſuos: cū ſe adorari deū mādabat: cū ſe Iouis filiū mentiret̄: q̄ poterat ī
tāta demētia eſſe fœlicitas? Atq hos fructus parit pricipatus: hęc opa ſuadet: hos
ſatellites tū parādi ſui/tū cōſeruandi gr̄a ſubmiſtrat: ut nihil vdeat̄ execrabilius q̄
pricipatus nomē. ¶ Barbaroꝝ CAROLVS inq̄t/ hęc feritas atȝ īmanitas fuit:
q & hodie quoq; in ſuos ſęuiūt imperādi gr̄a: nr̄os humaniores ac ꝑatiores fides
Chr̄i reddidit: lōgeq; ab hmōi crudelitate remouit. ¶ Hæc vita NYC. inq̄t/vi-
dent̄ eſſe et barbaris/& gręcis/& latinis cōia. Poſſem multas excitare tragędias ex
ſꝑioribus gētibꝰ eoꝝ q neq; ſuo/neq; alieno ſanguīe pepcert: niſi nōnulloꝝ pudore
īpediret. Malo q̄ppe ſilere q̄ refricar̄ cicatrices iā vetuſtate atȝ obliuiōe abductas.

Nōnullorꝫ aūt recentiora veſtigia/ac ꝓpinquiora ſunt:ut veriſſime dictū ſit:nul-
lam ſanctam ſocietatem neqꝫ fidem regni eſſe. Etē in Italia fraternas cædes vidi-
mus ob dominij cupiditatē:& inter ꝓpinquos ſęuo Marte certatū. In Gallia/Ger-
mania/Britannia/Iſpanijs ſęua arma/et pluſqꝫ bella ciuilia extitere. non a domeſti-
co/non a cognatorū/nō a ꝓprio ſanguine temperata:pluſqꝫ ciuili odio/& cladi-
bus oīa fœdata. Itaqꝫ & noſtri quoqꝫ principatus vitia experti documento eſſe
poſſunt: nullam regni neqꝫ fidem/ neqꝫ fœlicitatem eſſe. ¶ Tum COSMVS
hic noſter Nycholaus inquit diligenter/& malos multos principes collegit: & eo-
rum expreſſit vitia: de bonis vero & eorum virtutibus penitus vbum nullū. Non
ne tu ab eorum numero ſecernis/& quos pauloante retulit Carolus:& Dauid re-
gem/pluresqꝫ ex hebreis/& e noſtris optimos qdem principes illos Arcadiū/Ho-
norium/Theodoſiū/Carolū magnū:multoſqꝫ præterea vitę ſanctimonia/& oīm
virtutū genere illuſtres? Quid oppones Roberto regi Neapolitano: quem noſtri
maiores modeſtū principē/& fœlicem regem iudicarunt: de quo Petrarcha no-
ſter multa ſcripſit in eius cōmendatōem? Caue hos infœlices dixeris:ne nimis per-
tinax videaris. ¶ Non abnuo NYCHOLAVS inqt/ multa extitiſſe in mul-
tis principibus laudanda:ſed fœlicitatem affirmo ab eorum vita prorſus abfuiſſe:
eamqꝫ eſſe principatus conditōem/ ut nulla ei cū fœlicitate poſſit eſſe communio.
Robertus qdem is quē modo noīaſti:ut omittam cōſortes regni ſollicitudines/ac
moleſtias animi/mores/turbulenta cōſilia: quibus etiam fœlices noſtri neceſſario
diſtrahunt/quomodo potuit eſſe fœlix: cum fuerit auariſſimus/ac ſemp ad cumu-
landū aurum intentus? Quod adeo appetiuit/ut hodie quoqꝫ qui ditiſſimū quem-
piam deſignare velit: eo loco locupletiorē dicat. At ſcitis quantū malum/ꝙ turpe
in rege præſertim/& ꝙ fœdum ſit auaricia: cuius ſociam eſſe fœlicitatem nullus
ſanę mentis affirmabit. Nam & gentiles oēs quos Carolus recenſuit: & chriſtia-
nos quoqꝫ ( niſi quos Dei pietas extulit ) fœlicitate caruiſſe cōtendam. Sꝫ diuino
quodam munere ſuffulti/qdam non principatus opera/aut fauores/ſed metu &
Vergilius, dono dei præclari ac fœlices euaſere. Pauci tamē ( quos ęquus amauit Iuppiter:
aut ardens vexit ad æthera virtus ) Dei prouidentia ut fides noſtra aliqñ ſtabilita
a perſecutione cōquieſceret/bonos quoſdā eſſe voluit: quorum auctoritate fides
roboraret. Nam ꝙ Dauid regem nominaſti:& alios quibus ſimilis vita cōtigit:nō
poſſumus de his quæ occulto Dei iudicio aguntur humanā ferre ſententiam. Ve-
rumtamē & ipm Dauid ad ſtuprum/& homicidiū ( quæ vitia a principatus natu-
ra manare vident ) labi diuina ſapientia permiſit. Non attingit noſtra prudentia
hæc altiſſimi ſecretiora conſilia. Id tamen aperte cōſtat:imbecillitatē cōditionis hu-
manę fieri in principatu multis virorū illecebris imbecilliorē/ & ad mala ꝙ ad bo-
na promptiorem. Quobrem cœleſti ope/non ſua principes qdem vitę fœlicitatē
ſunt aſſecuti. Affuit eñ illis ſupna virtus: quæ ipos defiecti ad turpia/aut decipi re-
gni delinimentis non permiſit. Nam in principatu tot incōmoda/ tot tormenta in-
ſunt:tantū rerum pondus ei incumbit:ut oēm a ſe fœlicitatē excludat:adeoqꝫ etiā
eos fœlices qui habiti ſunt ac beati exagitat & conterit: ut nulla fœlicitate fruant.
Idipm qdem multis præeſſe ac dominari/& unum pro oībus intentum eſſe ſol-
licitum/vigilantem/anxium/ad infinita quædam negocia diſtractum/magnum
eſt infœlicitatis argumentū. Non ſequor ſtoicorū doctrinam: qui virum bonū ni-
mis arctis circūſcribunt ſpacijs:hunc aſſumamus/qui minimis urget vitijs:qui bo-
nus exiſtimet ab reliquis. Regem iſtum conſtitue:& bono /ut aiebas/ publico va-
cantē/agentemqꝫ oīa quę boni principis officium requirit:fœlix dicet/ea ſcꝫ fœli-
citate/qua ſecūdus fortunę curſus appellat. Verūtñ ego fœlicē eum quē nō fortu-
na/ſed animus pſtet/neceſſe eſt nulla rōne noiabo. Animū eñ quietem liberum
fœlicitas ſequitur/& oī perturbatiōe vacuū. At vero principes tot curis/vigilijs/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

moleſtijs/anxietatibꝰ/ ſollicitudinibus/angoribus diſtra huntur : ut lacer animus
ac feſſus nihil quietis percipiens/nullam in ſe admittat fœlicitatem. Illa ipa quã vul
go fœlicitatem opinanť/infœlix eſt. Nihil inquit Seneca infœlicius eo/ cui unq̃ ni Seneca.
hil euenit aduerſi. Et alio in loco/inanem infœlicitatis tutelã ut nihil de futuro tem
pore timeatur/eſſe ſollicitatum ſcribit:moleq; ſita præmi. Quid ꝙ eiuſmodi fœlici
tas tenebris quibuſdã nos obſundit:caliginemq; obijcit: qua veri vidẽdi atq; ex re
cta ratione iudicandi facultate priuamur: unde ea parua fœlicitas eſſe videť. Ad-
ijce ꝙ principes boni etiam ( de his eñ loquimur ) maximo oĩ bono/ & qđ bel
uæ etiam appetant viuendi libertate priuanť. Hac equidem re ſola carent / cum
cætera bona circumfluere videanť. & qui ſe dominari putant : ſunt omniũ ſerui.
quæ res parum diſtat ab infœlicitate. In libro de animi tranquillitate Seneca: ma- Idem
gnus ſeruus eſt inquit/magna fortuna. Non ſomnũ extendere in partem diei licet:
non a rerum tumultu in ocium quietum cõfugere:non aſſidua laborioſi officij ſta
tione fatigatum corpus voluptaria peregrinatione recreare:non ſpectaculorũ va
rietate animũ detinere/aut ex tuo arbitrio diem diſponere. Multa tibi non licent/
quæ minimis & in angulo iacentibus licent. Non licet tibi quicq; arbitrio tuo fa-
cere. Audienda ſunt tot hoĩm milia:tantuſq; rerũ ordo ex toto orbe cõgeſtus. Hęc
igitur erit optimi quoq; Principis fœlicitas:ut omniũ veluti publicũ ſit mancipiũ:
ut unus pro oĩbus grauibus affligatur curis. Soli enim pro ſingulis eſt vigilan-
dum. Audiendę ſunt multorũ querelę:cõſtituenda ac iuſticia ſeruanda: ſalus oĩm
procuranda:ſubditorum iniurię propulſandę :ratio pacis ac belli habenda : boni
præmio alliciendi. Huic vitæ tam ſollicitę/tam occupatę/tam inquietę/ tam mole-
ſtę/tam varijs rebus diſtractę quæ fœlicitas tribui poteſt? Hunc ego veluti alterũ
Ixiona rotę affixum potius vertigine mentis agitatum dixerim : q̃ ulla fœlicitate
affectum. Hæc fuit cauſa q̃obrem Auguſtus ſibi ocium & quietem tãtopere ex
peteret. Hæc Antiochum regem Aſię potentiſſimum/quem Scipio bello victum Antiochus
ſuperauit ultra Taurum montem/regnare iuſſum dicere coegit:ſe magnam gra- Scipio
tiam habere populo Romano/ꝙ ſe nimis magna ac moleſta procuratione Aſiæ
liberaſſet. Hæc eadem pluribus ex Gallia/Britanniaq; ac cæterarum gentium re-
gibus occaſionem præbuit:ut abiecti regni cura ad liberiorem vitam confugien-
tes/religioni Deiq; cultui ſe dedicarent. Magno quidem illi animo/ atq; excelſo di-
uino freti munere ea repudiarunt:quæ tanto ſtudio/ tanto errore / tanta inſania/
tanta cupiditate a cæteris appetunť. Paucorum tamen hoc eſt munus hominum.
Rari enim qui virtutem intueanť:rariores qui exquirant : & qui aſſequanť rariſſi-
mi. Sed maxime tamen principibus via virtutis ignota eſt:quorũ cogitationes alio
deflectere regna cogunt/q̃ ad virtutis indaginem. Itaq; tum illi beati exiſtimanť/
quos nullos imperandi cupido detinet:tum illos ætas omnis beatiſſimos putauit/
quibus Dei munificentia largita eſt:ut regna verę fœlicitati poſtponentes / virtu-
tem & beatam vitam potiorem inſignibus Imperij iudicarunt. Nam hi quibus re-
gni cupiditas charior fuit/oĩ fœlicitate exciderũt. Malos enim refugit : at bonos
quoniam continuis occupationibus/ curis ac negocijs vexãtur / adire non poteſt.
Hoc modo equæ boni ac mali erũt infœlices. Neq; vero arbitror efflagitare hanc
meam ſententiam ampliores probationes eorum quę ſunt tum nota rationibus/
tum exemplis notiſſimis manifeſta. Conſtat enim vitam principum tragœdiam
quandam eſſe calamitatum plenam:ex qua multi actus confici poſſent/ ad repræ
ſentandam tanq; in theatro eorum infœlicitatem. Nam varij caſus rerum / dubia Principum
regna/ſuſpenſa in diem atq; inſtabilis fortuna/anceps conſiliorum euentus/adu- mala.
latorum fraus/ambitio amicorum/domeſticorum proditiones/inſidiæ filiorum /
uxoris perfidia / incerta fratrum voluntas / dubia multorum fides / leuitas vul-
gi / bellorum incertus finis / pax ſuſpecta / ipa regni ſollicitudo / & anxij metus/

( qbus regibꝰ craſſari oẽs videmus principũ mẽtes ) manifeſte arguũt principes
oẽs quadã infœlicitatis cõditiõe dãnatos. Nec mihi incõſtans ſtultoꝝ opinio / aut
vulgi temeritas ( in quo nullum conſilium / nulla ratio viget ) aliquid affert / quo
minus hæc noſtra opinio veriſſima videatur: quæ cum ſint conſpicua & veluti pa
lam in conſpectu omniũ ſita: quis ſanę mentis abnuerit ( cum principatus regna
Imperia etiam bonis viris grauia & turbulenta omnẽ adimant vitę iucunditatem
& quietem ) quin illorum tanq̃ rei infœlicis cupiditas aſpernanda nobis ſit / ac pe
nitus fugiẽda? Nam cum videamus principes partim ira & libidine feruidos: par
tim ſanguine & ſuorum cęde efferatos: alios cupiditate ambitioneq; flagrantes:
alios afflictos timore: hos ſuſpitione / metuq; dubios: illos tormẽtis cruciatuq; ho
minum ſæuientes: quoſdam voluptatibus luxuriaq; defluere: hos ignauia torpe
re: oẽs fere amicis deſtitutos iter adulatorũ aſſentatorũq; ſtupere: nõnulli curis
exedant: ſuos / alienos / domeſticos ſuſpectos habeant: hos belli rabies aſſumpſe
rit: alij veneno perierint: multi aut filiorũ / aut amicorũ fraudibus ſint deleti: alij va
rijs fortunæ fluctibus iactati / nulla quiete / nullo ocio potiant: profecto nihil põt
dubij mẽtibus noſtris reſidere: qn principes oẽs ( niſi quibus diuina pietas affulſit )
cum eorum vita nullius ſit expers moleſtiæ / infœlices ac miſeri iudicent. Si enim
etiam illi quos bonos iudicamus multis oppreſſi curis / pluribus conflictati mole
ſtijs / defatigato animo / mente inquieta: non ſuo / ſed aliorum arbitrio: nõ priuato /
ſed publico ocio & quieti vacare cogunt. cum non dominij / ſed cõtinuę ſeruitutis
ſit potius onus ſubeundũ: quid aliud ęſtimandũ eſt: niſi naturam principatus malã
ac pniciosam / etiam ſapientũ animos defatigare: ut cum Imperio & opibus abun
det fœlicitas / inopia urgeatur? Faceſſat igitur a nobis illius appetitus & domino
rum quoq; conſuetudo: neq; nos illis cõmittamus: qui poſſunt obeſſe tam multis
malis. ¶ Tum COSMVS quid tu inquit Nycholae cenſes de his / qui in ſua re
publica ciuitatis principes extiterunt: num eos quoq; his quibꝰ reliqui principes
malis obrui putas? ¶ Decernãt hoc ipſimet INQVIT: qui quanta illis fœlicitas tri
bui debeat / expti ſunt. Nouerũt & Alcibiades / Themiſtocles / Pericles / Ariſtides /
Hãnibal / Camillus / Quintus metellus / Scipiones / Rutilius / Cæſar / Põpeius / An
tonius / Lepidius: multiq; præterea ex priſcis / & e noſtris nõnulli teſtes copioſiſſi
mi / quantũ fœlicitatis ex altiori gradu & fortunę fauoribus contrahit. Nam q̃uis
Sylla fœlicem ſe dici voluerit: tantũ tamẽ a fœlicitate abfuit / quantũ fuit crudelita
ti propinquior. Nihil eñ ſibi accidere potuit infœlicius / q̃ male faciendi facultas /
ac libido: quibus ſe fœlicem putauit. Graſſari eñ: cęde ac ſanguine ciuiũ pſcripto
rum oc'os paſcere: bonos pſcribere: irę Impio regi ſuma infœlicitas fuit. Marius
& cõpulſus eſt miſer & infœlix cum redijt: qui ciuis patrię pniciosus ea in ciues ef
fecit / quæ ne hoſtes quidem patrię crudeliora expetiuiſſent. Quare his quoq; fœ
licitas defuit: quibus fato datum fuit: ut in ſuis urbibus decederet e vita inſulſæ ple
bis iudicio / ac popularibꝰ factionibꝰ addicti. quo nihil põt eſſe miſerius. ¶ Vbinã
ergo COSMVS ait / verſari illã arbitramur? Num reſidet apud mortales? An
quemadmodũ de Aſcrea ferunt fabulę / relictis hoĩbus ad ſupos migraſſe crede
mus? ¶ Nuſq̃ inqt ILLE minus / q̃ ubi maxĩe eſſe putat. Legiſtis ( ut opinor ) quẽ
olim Apollinis oraculum fœlicem eſſe reſponderit. Nam cum Gyges Lydorum
rex / qui ſibi præ cęteris fortunatiſſimus eſſe videbat / Apollinem cõſuluiſſet: quis
eo tempore fœlix eſſet? Contempſit oraculum regias opes atq; apparatus: & A
glaum quendam Arcadem paruuli ruris cultorem / qui metas agelli ſui nunq̃ cu
piditate exceſſerat / fœlicem iudicauit. Repreſſit Apollo regis ſuperbiam: & qui ſe
fœliciſſimũ omniũ arbitrabat / a ruſtico Dei iudicio ſuperatus eſt: qui nullum re
gem / nullum Imperatorem / nullum Principem / ſed priuatum quendam agrico
lam fœlicem iudicauit. Ante Valerium Maximum reges multi / viq; & Impera

Gyges.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tores nõnulli fuerãt:nullũ ex his/ne diuũ q̃dem Auguſtũ poſuit int̃ fœlices/ ſꝫ unũ
in priuatũ ciuẽ Romanũ Q. Metellũ.ut nulla dubitatio in nobis reſidere q̃at: non
in principibus/ſed in priuatis viris fœlicitatem aliquando eſſe repertam. Hanc &
Lucianus in ſuo Menippo ſententiam probat. Menippus enim cum adoleſcens Menippus
legiſſet apud Homerum Heſiodumq; & alios poetas Deorũ bella/adulteria/ fur-
ta/rapinas/ſtupra/aliaq; eiuſmodi mala facinora:credebat ea licita eſſe/atq; hone-
ſta:poſtq̃ Deorum auctoritate atq; exemplo corroborarent̃. Deinde adoleſcenti
am egreſſus/cum audiſſꝫ ea a legum latoribus tanq̃ inhoneſta & iniqua ſuis ſan
ctionibus prohiberi:incertus animi ſeu rectius ſentirent/philoſophos adijt:ut ab
eis ſciſcitaret̃/quęnam eſſet vita optima. Sed cum illos quoq; conſpiceret admo-
dum ſibijpis diſſentientes:nam hi voluptatem/hi vacuitatem dolorum virtutem:
alij quidam animi corporiſq; & fortunæ bona vitam beatã efficere voluerũt:incer
tior multo q̃ ante:ac diffiſus viuorũ ſapientia/mortuos conſulere decreuit. Igitur
ad inferos penetrauit:ſciſcitaturus a Tireſia/ qui & ipe vates ac diuinator fuiſſet/
ſententiã quam quęrebat. At ille primo cum id nephas eſſe ſcitu reſpondiſſet/ tan
dem monitus Menippi verbis/ad aurẽ inſuſurrans:apud priuatos viros optimã Fœlicitas
vitam/hoc eſt fœlicitatem inueniri dixit. Si q̃ro igitur in loco habitat / inter priua- ubi repiat̃
tos diuerſoriũ habet:procul a culmine & faſtigio imperandi. Virtutes eñ effectri
ces ſunt vitæ fœlicis/quæ a principum domicilijs excluſę/ſi qñdo caſu/aut erro
re limen ingrediunt̃:e ueſtigio cogunt̃ aufugere:perterritæ moribus ſiniſtris qui-
bus apud eos viuit̃ur. Cum priuatis vero:cum in eis vigeãt ſtudia ſapiẽtiæ & do-
ctrinæ/tum litterarum ocio occupent̃:quorum animus remotus ab ambitione/ li
ber a cupiditate/ſuis contentus eſt/non appetens aliena:libenter verſantur/& fœ-
lices reddunt ſuos cultores. Hi enim ſoli virtutis iter cognouerunt:hi bene viuen-
di præcepta nobis tradiderunt:hi qui eſſet vitæ curſus optimus / tum exemplo/
tum litteris demonſtrarunt:ab his naturæ cognitio defluxit. horum opera variæ
artis ad uſum hominũ repertæ. hinc diſciplinarum omniũ:hinc aſtrorum / cœliq;
motus adinuenti. hinc iura/leges/ rerum publicarum gubernacula immanarunt:
ab his rerum omniũ quæ ad victum/quæ ad cultum corporis / quæ ad dignitatẽ/
quæ ad tutelam/quæ ad mores ſpectant origo ducitur. Horum conſilijs ſecundã
fortunam moderate ferre docemur:forti animo aduerſam : horum ſtudijs / cura/
vigilijs animi morborũ medela / corporum ęgrotãtium ſalus inuenta eſt. Ab his
ſapientiæ/& honeſte viuendi præcepta ſumus aſſequuti. Hi tanq̃ virtutum ſacer
dotes pacis atq; ocij amici/ſoli fœlicem vitam aſſequunt̃. Poſthabitis eñ atq; abie
ctis opibus/imperijs/dignitatibꝰ/cõtemptis diuitijs/in excolẽda matre virtutũ phi
loſophia/in rerum occultarum inueſtigatione verſati/ad liberaliũ artium diſcipli-
nas & humanitatis ſtudia/velut in portum tranquillum cõfugerunt:ubi nullo im
petu/nulla fortunę iactati temeritate/vitam beatam ac fœlicem adepti ſunt. Hos
quantũ poſſumus imitemur operibus noſtris:cum ſint eorum ſectatoribus uber
rima præmia conſtituta. Principes vero a q̃bus huiuſmodi ſtudia abfuerunt: a qui
bus raro boni quippiam ad homines peruenit:quorum cupiditas/ambitio/alieni
appetitus infinitis erumnis & calamitatibꝰ orbem affixit:qui ocium/pacem/ qui
etem reformidant:qui hanc vitam veluti peregrinantes tranſeunt:cõtemnamus. Docti i pre
Etenim perpetua obliuione ſepulti eſſent: niſi eos doctorum virorũ monumen- cio hñdi.
ta ab interitu vindicaſſent. Hi ſoli præſtant/ut magnorum virorum memoria nõ
una cum corpore intereat. Horũ lumine verborũ res geſtę illuſtrant̃: horũ ſcriptis
nomẽ augetur. horũ vocibus & præconio gloria virorũ excellentũ celebrat̃. Qua
in re dominorꝫ iniquitas culpanda:quibus cum ĩmortalitas q̃dam doctorũ hoĩm
ſtudio/& vigilijs tribuat̃:tamẽ eos ita paruifaciũt/ ita cõtemnũt ut mirum videat̃
in tanta magnitudine/ne dicam ſtulticia principum quempiã ſcribendi / & eorum

res geſtas lr̄is mandādi laborē aggredi voluiſſe. Sed ſapiētes illi qui v̄tutis p̄mia in
ea ipſa norūt eſſe cōſtituta/ nihil extra ſe queſiuerūt: virtute & ſcribendi laude co-
tenti. Hi nihil ſperant a regibus: nihil appetunt: nihil concupiſcūt/ virtuti & optima-
rum artium ſtudijs dediti. qui beati ac fœlices dici poſſunt: quibꝰ ſolis datur/ ut ea
cōtemnant ad quæ reliq̄ veluti ceci inſano impetu concurrūt. Hi tanq̄ ex ſupe-
riori loco in quadam ſpecula poſiti: tum cæteros/ tum præcipue reges veluti perſo-
natos quoſdā homines ac ridiculos ſpernūt atq̄ deſpiciūt. Vident em̄ infra ſe poſi-
tos quibus in ſordibus/ quibus in flagitijs / quibus in paſſionibus perturbationi-
buſq̄ verſent̄: vident eos extrinſecus ornatos: & dum conſpiciunt̄ ab hoībus cla-
ros ac cōſpicuos haberi: intus vero ſordidos/ miſeros/ incultos/ afflictos/ & varijs
animi morbis laborantes: quorū vita niſi ſcriptorū ſplendor accederet / perpetuo
ſitu & ſqualore ſordeſceret. Hunc vero ( me intuens ) nō modo non fœlicem/ ſed
miſerum puto: alieni nutus/ ne dicam voluntatis ſeruū: cui ad præſcriptum alteri-

**Curialium miseria**

us eſt viuendum. Neq̄ vero ipſe ſolus eſt fœlicitatis expers: ſed hi om̄es qui prin-
cipibus/ nihil ſibi liberę vitę relinquūt: ut ea aſſequant̄ quibꝰ potiti multo ſint q̄ an-
tea miſeriores. Primū dignitates quas adipiſcunt̄: cum hę nihil v̄tutis ſecum por-
tent/ fœlicitatis ſunt vacuę. Nihilominus opes & diuitię/ quibꝰ timores/ curę/ vigi-
liæ/ ſollicitudīes/ moleſtiæ ſunt cōmixtę/ inſup inuidiæ ſubdita hæc om̄ia ſunt: quę
multos deiecit culmine ac faſtigio rerum/ & reddidit cōtemnendos. Itaq̄ non ma-
gis principes infœlices dixerim/ q̄ eos qui rerum æternarū cupiditate nutum prin-
cipis obſeruant. At vero infœlicem vitam/ neſcio an infœlicior obitus comitetur.
Quamobrem ſi qui fœlicitatem appetunt: non in principatu/ ſed in virtute & bea-
ta vita collocatam intelligant. Hanc om̄es / principatū pauci adipiſci poſſunt. Sed
iam tempus admonet ne ſimus verboſiores. Hic tamen ſi ( quod ſæpius ſuaſi)
in ocium lr̄arum/ liberamq̄ vitam conferret/ procul a publicis curis/ quę maxime
ſtudijs aduerſant̄: ſicq̄ paruo cōtentus ( quod doctorum hominū virtus reliquit)
poſteritatis memorię vacaret: tum vere fœlicis nomen mereret̄. Non tamē vere-
or: ſi trāquillioribꝰ rebus uti unq̄ licebit: quin quod ſuaſimus/ eſſe nos aliqū ei per-
ſuaſuros. Quæ cum eſſent dicta: & diei æſtus remiſſior eſſet: diſceſſimus.

Diſputationis Poggij Florentini ſup̄ infœlicitate principū finis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## POGGII FLORENTINI ORATORIS ELOquētiſſimi ac Secretarij Apoſtolici in Facetiarū librū præfatio.

Ne Aemuli carpant facetiarꝫ opus propter eloquentię tenuitatem.

MVltos futuros eſſe arbitror qui has noſtras cōfabu-
lationes/tum ut res leues & viro graui indignas re
prehendāt: tum in eis ornatiorē dicēdi modū & ma
iorē eloquentiā requirāt. Quibus ego ſi reſpūdeā:
legiſſe me nr̄os maiores prudētiſſimos ac doctiſſi-
mos viros facetijs/iocis & fabulis delectatos: nō re
prehenſionē/ſed laudē meruiſſe: ſatis mihi factum
ad illorꝫ exiſtimatōem putabo. Nam qui mihi tur-
pe eſſe putem hac in re/q̄n quidem in cęteris neq̄ il
lorū imitatōem ſequi: & hoc idem tp̄s qđ reliqui in
circulis & cœtu hoīm cōfabulando cōterunt/ in ſcri
bendi cura cōſumere: p̄ſertim cū neq; labor inhone
ſtus ſit/& legentes aliqua iocūditate poſſit afficere.
Honeſtum eſt enim ac ferme neceſſarium: certe quod ſapientes laudarunt: men-
tem noſtram varijs cogitationibus ac moleſtijs oppreſſam / recreari quandoq; a
continuis curis: & eam aliquo iocandi genē ad hilaritatē remiſſionēq; cōuerti. Elo
quentiā vero in rebus infimis/vel in his in quibus ad verbū/vel facetię exprimē-
deſunt/vel aliorū dicta referēda q̄rere: hoīs nimiū curioſi eſſe videt̄. Sunt eñ quę
dam quę ornatius neq̄ant deſcribi: cū ita recenſenda ſint quēadmodū ꝓtulerūt ea
hi qui in cōfabulatōibus conijciunt̄. Exiſtimabūt aliq forſan hanc meā excuſatōꝫ
ab ingenij culpa eſſe profectā, q̄bus ego quoq; aſſentior. Modo ipi eadē ornatius
politiuſq; deſcribāt. qđ ut faciant exhortor: quo lingua latina etiā leuioribꝫ in rebꝫ
hac noſtra ætate fiat opulentior. Proderit eñ ad eloquentię doctrinā ea ſcribendi
exercitatio. Ego q̄dem expiri volui: an multa quæ latine dici difficult̄ exiſtimant̄./
non abſurde ſcribi poſſe viderent̄. in q̄bus cū nullus ornatus/nulla amplitudo ſer-
monis adhiberi q̄at: ſatis erit ingenio noſtro ſi nō incōcinne oīno videbunt̄ a me
referri. Verū faceſſant ab iſtarꝫ cōfabulationū lectiōe (ſic eñ eas appellari volo)
qui nimis rigidi cēſores/aut acres exiſtimatores rerū exiſtūt. A facetis eñ & huma
nis (ſicut Lucilius a Cōſentinis & Tarentinis) legi cupio. Qꝫ ſi ruſticiores erunt:
nō recuſo q̄n ſentiāt qđ volūt: modo ſcriptorē ne culpent/qui ad leuatōem animi
hęc/& ad ingenij exercitium ſcripſit.

Excuſatio auctoris

Cōtra æmulos.

¶ Fabula prima cuiuſdam Caietani pauperis naucleri.

Caietani qui plebei ſunt/ut plurimū naugio victū quęrūt. Naucerus ex eis ad
modū paup/ cū ad varia loca lucri cauſa/relicta domi uxore iuuēcula & tenui ſu-
pellectile nauigaſſet: poſt q̄ntū ferme annū redijt. E naui e veſtigio ad viſendū uxo
rem (q̄ interim viri reditū deſperās cū alio cōuenerat) domū proficiſcit̄. Ingreſſus/
cū eam maiori ex p̄te inſtauratā in meliuſq; auctā vidiſſet. Admiratus/uxorē q̄ſi-
uit: quō domūcula antea informis/ eſſet p̄polita: Rn̄dit ſtatim mulier: ſibi in ea re
eius qui oībus fert opem Dei grām affuiſſe. Bn̄dicat̄ inquit Deus pro tanto hoc
bn̄ficio erga nos ſuo. Videns inſup cubile lectūq; ornatiorē: reliquāq; ſupellectilē
mundā ultra q̄ ferret uxoris cōditio: cum p̄contatus eſſet unde illa quoq; p̄ueniſ-
ſent. Et Dei indulgentiā illa ſibi ſubminiſtraſſe aſſeuerauit. Grās iterū vir deo egit
qui tam liberalis in ſe fuiſſet. Eodē modo & alijs quibuſdā quę noua domi & in-
ſueta videbant̄ cōſpectis / cū largioris Dei munificentiā affuiſſe diceret: virq; ipe
tam p̄fuſam erga ſe Dei grām admiraret̄: ſupuenit ſcitulus puer triennio maior/
blandiens (ut mos eſt puerorꝫ) matri. Cōſpicanti hunc marito / ſciſcitantiq; quiſ-
nam puer eſſet: ſuū etiam uxor reſpondit. Stupenti q̄rentiq; viro/ unde ſe abſente

puer ꝑueniſſet. Dei quoq; in eo acqrendo ſibi aſtitiſſe grãm mlier affirmauit. Tũc vir indignatus diuinã grãm etiã in ꝑcreãdis filijs ſibi adeo exuberaſſe. Multas iã inqt grãs Deo habeo agoq;/qui tot cogitatiões ſuſcepit de rebus meis. Viſum eſt hoĩ Deũ nimiũ curioſuꝫ fuiſſe: qui etiã de cõparandis ſe abſente liberis cogitarit.

¶ De medico qui dementes & inſanos curabat.

Plures colloquebanť de ſupuacua cura ne dicam ſtulticia eoꝝ qui canes aut accipitres ad aucupium alunt. Tum Paulus floretinus: recte hos (inquit) riſit ſtultus Mediolanenſis. Cum narrari fabulã poſceꝛemus. Fuit inquit olim ciuis Mediolani dementiũ & inſanoꝝ medicus: qui ad ſe delatos infra certũ tp̃s ſanandos ſu-
**Lacuna ſtultorũ.** ſcipiebat. Erat aũt curatio hmõi. Habebat domi aream: & in ea Lacunã aquȩ fetide atq; obſcœnȩ: in quam nudos ad palum ligabat eos qui inſani adducebanť: alios uſq; ad genua inguinetenus. nõnullos profundius pro inſaniȩ modo: ac eos tam diu aqua atq; inedia macerabat quoad viderenť ſani. Allatus eſt inter ceteros qdam/quem uſq; ad femur in aquã poſuit: qui poſt. xv. dies cœpit reſipiſcere/ac curatorẽ rogare ut ex aqua reduceret. Ille hoiem exemit a cruciatu: ea tamẽ cõditione ne aream egrederet. Cui cum diẽbus aliquot paruiſſet/ ut uniuerſaꝫ domũ ꝑambularet: ut exteriorẽ ianuã non egrederet ꝑmiſit/reliquis ſocijs qui plures erãt in aqua relictis: paruit diligent medici mandatis. Stans vero aliqñ ſup oſtiũ; neq; eñi egredi audebat timore lacunȩ: adueniente equeſtrem iuuenẽ cum accipitre & duobus canibus ex his qui ſagaces dicunť ad ſe vocauit/rei motus nouitate. Neq;
**In aucupatios** eñi quȩ ante in inſania viderat tenebat memoria. Cũ acceſſiſſet iuuenis: heus (tu inquit ille) auſculta oro me paucis: ac ſi libet reſponde. hoc quo veheris quid eſt: & quã obrem illud tenes? Equus eſt inquit: & aucupij gratia. Tum deinceps vos hoc qđ manu geſtas quid vocatur: & in qua re illo uteris? Accipiter reſpondit/& aucupio aptus querquedulaꝝ & perdicũ. Tum alter. Hi qui te comitanť qui ſunt age: & quid ꝓſunt tibi? Canes ait/ & aucupio accõmodati ad inueſtigãdas aues. Hæ aũt aues quarũ capiendaꝝ cauſa tot res paras cuius precij ſunt: ſi in unum cõferas totius anni capturã? Parum quid neſcio cum reſpõdiſſet: & ꝙ ſex aureos nõ excederent. Subdit homo: quçoam eſt equi canũq; & accipitris impenſa? Quinquaginta aureoꝝ affirmauit. Tum admiratus ſtulticiã equeſtris iuuenis: Ho ho inqt abi hinc ocius oro: atq; adeo auola anteq; medicus domũ redeat. Naꝫ ſi te hic coſpererit/veluti inſaniſſimũ oĩm qui viuant in lacunã ſuam cõijciet curandũ cum ceteris mente captis: atq; ultra oĩes uſq; ad mentum in aquam ſummã collocabit. Oſtendit aucupij porro ſtudium ſummã eſſe amentiam: niſi aliquãdo & ab opulentis/& exercitij gratia fiat.

¶ Bonacij Guaſconi qui tam tarde e lecto ſurgebat.

Bonacius adoleſcens facetus ex familia Guaſcoꝝ/dũ eſſemus Conſtantiȩ admodũ tarde ſurgebat e lecto. Cum ſocij eam tarditatẽ culparent: quid ne tamdiu
**Sollicitudinis & pigriciȩ altercatio.** in lecto ageret percunctarenť/ſubridens reſpondit. Litigantes diſceptanteſq; auſculto. Adſunt enim mane mihi eueſtigio cum expgiſcor duȩ habitu muliebri: ſollicitudo viꝫ & pigricia: quarũ altera ſurgere hortať & aliquod opis agere/neq; diem in lecto terere: altera priorẽ increpãs quieſcẽdũ aſſerit: & propť frigoris vim in calore lecti ꝑmanendũ/indulgendũq; corpis quieti; neq; ſemp laborib9 vacandũ. Prior inſup rõnes ſuas tueť. Ita ut cum diutius diſputent atq; altercenť/ ego tanq; ȩquus iudex nullã in ꝑtem declinans audio diſputantes: expectans quoad ſint ſententia concordes. hoc fit ut ſurgam tardius/ expectans litgij finem.

¶ De iudȩo nõnullorum ſuaſu chriano facto.

Iudȩũ cum multi hortarenť ad Chri fidem: ȩgre ille bona ſua dimittebat. Suadebant cõplures ut ea daret pauperibus: qm ſcđm euangelicã ſententiã/ quȩ eſſet veriſſima/centuplũ eſſet accepturus. Perſuaſus tandem ad fidem cõuerſus eſt: di-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtributis inter paupes/egenos & mendicos bonis. Inde per mẽſem fere hoſpitio exceptus eſt honorifice a diuerſis chrĩanis. Cuꝫ ei om̃es blandirent̃ & laudarent̃ factum: ille tñ qui precario viueret/ expectabat indies centupli promiſſionẽ. Et cum multos ſatietas cibandꝰ hoĩs cępiſſet: iamq; rarus inuitator reperiret̃: cępit homo admodũ egere/ita ut ei neceſſe eſſet diuertere ad hoſpitale quoddã: in quo morbo correptus ad extremũ vitę deuenit. cũ ſanguis per poſterora efflueret. Deſperans itaq; ſalutẽ/& ſimul pollicitationis diffiſus centupli: ex anxietate quadã aerem quęrens/egreſſus eſt lectulũ ad ſeceſſuꝫ ventris in pratulũ propinquũ. Vbi cum conſtitiſſet: quæſitis poſt egeſtionẽ ad tergendũ anum herbis: inuenit inuolutũ lineũ refertũ lapidib; pcioſis: quare ditior factus adhibitis medicis cõualuit: atq; domo empta & poſſeſſionibus vixit poſtmodũ in ſumma rerum opulentia. Cum ergo diceret̃ ab oĩbus. Ecce/nõne verũ pdiximus tibi Deum centuplũ redditurũ? Reddidit inquit ille: ſed tñ prius ſñt uſq; ad interituꝫ cacarem ſanguinem permiſit. Dictum contra eos qui tardi in beneficio dando & reddendo exiſtunt.

Contra tardos in reddendis beneficij.

¶ De homine inſulſo qui exiſtimauit duos cunnos in uxore.

Homo e noſtris ruſticanus & haud multũ prudẽs/certe in coitu mulierũ rudis: ſumpta uxore/cũ illa aliqñ in lecto renes ỽſus virum voluẽs/nates in eius gremio poſuiſſet: erecto telo uxorẽ caſu cognouit. Admiratuſq; poſtmodũ & rogans mulierem/an duos cunnos haberet? Cum illa annuiſſet: Ho ho inquit mihi unus ſatis eſt alter vero ſuꝑfluus. Tũ callida uxor quæ a ſacerdote parochiano diligebat̃: poſſumus inquit/ ex hoc elemoſynã facere. demus eum eccl'ię & ſacerdoti noſtro cui hęc res erit gratiſſima: & tibi nihil oberit: cũ unus ſufficiat tibi. Aſſentit̃ vir uxori: & in grãm ſacerdotis/& ut ſe onere ſupfluo leuaret. Igitur eo vocato ad cœnã: cauſaq; expoſita: cum ſumpto cibo lectũ unum tres ingrederent̃: ita ut mulier media eſſet: vir anteriori parte/poſteriori alter ex dono uteret̃. Sacerdos famelicus/ cõcupitiq; cibi auidus/prior aggredit̃ aciem ſibi cõmiſſam: qua irre uxor quoq; ſubmurmurans/ſtrepitũ quendã edebat. Tunc vir timens ne ptes ſuas aggrederetur: Serua inquit amice/inter nos cõuenta: & tua portõne utere/meã intactã relinquẽs. Huic ſacerdos. Det mihi grãm deus inqt: nam tua puiſacio / ut bonis tm̃ ecclię uti poſſim. His ỽbis acqeſcẽs: ſtultus ille qđ eccię cõceſſerat/libere uti iuſſit.

ruſtica ſimplicitas.

¶ De vidua accenſa libidine cum paupere

Hypocritarũ genus peſſimũ eſt oĩm qui viuant. Cum de his ſemel in cœtu me pſente ſermo exortus eſſet: diceretq; om̃ia hypocritis abũdare: qui cum dignitatẽ atq; bonorũ ambitõem ardeant: tamẽ ſimulando ac diſſimulãdo agunt: ut nõ ſpõte/ſed inuiti ac ſupiorũ pcepto honores aſſequi videant̃. Tum qdam ex aſtantib; dixit eos ſil'es Paulo cuidaꝫ beato qui habitabat Piſis: unus ex eis qui vulgo Apoſtoli vocant̃: quorꝫ eſt cõſuetudo ſedere ad oſtiũ nihil petentes. Cum ut nobis exponeret quis is fuiſſet rogaremus? Paulus inqt: qui propter vitæ ſanctimoniã beatus vulgo cognominat̃/ſedit aliqñ cuiuſdã viduę ad oſtiũ: quæ ſibi cibũ pbebat in elemoſynã. Illa cõſpicata ſępius virũ (erat eñ formoſus) exarſit in Paulũ: ciboq; dato rogauit ut poſtridie rediret/ſe curaturã ut bene prãderet. Cum frequens domum mulieris acceſſiſſet: illa tandem rogauit hoĩem ut intus accederet ad ſumendum cibum. Annuit hic/& cum opipare ventrem cibo potuq; farſiſſet: mulier libidinis impatiens/virũ amplectit̃ oſculat̃q;: aſſerens nõ inde abiturũ priuſq; ſe cognoſcat. Ille reluctanti ſimilis/ac deteſtans mulieris feruentẽ cupiditatẽ: cum illa obſcœnius inſtaret: tandem cedens viduę importunitati. Poſteaq; inqt tantũ malum patrare cupis: teſtor Deum opus tuum erit / ego procul abſum a culpa. Tu ipa (inquit) cape hanc maledictã carnem (iam eñ virga erecta erat) & ipamet utere ut lubet: ego eñ eam minime tangam. Ita inuitus mulierẽ ſubegit: licet propter abſtinentiã non tangeret carnẽ ſuam: totum peccatũ tribuens mulieri.

In hypocritas

## ¶ De equeſtri palleato.

*In irreuerē/tiales.*

Ibam ſemel ad Pontificis pallacium: tranſibat quidam e noſtris palleatus eque
ſter: & forſan implicitus curis / hunc quiſpiam cum detecto capite reuererēt non
animaduertit epiſcopus. At ille ſupbia aut arrogantia factum exiſtimans: hic in/
quit/ aſini ſui medietatem nequaꝗ̄ reliquit domi: ſed totum ſecum defert. Signifi/
cans eum eſſe aſinum/ qui ſe reuerentibus non reſponderet.

## ¶ Dictum Zuchari.

Perambulantes aliquando urbem vir faceſtiſſimus omniũ qui viuerēt Zucha
rus/ egoq; ꝑuenimus ad locum ubi celebrabant̄ nuptię. Poſtridie quando ſponſa
domũ venerat/ ſtetimus paululũ animi relaxandi gratia: reſpicientes ũna pſallen
tes viros ac mulieres. Tum ſubridens Zucharus: Iſti inquit matrimoniũ cōſum/
marunt: ego iam patrimoniũ cōſumpſi. facete in ſeipm̄ dixit: qui venditis paternis
bonis patrimoniũ oīe comedendo ludendoq; cōſumpſerat.

## ¶ De Pretore.

Quidam iturus Florentiam prætor/ qua die urbem introiuit / habuit de more
in maiori templo coram prioribus ciuitatis ſermonem longum ſane & moleſtũ.
nam ordiri in ſuam cōmendatōem cępit ſe fuiſſe Romę ſenatorem: ubi quicquid
ab ſe/ itemq; ab reliquis in ſuam laudem honoremq; dictum factumue extiterat/
prolixo ſermone explicauit. Exitũ deinceps ex Vrbe comitatũq; recenſuit: primo
die Sutriũ cōtuliſſe ſe dixit: & quę ibi a ſe acta erant ſingulatim. Tum dietim quo
in loco hoſpitioue fuiſſet: ac quicqd ab eo geſtũ/ quaq; de re eſſet narrauit. Plures
horę iam hac in narratiōe tranſierant: & nondũ ꝑuenerat Senas. Cum oībus ſer
monis odioſi longitudo inſenſa eſſet: neq; finis fieret dicendi: videbat̄ aũt ille uni
uerſum diem in his fabulis cōſumpturus: & cum nox iam appropinqret. tũc unus
ex aſtantibus iocabũdus ad aurem pretoris accedēs. Dn̄e ( inquit ) hora iam tarda
eſt: feſtinetis iter oportet. Nam niſi hodie Florentiā intraueritis/ cum hodiernus di
es ſit vobis cōſtitutus ad veniendũ/ officium hoc amittetis. Hoc intellecto/ ſtultus
homo ac loquax tandem retulit ſe Florentiam veniſſe.

## ¶ De mulere quæ virum defraudauit.

*Muliebris verſutia*

Petrus contribulus meus olim mihi narrauit fabulam ridiculoſam & verſu/
tia dignam muliebri. Is rem habebat cum fœmina nupta agricolę haud multum
prudenti: & is foris in agro ſæpius ob pecuniā debitam ꝑnoctabat. Cum aliquan/
do amicus intraſſet ad mulierem/ vir inſperatus redijt in crepuſculo. Tum illa ſubi
to collocato ſubtus lectum adultero/ in maritũ verſa grauiter illum increpauit q
rediſſet: aſſerens velle eum degere in carceribus. Modo inquit prætoris ſatellites
ad te capiendũ uniuerſam domum perſcrutati ſunt ut te abriperēt ad carcerem.
cum dicerem te foris dormire ſolitum: abierunt/ cōminantes ſe paulopoſt reuer/
ſuros. Quęrebat homo perterritus abeundi modum: ſed iam portę oppidi clauſę
erant. Tum mulier. Quid agis infœlix? ſi caperis actum eſt. Cum ille uxoris conſi
lium tremens quęreret: illa ad dolum prompta: aſcende inquit ad hoc colūbariũ/
eris ibi hac nocte: ego oſtium extra occludam: & remouebo ſcalas ne quis te ibi eſ
ſe ſuſpicari qat. Ille uxoris paruit cōſilio: ac ab obſerato oſtio ut viro facultas egre
diendi non eſſet amotis ſcalis/ hominē ex ergaſtulo eduxit. qui ſimulans lictores
prætoris iterũ adueniſſe/ magna excitata turba/ muliere quoq; pro viro loquente
ingentem latenti timorem incuſſit. Sedato tandem tumultu/ ambo in lectum pro
fecti ea nocte veneri operam dederunt. vir delituit inter ſtercora & columbos.

## ¶ De ſacerdote qui ignorabat ſolennitatem palmarum.

Bellum oppidum eſt in noſtris Apēnini montibus ad modum ruſticanũ: in eo
habitabat ſacerdos rudior atq; indoctior incolis. huic cum ignota eſſent tempora/
anniq; varietates/ nequaꝗ̄ indixit quadrageſimā poplo. Venit hic ad terram no/

tamad mercatũ ſabbato ante ſolẽnitatem palmarũ. Conſpectis ſacerdotibus oli-
uarum ramos ac palmulas in diem ſequentem parantibus / admiratus qdnam id
ſibi vellet: cognouit tunc erratum ſuum: & quadrageſimã iam nulla obſeruatiõe
ſuorum trãſiiſſe. Reuerſus in oppidum / & ipſe ramos palmaſq; in poſterum diem
parauit. qui aduocata plebecula: Hodie inquit eſt dies quo rami oliuarum palma
rumq; dari ex cõſuetudine debent. Octaua die paſcha erit: hac tamẽ hebdomada
agenda eſt pœnitentia: neq; longius habemus hoc anno ieiunium. Cuius rei cau
ſam cognoſcite. Carniſpriuiũ hoc anno fuit tardũ admodum ac lentuʒ / qđ propt
frigora & difficultatem itinerum hos montes nequiuit ſupare. Ideo ex quadrage
ſima adeo tardo ac feſſo gradu acceſſit: ut iam nil amplius q̃ hebdomadã unã ſe-
cum ferat / reliquis in via relictis. Hoc ergo modico tempe quo vobiſcum manſu-
ra eſt confitemini: & penitentiam agite omnes. — In rudes curatores

¶ De ruſticis nuncijs interrogatis an vellent cru-
cifixũ viuum / an mortuum ab opifice emere.

Ex hoc qdem oppido miſſi ſunt quidã Aretium ad emendũ ligneum crucifixũ
qui in eccleſia eorum poneref. Deducti ad hmõi opificem quendã / cum rudes &
veluti ſtipites eſſent: opifex ridens materiã / a adiris hoibus: quęrens: viuum ne / an
mortuum vellent crucifixum poſtulauit. Illi ſumpto paulo tempis ad conſultan-
dum / ſecreto collocuti: demũ reſponderunt ſe viuum malle. Nam ſi eo modo ſuo
populo non placeret / ſe illum e veſtigio occiſuros.

¶ Dictum coci illuſtriſſimo Duci Mediolanenſi habitum.

Dux Mediolani ſenior Princeps in omibus rebus elegantię ſingłaris / habebat — Curarũ vis
cocũ egregiũ quem uſq; ad Gallos ad pdiſcenda obſonia miſerat. Bellũ qđ ingẽs
cum florẽtinis Dux habuit: cũ ei aliqñ nõ ſatis proſp nuncius aduenisſet / admodũ
turbauit Ducis mentẽ. Oblatis poſtmodũ ad mẽſam epulis / ſapores neſcio quos
cũ Dux improbaſſet: epulas inſup ut nõ rite cõditas eſſet aſpnatus: accitũ cocum
veluti ignarũ artis aſpere increpauit. Tum ille ut erat liberior in eloquẽdo. Si Flo-
rentini inquit tibi guſtũ atq; appetitũ auferũt / quę mea eſt culpa? & cibi em̃ mei
ſapidi ſunt & ſũma arte cõpoſiti: ſed te nimiũ cocaleſaciũt / & appetitũ auferũt Flo
rentini. Riſit ille ut erat humaniſſimus coci facetã in reſpõdendo libertatem.

¶ Eiuſdem coci dictum ad prelibatum illuſtrem Principem.

Idem cocus bello inſup vigente iocatus ad mẽſam Ducis / cum videret eum an
xium atq; afflictum curis, Nõ mirum eſſe inquit illum torqueri. Nam duo impoſ
ſibilia Dux conatur. Vnum ne habeat confinia. Alterũ ut pinguem reddat Fran-
ciſcum barbauerã hominẽ opulentũ ſummaq; cupiditate flagrantem. Hoc dicto
pſtringens & dominandi appetitũ Ducis ĩmoderatũ. & Franciſci ĩmenſam opum
atq; ambitionis cupiditatem.

¶ Petitio eiuſdem coci ad pręclictum Principem.

Is ipſe cum multi peterent varia bñficij loco / ſummopere in cœna Ducem roga
uit ut ſe aſinum faceret. Miratus Dux quid ſibi ea poſtulatio vellet: cur ſe aſinũ q̃
hoiem mallet. Atqui om̃es video (inquit ille) quos in ſublime extuliſti / quibus
honores & magiſtratus dediſti / ſuperbia & faſtu elatos atq; inſolentes euaſiſſe aſi
nos. Itaq; & ego quoq; aſinus a te fieri cupio.

¶ De Iannotto vicecomite.

Antonius luſcus vir faceti ſſimus ac doctiſſimus cum ei notus quidam litteras
apud pontificem expediendas obtuliſſet: atq; ipſe in certo loco corrigere atq; emẽ
dare iuſſiſſet. Ille aũt poſtridie litteras eaſdem retuliſſet veluti emendatas. Inſpectis
litteris / tu me (inquit) Iannottũ vicecomitẽ forſitan putaſti. Cum q̃reremus quid
nam hoc dictum ſibi vellet. Iannotus (ait) olim prætor fuit noſter Vincentius ho
mo bonus: ſed corpore & ingenio craſſo. Is ſæpius aduocato ſecretario mãdauit

ſcribi epl'am ad Ducem Mediolani ſeniorem:cuius particulã quandam ipſe dictabat/quæ ſpectabat ad cerẽmonias verborum:reliqua cõmittebat ſecretario:qui aſferebat epl'am poſtmodũ ſcriptã.Eam Iannotus legendã ſumens / ſtatimq; epl'am veluti inconditã atq; ineptã increpans:nõ bene eſt ait:perge atq; emẽda. Secretarius qui patroni ſui ſtulticiã nouit & mores:paulo poſt reuertẽs & eandẽ epl'am nihilo imutatã ferẽs/& correxiſſe ſe & reſcripſiſſe dicebat. Quã cum ille tanq; lecturus in manus ſumeret:inſpecta paululũ epl'a.Nũc bene ſe habet inqt: vade & obſigna/atq; ad Ducem deſtina/Hoc in oĩbus epiſtolis ſuis facere cõſueuit.

Inconſulta iudicia.

¶ De ſutore quodam vicecomitis per viam cõparationis.

Cõmiſerat olim Martinus pontifex Antonio luſco lr̃as quaſdam cõficiendas/quas cum poſtmodũ legiſſet:iuſſit pontifex illas legendas quoq; deferri ad quendam amicũ noſtrũ in quo plurimũ cõfidebat.Ille aũt cum paulo eſſet in cœna cõcalefactus a vino/lr̃as penitus improbauit:& aliũ in modũ cõponi iuſſit.Tunc Antonius Bartholomeo de bardis qui aderat.Faciam inqt in lr̃is meis qđ olim ſutor in farſitio/qđ appellant/Ioãnis galleacij vicecomitis egit. Cras anteq; edat vel bibat redibo:& litterę bene erũt.Deinde pcontanti quidnã hoc eſſet Bartholomeo:Ioannes galleacius vicecomes ( inqt ) Antonius/ pater ſenioris Ducis Mediolani erat vir magnus / pinguis & corpulentus. Is cum ſæpius multo cibo & potu ventrẽ farſiſſet:poſt coenã cum iret cubitũ / vocari ad ſe ſutorẽ ſuũ iubebat.quem acriter redarguens/ aiebat feciſſe illum ſibi farſitium nimis artum:madabatq; amplіari ne ſibi eſſet moleſtũ factũ.Erit ( aiebat ſutor ) ut iubes/cras optime erit. Deinde acceptã veſtem proijciebat ad perticã/nihil imutans.Cum dicerẽt cæteri:cur non amplias veſtem hanc quæ nimiũ ventrem dñi urget. Hic cras ( inquit ) cum dñs poſt digeſtionẽ ſurrexerit ac ierit cacatũ/veſtis erit ampliſſima. Mane reportabat farſitiũ. quo ille induto/nunc bene eſt dicebat:nullo in loco me offendit. Eodem modo Antonius epl'am ſuam digeſto vino placituram dixit.

¶ Querimonia ſpolij cauſa ad Facinnũ Canem facta.

Apud Facinnũ Canem/qui fuit vir crudelis ac dux pcipuus in hac noſtri temporis militia:querebat̃ qdam ſe ſpoliatum chlamyde in via a quodam ſuo milite. Hunc intuens Facinnus veſtitũ tunica bona/ quęſiuit an illam cum ſpoliaret̃ geſtaſſet.Cum ille annueret. Abi inqt:hic quem dicis te ſpoliaſſe nequaq; eſt ex meis militibus.Nam nullus meus unq; tibi tam bonam tunicam reliquiſſet.

¶ Exhortatio Cardinalis ad armigeros pontificis.

Cardinalis Iſpanienſis bello qđ eo auctore geſtum eſt in Piceno aduerſus pontificis hoſtes:cum aliquando ad aciem ventum eſſet / in qua vincere vel vinci eos qui pontificem ſequebant̃ neceſſe erat:hortatur milites ad pugnam pluribus verbis:aſſerens qui in eo prælio cecidiſſent/cum Deo & angelis pranſuros, peccatorũ em̃ omniũ veniam propoſitam occumbentibus affirmabat:quo morti ſe alacrius offerrent.His exhortationibus uſus/accedebat pugnam. Tum unus ex aſtantibus militibus:Cur tu inquit non & ad hoc prandium una nobiſcum accedis? At ille:tempus prandij nondum eſt mihi:quoniam nondum eſurio.

¶ Patriarchę reſponſio.

Patriarcha hieroſolymitanus qui totam cancellariam apoſtolicam regebat:cõuocatis aliqñ certam ob cauſam diſcutiendã aduocatis/nõnullis neſcio quidẽ verbis acriter caſtigauit.Huic cum unus prę cæteris Thomas Biracus liberius reſpõdiſſet/verſus in eum patriarcha inquit.Malum caput habes. At ille ut erat homo promptus ad laceſſendũ ac perfacetus.Recte ( inquit ) ac vere loqueris: nihil eñ verius poteſt dici.Nam ſi bonum caput haberem/ſatis meliori loco res noſtrę eſſent:neq; hac opus eſſet cõtrouerſia. Te igitur ipſum culpas ait patriarcha. Tum ille:non me inquit/ſed caput reprehendo.Facete in ipm qui aduocatis oĩbus pręſ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

erat patriarcham luſit / qui duro paulum capite exiſtimabat.

¶ De Vrbano pontifice ſexto.

Alter Vrbanus olim ſummum põtificem ſextum leuiter perſtrinxit. Nam
cum ille neſcio quid acrius a põtifice cõtenderet, Malo capite es inquit Vrbanus.
Tum ille. Hoc idem ( inquit ) & de te vulgi dicunt homines pater ſancte.

¶ De ſacerdote qui loco ornatus
cappones epiſcopo portat.

Epiſcopus Aretinus Angelus nomie quẽ nouimus / aliqñ conuocauit ad ſyno
dum ſacerdotes ſuos : præcipiens ut qui aliqua in dignitate eſſent / cum cappis &
cottis ( ſunt em̃ hę veſtes ſacerdotales ) ad ſynodũ proficiſcerent. Quidam preſby
ter cui hæc veſtimenta deerant / mœſtus domi erat : ignorans unde nam ea ſibi pa
raret. Hunc cogitabũdũ vultu demiſſo cõſpicata ancilla ( quam domi nutriebat )
cum quęſiſſet mœroris cauſam / dixit ſibi cũ cappis & cottis ſcd'm epiſcopi edictũ
eundum ad ſynodum eſſe. Atqui inquit, O bone vir / non recte vim mandati hu-
ius cognouiſti. Non em̃ cappas & cottas : ſed cappones coctos eps poſtulat : q tibi
ſunt deferendi. Apphendit ſacerdos muliebre conſiliũ / & ſecum cappones coctos
deferens / optime ab epiſcopo fuit ſuſceptus. qui per riſum retulit hunc ſacerdotẽ
ſolum rectius q̃ cæteros edicti ſententiam cognouiſſe.

¶ De amico qui ęgre ferebat multos ſibi
pręferri doctrina & ꝓbitate inferiores.

In curia Romana ut plurimũ fortuna dominatur : cum perraro locus ſit vel inge-
nio vel virtuti : ſed ambitione & oportunitate parant omia. ut de nummis ſileam :
qui ubiq; terrarũ imperare videntur. Amicus quidam qui ęgre ferebat pręferri ſibi
multos doctrina & probitate inferiores : querebatur apud Angelottũ Cardinalem
ſancti Marci : nullam haberi ſuę ꝟtutis rationem : ſed poſtponi his qui nulla in re
ſibi pares eſſent : ſua inſup ſtudia cõmemorauit & in diſcẽdo labores. Tum prom
ptus ad laceſſendũ curię vitia Cardinalis. Hic ſcientia & doctrina ( inquit ) nihil
proſunt : ſed perge & aliquod tempus ad dediſcendum & addiſcendum vitia va-
caſi vis pontifici acceptus eſſe.

¶ De muliere frenetica

Mulier ex meo municipio cum videretur frenetica / ducebatur a viro & genere pro
ximis ad fœminam fatidicam quandam / cuius ope vel opere curaretur. Cum Ar-
num fluuium tranſituri mulierem ſupra dorſum homis validioris impoſuiſſent /
cepit illa eueſtigio nates mouere / ſimilis coeunti ac magna voce clamitans : Ego
inquit ſæpius ꝟba iterans / vellem futuiri. qbus vocibus cauſam expreſſit morbi.
Qui ferebat fœminã adeo eſt in riſum effuſus : ut una cum ea in aquam caderet.
Tunc ridentes om̃es / cum inſanię medelam cognouiſſent : non eſſe opus incanta-
tionib9 aſſerũt / ſed coitu ad ſanitatẽ reſtituendã. Et in virũ verſi : Tu ( inquiũt ) opti
mus curator uxoris eris. Redeũtibus igitur illis cũ vir uxorem cognouiſſet / mens
priſtina rediit. Hæc optima ad mulierũ inſaniam eſt medela.

Ad inſaniã mulíebrem

¶ De muliere ſupra Padum aſtante

De meretricibus ferebantur nauiculę Ferrariam una cum certis curialibus / duę
mulieres ex his quæ ſeruiunt in digentibus. Tum mulier quędam ſupra Padum
aſtans / fœminas conſpicata, O ſtulti inquit / an putabitis meretrices vobis Ferra-
rię defuturas : cum certe plures inueniuntur hic q̃ in Venetiis probę mulieres ?

¶ De abbate Septimi.

Abbas Septimi homo corpulentus & pinguis veſperi Florentiã proficiſcens /
interrogauit ruſticum obuium an portam ſe ingredi exiſtimaret. Intellexit abbas /
an putaret ſe peruenturũ in urbem anteq; clauderentur portę. Ille vero in pingue-
dinem iocatus. Atq; ( inquit ) currus fœni / nedum tu portam introiret.

¶ Ciuis Conſtantię ſoror grauida facta.

Nobilis eps ex Britānijs ad oſtendendā quā tunc multi requirebāt cōcilij Cō-
ſtantienſis libertatē/in magno prelatorū cōuentu hoc attulit teſtimoniū. Fuiſſe ait
ſperneret: & eorum cerimonias ſe in eius contemptũ filaturam dixit: ac deinceps
colum ſumpſiſſe & fuſum, Hæc autem ſubito manibus & digitis magno cum do
lore hæſiſſent; ita ut auelli nequirent: adoleſcentula vero muta eſſet facta. Nutu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

(nam voce nõ poterat) dolorẽ & cãm ſignificabat. Tandẽ accurrente hoĩm multitudine/ ductã ad altare ſancti quẽ cõtempſerat: atq; ibi voto ſuſcepto/ & reſtitutã vocem & colum fuſumq; e manibus cecidiſſe. Hæc in ſua parochia accidiſſe dixit ita indubie/ ut mihi incredulo aliquã fidem facere videret.

¶ Facetiſſimũ de ſene quodã qui aſinũ portauit ſup ſe.

Dicebat̃ inter ſecretarios Pontificis: eos qui ad vulgi opinionẽ viuerẽt miſerrima premi ſeruitute: cũ nequaq; poſſibile eſſet/ cũ diuerſa ſentirẽt/ placere oĩbus/ diuerſis diuerſa ꝓbantibus. Tum quidã ad eam ſniam fabulã retulit: quã nuper in Alemãnia ſcriptã pictamq; vidiſſet. Senem ait fuiſſe qui cum adoleſcentulo filio ꝓcedente abſq; onere aſello/ quẽ venditurus erat ad mercatum proficiſcebat̃. Prætereuntibus viam/ qdam in agris opus facientes ſenem culparũt: q aſellũ nihil ferẽtem neq; pater/ neq; filius aſcẽdiſſet: ſed vacuũ onere ſinerẽt: cum alter ſenectute/ alter ætate tenera vehiculo egeret. Tum ſenex adoleſcentẽ aſino impoſuit/ ipſe pedibus iter faciens. Hoc alij cõſpicientes increparũt ſtulticiã ſenis: q adoleſcente qui validior eſſet ſup aſinum poſito/ ipſe ætate confectus pedes aſellum ſequeret̃. Immutato cõſilio atq; adoleſcẽte depoſito: ipſe aſinũ aſcendit. Paulum vero ꝓgreſſus audiuit alios ſe culpãtes: q paruulũ filium nulla ratione ætatis habita tanq; ſeruũ poſt ſe traheret: ipſe aſello qui pater erat inſidẽs. His verbis ꝑmotus/ filium aſello ſecum ſupimpoſuit. Hoc pacto iter ſequens/ interrogatus inde ab alijs an ſuus eſſet aſellus: cum annuiſſet: caſtigatus eſt verbis/ q eius tanq; aliam nullam curam haberet: minime apti ad tantũ onus: cum ſatis unus ad ferendũ eſſe debuiſſet. Hic hõ pturbatus tot varijs ſententijs: cum neq; vacuo aſello/ neq; ambobus/ neq; altero ſuperimpoſitis abſq; calumnia progredi poſſet. tandẽ aſellũ pedibus iunctis ligauit/ atq; baculo ſuſpẽſuz ſuo filijq; collo ſupimpoſitũ ad mercatũ deferre cepit. Oĩbus ꝓpter nouitatẽ ſpectaculi ad riſum effuſis: ac ſtulticiã amborũ/ maxime ṽo patris increpantibꝫ. Indignatus ille ſup ripam fluminis cõſiſtens/ ligatum aſinum in flumen deiecit: atq; ita amiſſo aſino domũ redijt. Ita bonus vir dum oĩbus parere cupit/ nemini ſatiſfaciens aſellum perdidit.

Ruſtica ſimplicitas

¶ Hominis maxima imperitia.

Recitabant̃ aliqñ litteræ coram prioribꝫ Florentinis narrãtes quædam de hoĩe non ſatis rei publicę accepto. Cũ vero nomẽ illius ſæpius referri in lr̃is neceſſe fuiſſet: accidit ut noĩ illi adderet̃/ pręfatũ. ut dicam Paulũ. Tum unus ex aſtantibus literarũ rudis/ exiſtimans verbũ illud honorificũ eſſe: & magnã aliquam laudem in ꝑfati noĩe contineri: ac ſi ſapientiſſimũ aut prudentiſſimũ ſcripſiſſet: ſtatim vociferare cepit/ rem indignã eſſe: ut homo ĩprobus/ hoſtis patrię ꝑfatus appellaret̃.

In mere rudes.

¶ Alia hominis imperitia.

Similis huic. cõtribulis meus Mattheoçius nomine homo ruſticus riſum multis cõmouit. Nam die feſto in cõuiuio ſacerdotũ/ cui ꝑparando ipſe nonnulliq; alij ꝑfuerant: cum poſt cibũ gratię ſacerdotibus (plures eñ ex longinquo conuenerant) agendę eſſent: hic cui negocium demandatũ erat admodũ ſenex/ ṽba faciens. Patres mei/ ſi quid defuit vobis inquit ignoſcite: non fecimus qđ debuimus/ ſed pro modo facultatis noſtræ tractauimus vos ſcđm veſtram ignorantiã. Putauit homo rudis/ qui alqđ verbum reſonans quęrebat/ ſe id pro ſumma laude dixiſſe: ac ſi prudentiã aut ſapientiam dixiſſet.

¶ De quodam ſene barbato.

Vir doctiſſimus atq; humaniſſimus oĩm Antonius luſcus rettulit nobis interloquendũ poſt cõuiuiũ rem ridendam. Eſt cõmunis loquẽdi modus/ cum qs ventris crepitũ ediderit: ut circũſtantes/ ad barbã eius qui nihil cuiq; debet/ dicãt. Senex qdam Vincentię barba admodũ prolixa/ vocatus a creditore in iudiciũ corã ꝑſide ciuitatis (is Vgulottus Biancardus fuit vir doctus atq; ſeuerus) cũ multis verbis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iactabundus clamitaret/ſe nullius ulla in re debitorem eſſe: repetens ſæpius nihil
cuiq; ſe debere. Facete huic ocyus Vgulottus ait. Atq; hanc tuam fœtidam barbã
quę nos malo odore cõturbat amoue. Tum ille ſtupidus/ quãobrem fęteret adeo
grauit poſtulaſſet. Referta eſt inquit Vgulottus oĩbus bõbis quę unq; ab ho
minib; editę ſunt: cum ad barbam eius qui nullũ habet debitum reijciant. Hoc di
cto perfacete eluſit hoĩs iactantiã/ridentibus qui aderant oĩbus.

¶ Comparatio quędam Caroli Bononienſis de quodã notario.

Cũ cœnaremus in palacio Pontificis nõnulli: inter quos & ſecretarij erant. Orto
ſermone de eorũ ignorãtia quorũ doctrina oĩs ac ſciẽtia pendet ex ſcriptis formu
lis: neq; earũ cauſas afferũt/ſed tñ dicũt ſic ſcriptũ ſupiores ſtilo reliquiſſe. Carolus
In notarios Bononiẽſis vir admodũ feſtiuus. Hi ſiĩmi ſunt inqt notario cuiuſdã (& nomẽ re
imperitos. tulit) cõciuis mei: ad quẽ cum duo acceſſiſſent cõtractus venditiõis int eos cõfi
ciendi gratia: atq; ille ſumpto calamo ſcribere incipiẽs) quęſiſſet eorũ noĩa. & alter
Ioãnes/Philippus alter ſibi nomẽ eſſe dixiſſent. Reſpõdit eueſtigio notarius. Id in
ſtrumentũ (ita eñ appellãt) cõfici inter ſe nõ poſſe. Quęrentibus illis cãm. Niſi
inqt venditor Cõradus/emptor vo Ticius vocet (hæc eñ ſola noĩa in formulis
ſuis didicerat) rogari aut iure cõſiſtere hic cõtractus neqt. Cum vero ſe noĩa mu
tare non poſſe dicerẽt: ille in ſententia pſtaret/qm̃ ita formulę ſuę cõtinerent: hoĩes
miſſos fecit/cũ non auderẽt noĩa ĩmutare. Abierũt illi ad aliũ relicto hoĩe inſulſo:
qui ſe crimẽ falſi ſubire exiſtimauit/ſi ſcripta in formulis ſuis noĩa cõmutaſſet.

¶ De doctore florentino ad reginã deſtinato qui cõcubitũ poſtulauit

Incidit etiam ſermo inter iocandũ de ſtulticia nonnullorũ qui oratores mittunt
ad Principes. Cumq; aliqui noĩati eſſent: ridens Antonius luſcus. Nunqd nam ait/
audiſtis temeritatẽ florentini (me intuens) quẽ populus Florentinus ad Ioãnam
reginã quondã Neapolitanã deſtinauit. Franciſcus is noĩe fuit doctor legum: licet
admodũ indoctus: qui cũ Reginę mãdata q̃dam expoſuiſſet; poſtridieq; ad eam
reuerti iuſſus/audiſſet interim Reginã haud aſpernari viros pſertim forma cõſpi
cuos: ad Reginã redijt: multiſq; ultro citroq; dictis/tandẽ ſe cum ea ſecretiora quę
dam loqui velle dixit. Tum regina cum hoĩem in remotius conclaue aduocaſſet:
exiſtimãs aliqd eſſe occultius qđ cõicandũ cum pluribus nõ eſſet: ſtultus ille/qui
ſibi de ꝓpria forma plurimũ pſuaſerat/Reginã cõcubitus poſtulauit. Tum illa ni
hilo ĩmutata/vultũ hoĩs inſpiciens: comiter/nunqd (ait) hoc tibi Florẽtini in man
datis quoq; dedere. Tacentẽ atq; erubeſcentẽ oratorem: ut huius rei mandatũ af
ferret dicens/abire ab ſe abſq; indignatione iuſſit.

¶ De hoĩe qui diabolũ in imagine mulieris cognouit.

Vir doctiſſimus Cincius Romanus mihi ſępius retulit rem haud cõtemnendã:
Demonia ca illuſio. quã vicinus ſuus minime inſulſus homo ſibi accidiſſe narrabat. Ea eſt hmõi. Sur
rexerat is aliquãdo ad lunę ſplendorem/exiſtimans circa diluculum eſſe/cum nox
eſſet intempeſta ut proficiſceret ad vineam ſuam. prout eſt mos Romanis/vine
as diligent colere. Egreſſus porta Hoſtienſi (exitũ eñ a cuſtodibus ut ea aperi
retur rogarat) mulierẽ cõſpexit ſe pcedentẽ. Exiſtimans vero aliquã eſſe quę de
uotiõis gra ſcm̃ Paulũ viſitaret: cum exarſiſſet in libidine/gradũ propauit ut eam
conſequeret: & qm̃ ſola eſſet/id facilius ſe aſſequi putabat. Cũ ad eam appropin
quaſſet/a d ſemitã e recta diuertit. Hic homo celerius ambulauit; veritus ne muli
eris occaſionem oblatam amitteret. Progreſſus paululũ in diuerticulũ mulierem
cõprehendit tacentẽ: ad terram ſtrauit cognouitq;. quo facto illa ſubito euanuit re
licto fœtore ſulphureo. Homo in terra herbida ſe eſſe ſentiens/paulũ abſterritus
ſurrexit: domũq; redijt. Demonis eam illuſionem fuiſſe oĩes arbitrabant.

¶ Alia fabula per Angelottum dicta.

Aderat Angelottus epus Anagninus cũ hęc Cincius recitaſſet/& alterã huic

ſiſſem fabellã dixit. Affinis inqt meus ( noĩe eum appellãs ) cũ noctu urbe deſerta pambularet/obuiã mulierẽ quã extimabat & qdem ſpecioſa; forma ut videbat̃ cognouit. Tũ illa ad eũ terrendũ in hoĩs turpiſſimi formã ꝟſa. Et qd egiſti inqt: eq dem te inſulſſe decepi. Tũ ille/ut lubet intrepidus inqt: & ego tibi culum maculaui.

¶ De aduocato qui ficus & perſica ab uno litigante acceperat.

Humaniſſimus ac facetiſſimus vir Antonius luſcus/culpantibꝯ nobis ingratitudinẽ eorꝫ qui ad fatigandos hoĩes ſunt ꝓmpti/ad promerendũ remiſſi: Vincentius inquit meus qui aduocatus erat hoĩ ꝑdiuiti/ſed auaro: cũ multotiẽs illi in cauſis affuiſſet/neq; qcq; tuliſſet premij: tandẽ difficiliori in cauſa qua ſibi adeſſe ad eũ defendendũ rogarat/die ad tuendã cauſam ꝑſcripto ( eo aũt die cliens ficus & perſica aduocato miſerat ) ad tribunal acceſſit. Aduerſarijs multa cõtra illũ dicentibꝯ/ſemp clauſo ore tacuit: neq; verbũ ullũ q̃uis laceſſentibꝯ illis unq; protulit. Admirantibus ſingulis: cũ cliens qdnam illud ſilentiũ ſibi vellet/ percontaret̃. Perſica inquit ficuſq; quę miſiſti ita os meũ congelarũt/ ut nequeã ꝟbum proferre.

¶ De medico in viſitatione infirmorꝫ verſuto.

Medicus indoctus/ſed ꝟſutus cũ infirmos adhibito diſcipulo viſitaret: tangẽs (ut moris eſt) pulſu;: ſi quem grauiorẽ ſolitꝯ ſenſiſſet/culpã in ægrotũ cõferebat. aſſerens eum ficus/aut pomũ/aut qd aliud a ſe prohibitũ comediſſe. Qd' cum ſæpiſſime faterent̃ ęgri/vir diuinus videbat̃: qui ita errores morbo laborantiũ animaduerteret. Hoc admiratus perſæpe diſcipulus/rogauit medicũ: quonã modo pulſus vel tactu/an alꝯ quadã altiori diſciplina perciperet̃. Tum ille pro eius in ſe obſeruantia hoc arcanũ reſeraturũ pollicitus. Cum ꝑuenio in cubiculũ ægroti ait: circũſpicio in primis diligenter/ſi quid reliquiarũ aut fructus cuiuſpiam/aut alterius rei in pauimẽto ſupſit. veluti ſi caſtaneę/aut ficus corticẽ/vel nucis teſtam/aut pomorũ fruſta/aut aliud quippiã viderim: cõiector infirmũ tale quid ex his comediſſe, & ſic egrorũ incõtinentia in morbis grauioribus incuſõ: ut videar procul a culpa ſi deterius ſe habuerint. Haud multo poſt diſcipulus & ipſe quoq; cura medendi ſuſcepta/ſæpius eodẽ malo ægros culpabat: aſſerens edendi formulã ab ſe datam exceſſiſſe: & aliqd ediſſe. prout ex reliquijs cõiectura aſſequi poterat. Semel ad ruſticanũ inopem hoĩem acceſſit: cui cum valitudinẽ priſtinã ſe e ueſtigio reſtituturũ promiſiſſet/ſi normã ſuam ſeruaret. data neſcio qua portione/abſceſſit poſtridie reuerſurus, Cum rediſſet grauiori morbo æger affligebat̃. Hic homo ſtultus ac rudis cãm neſciens/cũ huc atq; illuc deflexiſſet oculos: nullaſq; eiuſmoĩ reliquias vidiſſet: æſtuans aĩo/tandẽ ſub lectulo aſelli clitellã cõſpexit. Tum clamitare cępit e ueſtigio: tandẽ ſe percipe cur deterius ſe haberet ęger: magnũ exceſſum eſſe ab eo factum/quo mirabat̃ illũ minime mortuũ eſſe. aſinũ quippe ęgrum comediſſe aſſerebat: exiſtimãs ſellam decocti aſini velut os canis reliquias videri. In ſtulticia ſua dep̃henſus homo ridiculus multos ad riſum excitauit.

¶ De duobus in re pecuniaria litigantibus.

Oppidũ eſt Bononienſiũ noĩe Medicina: eo miſſus eſt Poteſtas ( ut aiunt ) homo rudis atq; imprudens: ad quẽ cum duo litigãtes de re pecuniaria acceſſiſſent: ac prior qui creditorem ſe dicebat/ſibi pecuniã certis ex cauſis deberi dixiſſet. Verſus in debitorẽ Poteſtas/male habes ( ait ) cum nõ huic debitũ reddis, Cum negaret alter ſe quicq; debere: cũ iam illi ſatiſfactũ eſſet: creditorẽ ſtatim increpauit/ qui peteret qd' nõ deberet̃. Illo rurſus cãm ſuã tuente/ac debiti rationẽ afferente/debitorem acrius interim increpauit qui rem tam manifeſtã negaret. At is alijs rõnibꝯ in mediũ deductis/cur ſolutus eſſet debito: Poteſtas quoq; creditorẽ obiurgauit q peteret rem ſolutã. Ita cũ ſæpius ſe ad utriuſq; ꝟba vertiſſet vir ridiculus: Vtraq; pars inqt eſt victrix & victa: quo lic; abeatis, Ita cõuentũ re indiſcuſſa pmiſit. Hoc recitatũ eſt int̃ ſocios cũ qdam nobis notus ſæpius in eadẽ re ſñiam mutaret.

In ĩgratos.

¶ De medico indocto qui urinę grā iudicauit mulierē coitu indigere.

*In illuſores medicorū.*

Egrotabat apud nos mulier (quā noui) Ioāna noīe. Accedēs ſcitus & doctus medicus ut morbū curaret: urinā (cuius ſeruandę cura adoleſcenti filię innuptę demandata erat: ut moris eſt) poſtulauit. Hæc autē oblita / ſuam pro ęgre urina medico oſtendit. Statim mulierē indigere coitu medicus affirmauit. Cum id viro nunciatū extitiſſet: curato in cœna opipere ſtomacho / cū uxore cōcubuit. Illa cum hoc ſibi ex debilitate moleſtiſſimum eſſet (ignara em̄ conſilij medici erat) clamaretq; ſepius ob rei nouitatē / quid agis mi vir? me qdem occidis. Tace vir inqt: hęc optima eſt ex medici ſententia ad te curandū medela: nam iſto qdem pacto liberaberis & reſtituet̄ valitudo. Neq; em̄ fefellit opinio. Nam cum quater eam ſubegiſſet poſtero die om̄is febris abſceſſit. Ita medici deceptio cām ꝓbuit ſanitatis.

¶ De viro qui uxorē ęgrotam cognouit: & poſtea cōualuit.

Item ſil'em in oppido Valentię qdam accidiſſe cōtribulo ſuo inter iocandū recitauit. Ait adoleſcentulā nuptā notario admodū iuueni: quę nō multo poſtq̃ ad virum iērat / graui morbo ęgrotare cępit: adeo ut om̄es moriturā exiſtimarent. Nā & medici ſanitatē deſpauerant: & mulier adoleſcētula amiſſa loquela / clauſis oculis / intercluſo ſpiritu mortua videbat̄. Dolebat vir tam cito eripi uxorem ſibi quā raro cognouerat: & eam ut ęquū erat ſumme amabat. Decreuit ergo cum uxore anteq̄ ea expiraret coire. Semotis oībus (cum neſcio quid ſe acturū ſecreto dixiſſet) uxorē cognouit. Illa e ueſtigio tanq̄ vir nouam vitam in corpus eius indidiſſet / cępit ſpiritū ducere: atq; oculis ſubaptis poſt paululū loqui: & ſubmiſſa voce virum appellare. Qui cum lętus rogaſſet / num quid vellet: potū petiuit. quo / atq; deinceps cibo dato cōualuit. Cuius cauſam p̄ſtiterat matrimonij uſus. Exemplo igitur arguitur morbis mulierū eam rem plurimū conferre.

¶ De hoīe non litterato / qui dignitatē quandā archipreſ byteratus ab archiepo Mediolanēſi poſtulauit.

Querebat̄ aliq̄n de conditione tempoꝝ: ne dicam hoīm qui in eccleſia principatum tenent. Nam poſthabitis doctis ac prudentibus viris / indocti & nullius precij hoīes extollunt̄. Tum Antonius luſcus. Non eſt inqt magis pontificū q̄ ceterorū principū culpa: apud quos fatuos & ridiculos hoīes in delitijs haberi: doctrina vᵒ excellētes reijci videmus. Erat olī ait apd' priſcū illū Canē ꝑncipē veronēn. perioc ūdus hō nomīe Nobilis / rudis atq; indoctus: ſꝫ facetiarū grā acceptiſſimus Cani: & ob eam rem ab eo (erat em̄ clericus) pluribꝰ eccleſijs donatus. Hic cum oratores viri excellentes ad archiepm Mediolanenſem antiquiorem illū qui ciuitati impabat / a Principe mitterent̄: ſe in eorū ſocietatē cōtulit. Expoſitis mandatis oratores cum reuerti vellent: Nobiliſq; ut erat homo cōfabulator riſum archiepo mouiſſet / ptātem fecit ſic quid ab ſe vellet petere. Archipreſ byteratū quendā magnę dignitatis ſibi dari Nobilis poſtulauit. Tum ridēs archiepus hoīs ſtulticiam. Vide quid petis inquit: maior eſt hęc res q̄ vires tuę ferre poſſint. homo em̄ es inſcius litterarū / & apprime indoctus. Atqui ſtatī & confidenter reſpondit Nobilis: more quidem patrio id facio. Nam Veronę nulla litteratis viris / ſed indoctis & inſcijs beneficia conferunt̄. Riſimus facetę hominis dictum: qui quod Veronę ſtulte fiebat / & alibi fieri debere arbitrabatur.

*Indoctos præferri.*

¶ De meretrice conquerente de tonſoris maleficio.

Magiſtratus eſt Florentię quē officiales honeſtatis vocant: horum p̄cipua cura eſt / in iure meretricibus dicendo / curandoq; ut in om̄i ciuitate abſq; moleſtia eſſe poſſint. Acceſſit ad eos ſemel meretrix / queſta iniuriā damnūq; a tonſore illatum: qui in balneū accerſitus ab ea ut partes inferiores raderet: raſorio ita cunni ptem incidit / ut pluribus diebus hoīes admittere nequiuiſſet: ex quo damni infecti illū accuſabat / amiſſi lucri reſtitutōem petens. Querit̄ quę ſit futura ſententia?

¶ De religioſo cui vidua confitebat̃.

Audiebat religioſus ex his qui viuere in obſeruantia dicunt̃ / viduam formoſam Florentię peccata ſua confitentē. Cū mulier inter loquendū viro hęreret: & faciem ſuam ut ſecretius loqueret̃ propius admoueret; anhelitus aūt iuuenilis virū cōcaleſeciſſet: cępit tandē qui iacebat caput erigere / adeo ut paulo hoīem torqueret. Cum ille moleſtia carnis oſcitans & ſe contorquens / cuperet mulierem abire. Illa vero ſibi pęnitentiā iniungi peteret: Pęnitentiā inqt ille / indidiſti tu mihi.

¶ De viro qui ſıç uxori mortuū ſe oſtendit.

*Vxorē vir probat*

In monte Varchio oppido nobis propinquo hortulanus mihi notus / cū ſemel uxore inſene quę pannos lotum ierat abſente / ex horto domū reuertiſſet: cupiēs quid mulier ſe mortuo dictura / & quēadmodū ſe habitura eſſet audire: ſe in aula ad terram mortuo ſilis reſupinus proſtrauit. Vxor cum domū onerata linteis veniſſet: inuento mortuo / quē credebat marito / dubitans hęrebat aīo: ſtatim ne viri mortē lamentaret̃: an prius (ieiuna em̄ meridiem uſq; ꝑmanſerat) comederet. fame urgente cibū cape decreuit. Et fruſto ſuccidię ſup̱ prunas impoſito / perpropere comedit: nihil prę feſtinatione potans. Cumq; ſitiret nimiū ꝓpter carnes ſalitas: ſumpto urceolo ſcalas cępit deſcendere / ut vinum ex cellario hauriret. Supueniēs ex improuiſo vicina ignis petendi grā: cum ſubito ſcalas aſcendiſſet: ſtatim mulier abiecto urceolo ſitibunda / veluti tunc repente vir exhalaſſet aīam / exclamare cępit: & mortē eius multis vbis plangere. Supuenere ad ululatū ploratūq; vicinia oīs viri ac mulieres / ob mortē tam repentinā. Iacebat em̄ vir: atq; ita ſpiritū cōtinebat clauſis oculis / ut omnino expiraſſe videret̃. Tandem cum viſum ei eſſet ſatis ludorum dediſſe: vociferante muliere ac dicente ſæpius. Mi vir / quomō nunc faciam? Ille apertis oculis. Male inquit uxor mea: niſi e ueſtigio potū vadas. Ex lachrymis ad riſum om̄es conuerſi ſunt: audita præſertim fabula & cauſa ſitis.

¶ De Bononienſi adoleſcentula ſimplici.

*Vxoris honeſta ſimplicitas.*

Adoleſcentula Bononienſis nouiter nupta / querebat apud honeſtiſſimā matronam mihi vicinā: ſe acriter nimiū ac ꝑſæpe a viro vapulare. Quęrente quāobrem matrona. Reſpondit virum ægre ferre / eam dum m̄rimonio uteret̃ immobilem in modū trunci ꝑmanere. Cur non inqt illa / viro obſequeris in lecto & voluntati pares? Tum illa. Neſcio domina quo modo id fiat / ait. nunq; enim aliquis me docuit quo modo id agendum eſſet: Nam ſi id ſcirem: non paterer me verberibus a viro cędi. Simplicitas mira puellę / quæ etiam quæ natura percipiuntur a fœminis ignoraret. Hoc uxori poſtea per iocum recitaui.

¶ Reſpōſio cōfeſſoris ad Bernabouem principem de muliere facta.

Bernabos Princeps Mediolani fuit admodum m̄lierοſus. Is cum aliquando ſolus in horto ſemotis arbitris cum muliere quam amabat laſciuus iocaretur: superuenit de improuiſo religioſus quidam confeſſor eius: cui propter ſapientiā & auctoritatem ſemper ad Principem patebant fores. Erubuit ſimul & indignatus eſt Princeps de inſperato cōfeſſoris aduentu: pauloq; cōmotior ut eum in reſponſo caperet. Quid inqt ageres / ſi tu quoq; cū eiuſmoī m̄liere in lecto eſſes? At ille. Quid me deceret (ait) ſcio: quid vero facturus eſſem neſcio. Hoc reſponſo iram Principis flexit: cum ſe quoq; hoīem eē & labi poſſe fateret̃.

¶ De ſeruo obliuioſo ex pondere defatigato.

*In famuloſ obliuioſos.*

Robertus ex Albiciorū familia vir doctus & perhumanus / habebat famulū quendā inſulſum / obliuioſum & ingenio tardo: quē ille magis humanitatis q̄ utilitatis cauſa domi nutriebat. Hunc aliqñ cū certis mādatis miſit ad amicū ſuū Degum noīe: qui habitabat prope trinitatis pontē. Ad quē cū acceſſiſſet: rogatus qdnam a patrono afferret noui? Ille oblitus patroni verboꝝ veluti ſtupidus ac cogitabundus quid diceret hęſitabat. Conſpecta hoīs (quem probe nouerat) tacitur

nitate:ſtatim/ſcio inquit quid velis. Et oſtenſo pergrandi lapideo mortario: Cape hoc ait/& ad patronũ tuũ (nam id poſtulat) q̃primũ feras. Hũc Robertus mortarium humeris ferentẽ a longe cum aſpexiſſet: cogitãs q̄ erat id ad puniendã famuli obliuionẽ factũ: cũ appropinq̃ſſet. Malũ tibi inſulſe ait, qui non recte verba mea pcepiſti. Redi inq̄t eueſtigio: nam tam grãde nolo: & minuſculũ porta. Ille ſudans ac pondere feſſus/cũ ſe erraſſe fateret̃: ad amicum reuerſus aliud quoddam tertio reportauit. Hoc pacto inſulſitas hominis eſt mulctata.

¶ De homine qui mille florenos vult expendere ut cognoſcat. & reſponſio in eum facta.

In ſupbientes.

Quidã e noſtris florẽtinis adoleſcẽs haud magni cõſilij/amico narraſſet pagrandi orbis cupiditate ſe mille florenos velle expẽdere: ut q̃ti eſſet noſceret. Tũ alter (cui pbe notus erat) ſatius eſt inq̄t duo milia expẽdas ut des opam ne cognoſcaris.

Iocatio Dantis clariſſimi.

In importune moleſtãtes.

Dantes poeta noſter cum exul Senis eſſet: & aliq̃n in eccleſia Minorum cubito ſuper altare poſito/cogitabũdus aliquid ſecretius ſcrutaret̃ animo: acceſſit ad eum quidam neſcio quid moleſtius petens. Tum Dantes. Dic mihi inquit/ quæ eſt maxima omniũ beluarũ? At ille: Elephas reſpondit. Cui Dantes. Elephas/ſine me inquit maiora verbis tuis cogitantem: noli eſſe moleſtus.

¶ Iocunda reſponſio unius mulieris/facta ad quendam quęrentem an uxor ſua per. xij. menſes poſſet parere.

In diffidentiam puerperij

Florentinus ciuis peregre pfectus: cum poſt annũ qua die domũ redijt/uxorẽ parturientẽ dephendiſſet: ęgre hoc ferebat/ſuſpicans uxoris pctm̃. Conſilij tñ cauſa cum penderet aĩo: q̃ſiuit a vicina matrona nobili & peracuta: an filius ſibi duodecim menſiũ naſci poſſet? At illa ſtulticia hoĩs cõſpecta/virũ cõſolata. Certe inq̄t. nam ſi tua uxor qua die cõcępit aſinũ forte vidiſſet: more aſinę annũ integrũ partum geſtabit. Acquieſcens vir matronę verbis: & Deo grãs agens q̄ ſe ſuſpitione haud parua/uxorem magno ſcandalo liberaſſet: natum puerũ ſuum dixit.

¶ Interrogatio obſcœna cuiuſdam ſacerdotis

Extra portam Peruſinã eſt eccleſia ſancti Marci: in ea Cicero ſacerdos in die ſolẽni quo plebs oĩs cõuenerat: cum ſermonẽ de more haberet/poſtremo inter cætera: Fratres (inquit) magno q̄dem errore liberari a vobis cupio. Hac quadrageſima cum audirẽ confeſſiones uxorum veſtrarũ/nullam repperi quæ non profiteret̃ ſe fidem viro inuiolatam ſeruaſſe; vos aũt ferme oĩes falſi eſtis aliorũ uxores cognouiſſe. Ne ergo hac in dubitatione diutius verſer: ſcire a vobis cupio: quę aut ubi nam ſint iſte mulieres futurę.

¶ Ridenda cuiuſdam hominis aduerſus oratorem Peruſinoꝝ.

Quo tempe Florentini cum põtifice Gregorio bellũ gerebant/oratores Peruſinorũ (qui a põtifice deſtinati erãt Florentiã) pro ſubſidio venerũt. Horũ unus Doctor/cum longam orõnem exorſus/primis v̄bis tanq̄ proęmij loco: Date nobis de oleo veſtro/dixiſſet. alter feſtiuus hõ/cui ambages v̄boꝝ odio erant. Quid hoc ẽ oleũ inq̄t? oleũ tu poſtulas/cũ milite egeamus. An oblitus es: nos arma/nõ oleũ poſtulaturos veniſſe. Cũ ille v̄ba hæc ſacre ſcpturę eſſe reſpõderet. Bella res eſt inq̄t alter: nos q̄lem hoſtes ſumus eccleſię: & tu ſacrã ſcripturã in nr̃m auxiliũ profers. Riſerunt oĩes hoĩs feſtiuitatẽ: qui Doctoris ſupfluam verboꝝ ſupſtitionem/cum ad calcem veniendum eſſet/eiuſmodi dictis luſit.

¶ De oratoribus Peruſinis ad pontificem Vrbanum

Ad Vrbanũ quoq̄ quintũ pontificem Auinionem Peruſini oratores numero tres cum acceſſiſſent: pontifex aũt graui morbo teneret̃: tamẽ hoĩes ne diutius ſuſpenſos teneret/ad ſe vocari iuſſit: admonitis antea ut paucis loq̄rent̃. Vnus Doctor qui orõnem longam in via/quã habiturus eſſet ad pontificem menti cõmen

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

darat:nulla ratiõe habita morbi/aut ꝙ in lecto iaceret/ multis verbis uſus eſt: ita
ut pontifex ſępe moleſtiã audiendi præ ſe ferret. Cum tandẽ indoctus ille peroraſ
ſet:quęſiuit pro ſua humanitate pontifex:nunqd aliud vellent? Tum alter ex ora
toribus qui & dicentis ſtulticiã/ & pontificis moleſtiam ꝑcępiſſet. Pater ( inquit )
ſanctiſſime/habemus hoc in mãdatis noſtris:ut niſi nobis eueſtigio pro his q̃ peti
mus feceritis ſatis/ſocius hic meus anteq̃ hinc recedamus/ vobis iterũ referat ſer
monẽ ſuũ. Quo facete dicto cũ arriſiſſ; põtifex/oratores eueſtigio expediri iuſſit

¶ Inſulſum dictum oratorum Florentinorũ.

Noſtri florentini oratores in Galliã miſſi/cum Mediolanũ perueniſſent: Berna
bouem Principem honoris gratia viſitarũt. Rogati ab eo primo congreſſu quinã
eſſent: Florentinoꝝ & ciues & legati/ſi vobis placet ( qui mos eſt loquẽdi ) reſpõ
derũt. Comiter ab eo accepti/ dimiſſiq;:cum iam Vercellas deueniſſent:recẽſentes
quę hactenus egiſſent / venit in mentẽ verboꝝ qbus ad Bernabouẽ uſi erant. Et
cum unus male ab eis dictũ diceret/ſi vobis placet. nam etiã ſi diſpliceret/tamẽ flo
rentini & ciues & oratores eſſent. Omẽs ſniam ſuam approbarũt id perperã pro Stulta prę
latum:neq; ex eorũ dignitate aſſeuerãtes. Cõmuni igit̃ conſilio ad retractanda ea ſumptio.
verba Mediolanũ reuerſi Principem adierũt. Tum ſenior qui & doctior videbat̃:
Princeps ( inquit ) cum Vercellis eſſemus/venit in mentẽ dixiſſe nos tibi:nos Flo
rentinos oratores & ciues eſſe/ ſi tibi placeret. inſulſe ac inſcite dictũ. nam placeat /
an diſpliceat ſumus florẽtini & ciues & oratores. Riſit Princeps/ad cætera ſeuerus
hominũ ſtultam cẽteram:ſibi placere aſſerens/ꝙ hi eſſent quos credebat.

¶ Facete dictum cuiuſdam Ioannis petri Senenſis.

Ioannes Petrus ciuis Senenſis ad facetias & iocos promptus/ ſemel Romę in
uitatus ad potũ ( mane enĩ & æſtas erat ) a Bartholomeo de Bardis: cum plures
una cõueniſſemus/tum potandi/tum vexandi hoĩs cauſa: atq; eſſet unicuiq; ( ut
moris eſt) ante potũ ꝑticula panis oblata. ſumptũ panẽ cum alij comederẽt/ſolus
ꝑtem ſuã ſeruabat in manu. Rogatus cur & ipe nõ ederet? Ridẽs/ Bartholomee
( inqt ) hic tuus panis ultra oẽs quos viderim reuerẽs eſt ac modeſtus. Nam cũ ſæ
pius hunc ad os admouerim:nullo tñ pacto potis ſum ut velit vinũ p̃ire. Riſimus
oẽs facete dictũ eius/q exiſtimabat cibũ nõ ſp in magna p̃ſertim ſiti p̃ire oportere.

¶ De viro qui uxori veſtẽ magni precij fecerat.

Querebat̃ vir qdam cum uxori veſtem magni precij feciſſet/ nunq̃ ſe mr̃imo
nio uſum quin amplius aureo nũmo cõputari poſſet. Cui uxor. Hoc qdem inquit
tua accidit culpa. Cur enĩ nõ totiẽs cõcubitu uteris/ut numulo ęreo conſtet?

¶ Recitatio iocoſa de medico.

Retulit mihi Cardinalis Burdegaleñ. quendã cõtribulẽ ſuũ cum ſero domũ re
diſſet:clamare cępiſſe ſe crus vehement̃ dolere. Vxor cũ oleo roſaceo crus perun
xiſſet:ſtuppa et lana additis/faſcia inſup linea circũuoluit. Homo cũ dolore premi
ſe diceret/ ac gemens medicũ poſtularet:aduenit ille:& paulatĩ leniterq; ( magnũ
enĩ dolorem prę ſe ferebat ) detecto crure/cum palpitans nihil in illo morbi eſſe di
ceret. Tum ruſticus. ergo hoc ( aliud crus porrigens ) qđ doleo eſt inqt. Stulticia
hoĩs periocunda:qui quod doleret a medico admoneri voluit.

¶ De homine qui in ſomnis aurũ reperiebat.

Amicus qdam noſter aurum a ſe repertũ noctu per ſomniũ referebat in cœtu
Tum qdam. Vide ne tibi accidat ait qđ meo vicino / cui aurum in ſtercus cecidit. Somniorũ
Cum ſomniũ narrari poſceremus: Vicinus inquit noſter ſomniauit: ductum ſe a vanitas.
dęmone in agrum ad aurũ effodiendũ. & cum multũ reperiſſet:non licet inqt nũc
dęmon auferre:ſed ſigna locũ ut cognoſci a te ſolo queat. cum alter quo ſignaculo
uteretur peteret. Caca hic dęmon inqt. nã hoc maximo modo nullus hic eſſe aurum
ſuſpicabit̃:& tibi ſoli res nota erit. Annuit vir. Et ſtatim exp̃gefactus/ſenſit ſe in le

ĉto ventrẽ admodũ laxaſſe. Inter fœtorẽ & ſtercus cũ ſurrexiſſet: domũ exiturus
capiti capputiũ ultimo ĩpoſuit: in quo cattus ea nocte ſtercus fecerat. Iniquo ſtõ
re ꝑmotus/ inquinatũ caput & cęſariem lauit. Ita aureũ ſomniũ in merdã redijt.

¶ De quodam ſecretario Friderici Impatoris.

Petrus de vineis vir doctus & prudens Friderici imperatoris ſecretarius fuit:
qui cum hoſtis eſſet Alexandri tertij pontificis: ac bellum terris eccleſię inferret: Pe
trum (is Italicus erat) ex inuidia aduerſus eum a Barbaris orta lumine priuauit.
Deinde pœnitẽtia ductus (inique em̃ egerat) adſciuit eũ in ſecretius conſiliũ ſuũ.
Cum Impator anguſtia rei pecuniarię premeret: cõſuluit Petrus vires eccleſię ſuis
iſmet opibus cõterendas: capienda & coflanda eſſe ad uſum belli (is tũ Piſis erat)
eccl'iarũ oĩa ornamẽta/ aurea atq; argentea: inter quę çona illa quę cingebat tem
plum memorabilis erat. Placuit conſiliũ Friderico: & ſpolijs eccleſiarũ exercitũ pa
rauit. Tum Petrus: Imperator (inquit) iniuriã abs te iniuſte mihi illatã ultus ſum:
tu tibi hoĩm odia cõparaſti: ego tibi deum ex ſacrilegio reddidi inimicũ. Oĩa tibi
deinceps in deterius cadent. Ita poſtea fuit victor. Tandẽ Alexander ſupbiam fre
git Impatoris. Hoc dicto monuit res ſacras ad prophanũ uſum transferri nõ opor
tere. qui ſecus facerent/ a Deo puniri.

¶ De Iudęo mortuo aſſumpto ignoranť in cibum per florẽtinũ.

Cum duo iudęi ex Venetijs ubi habitabant ſe Bononiã contuliſſent: accidit ut
alter morbo correptus interiret. Cupiens ſupſtes defuncti cadauer Venetias defer
ri: cum palã id fieri prohibitũ eſſet: minutatĩ cõciſum in paruo dolio poſuit: admix
tis diuerſis aromatibꝫ & melle: ita ut mirũ ĩmodũ ſuauis ex dolio prodiret odor.
Hoc Venetias ituro iudęo alteri cõmendauit. Qui cum nauicula ſecum per cana
le Ferrariã doliũ deferret: accidit (plures em̃ unam nauiculã cõſcenderant) ut flo
rentinus quidam prope dolium conſideret, & cum nox ſupueniſſet: motus odore
dolij/ ac ſuſpicatus aliquid ad uſum edendi reconditum eſſe/ clanculum ore dolij
retecto/ cępit quod intus erat deguſtare. Et cum ſibi cibus ſapidiſſimus videreť to
tum fere dolium edendo ea nocte paulatim conſumpſit: exiſtimans rem optimã
comediſſe. Egreſſurus Ferrarię nauem iudęus/ cum doliũ auferret/ ſenſit ex eius
leuitate vacuum eſſe. Tum iudęi cadauere cum ſe fraudatum vociferareť: tandẽ
cognouit florentinus ſe iudęi ſepulchrum eſſe.

¶ Viſio Franciſci Philelphi.

In çelotypos. Franciſcus Philelphus çelotypus uxoris/ ſumma cura torquebať/ ne cum alte
ro rem haberet: ſemper dies ac noctes ad eius cuſtodiam intentus. Huic dormien
ti per ſomniũ (fit enim ut quæ vigilantes verſamus animo/ in ſomnijs ſæpius oc
currant) viſus eſt dęmon quidã uxoris ſecuritatẽ polliceri/ ſi quę admoneret vel
let facere. Et cum per ſomniũ annuiſſet: idq; ſibi pergratũ fore diceret: ſimul pmi
um pollicitus. Cape hũc ille inquit annulũ/ & diligenter in digito ſerua. nam dum
in eo geſtaueris hunc: nunq̃ uxor te inſcio cum alio concũbet. Prę gaudio excita
tus a ſomno/ ſenſit ſe digitum habere in uxoris cunno. Optimũ quidẽ eius annu
li çelotypis remediũ: ne uxores ignorantibus viris poſſint eſſe incontinentes.

¶ De Potatore.

Quidam vini potator egregius incidit in febrem ex qua multo maiorem ſolito
ſitim contraxit. Accerſiti medici cum de remouenda febri & ſiti quoq; maiuſcula
agitarent. Febris tm̃ (inquit ęgrotus) remouẽdę officium & onus ſumatis volo:
ſitim autem mihi curandam relinquite.

¶ Facetum Eberhardi ſcriptoris apoſtolici qui ad
Cardinalis conſpectũ ventris decrepitum dedit.

Cardinalis de comitibus vir craſſus & corpulentus/ cum aliquando venatum
iſſet: eſuriens circa meridiem ad prandiũ deſcendit: ſudans ad menſam (æſtas em̃

erat)ac poſcens ut ventus flabello ſibi fieret.cum miniſtri abeſſent diuerſis rebꝫ oc-
cupati:iuſſit quendã Eberardũ lupi/ſcriptorẽ apoſtolicũ ſibi ventũ facere. At ille:
neſcio id veſtro more cũ reſpõdiſſet. Vt ſcis ait/& tuo modo Cardinalis facito. Tũ
ille,libens me hercules: & ſuſpenſo dextro crure pergrandẽ ventris crepitum edi-
dit,Eo pacto ſe ventulum facere ſolitum dicens. Quo excitati omẽs ( multi enim
iam aderant ) ad riſum ſunt maximũ compulſi.

¶ Facetia alterius Cardinalis iocundiſſima

Eodem inſtrumẽto Cardinalis Tricaricẽ. Alto de comitibus ſe monẽti reſpõ-
dit.nã rõcũ Cardinalis eſſet vitę diſſolutioris:Altus vero illum in venatõne admo
neret multis v̄bis ad melioris vitę mores. Auditis Alti verbis/in eum paululũ re-
ſpexit:& e ueſtigio ſe in eq caput reflectens/ventris crepitũ edidit ingentẽ:ingens/
ad barbã tuã.quo ſolo reſponſo abijt:oñdens/quanti faceret ſuas monitiones.

¶ De muliere quę cum caput cooperire vellet culum detexit.

Mulier capite ob defectum cutis abraſo:euocata foras a vicina ob rem neceſſa-
riam:imemor pręfeſtinatione caput tegere/domo egreſſa eſt. Eam cõſpicata alte
ra fœmina/increpat ꝙ nudo capite atq; itẽnuſto in publicũ prodiſſet. Tum illa ut
caput tegeret/veſtes retrorſus a natibꝫ ſublatas/cũ caput coopire vellet culũ dete
xit. Ridere qui aderãt cępere mulieris factũ: q̃ ut leuis pudoris culpã vitaret/ ma
iorẽ cõtraxit. Hoc eos reſpicit qui paruũ delictũ grauiori ſcelere occultare q̃runt.

¶ Facetiſſima cuiuſdã qui lr̃as uxori mercatori miſerat.

Franciſco de ortana equiti Neapolitano/quem Ladiſlaus rex ꝑfecerat ciuitati
Peruſinę:lr̃ę & ab uxore/& ab ianuenſi mercatore ( cui mutuo creditas pecunias
debebat ) ſimul redditę fuerunt. Alterę ab uxore eum rogabãt/ut domũ rediret:
cõiugalis officij & fidei datę/ac citi reditus admonẽtes. Alterę/ ut creditã redderet
pecuniã poſcebãt. Mercatori ut ęquũ erat ſe ꝙprimũ ei ſatiſfacturũ reſpondit: par
uulã neſcio quã dilationẽ petẽs. Vxoris vero deſideriũ multis blanditijs & pollici
tationibꝫ leniebat:ſe illuc e ueſtigio acceſſurũ ſcribens/& oĩa facturũ per quę re
ſarciret amiſſas cõiugij voluptates:utens(prout ad uxorẽ par erat) v̄bis paulo la
ſciuioribꝫ. In q̃bus & illud erat adiectũ : ſe eam multimode cogniturũ:ſeu ( ut ver
bis ſuis utar)fututurũ. Is obſignãdis ep̃lis ad mercatorẽ uxoris/ad uxorem vero
mercatoris lr̃as inſcripſit. Accepta uxor ep̃la/mirata eſt admodũ nihil ſibi reſpon
deri ad ea quę ſcripſerat. Ianuenſis vero perlectis ad ſe lr̃is/cũ res iocoſas atq; uxo
rias cõtinerent:in quibꝫ illud erat pręcipuũ:ſe reuerſurũ & cum ea ſępius coiturũ:
atq; alia paulo obſcœniora. Exiſtimans ſe verbis deludi/ ad regem profectus eſt:
oſtentans litteras:ac conquerẽs ſibi pro nummis debitis coitũ promitti: ſeſeq; ſatis
fututũ fuiſſe eo die clamitans/quo illi pecunias credidiſſet. Omibus ad riſum con
uerſis/magis poſtmodũ epiſtolarum errore cognito riſere.

Faceta ĩ cre ditores

¶ Fabula Dantis/qui ſępius uxorem ſuam increpabat.

Contribulus meus Dantes noĩe/cuius uxor ferebat̃ parum pudica:cum ſepiſ-
ſime admonitus eſſet a ſocijs/ut ꝓhiberet turpitudinẽ domus: uxorẽ acrius incre-
pabat. Illa multis lachrymis iuramẽtiſq; honeſtatẽ ſuam tuebat̃:aſſerens ea a mali
uolis confingi/qui eorũ quieti inuiderẽt. Perſuaſus vir huiuſmõi v̄bis / cum adhuc
amici in increpãda uxore ꝑſtarent. Ohe ne me his v̄bis obtundatis amplius:dicite
inquit/ne illa/an vos ſua errata melius noſtis: Cum illi uxorẽ affirmarent. Illa vos
oẽs mentiri affirmat. Cui ſoli magis ꝙ vobis oĩbus pręſto fidem.

Teſtatio cuiuſdam Senis facta uxori.

Petrus Maſini ciuis noſter admodũ mordax in loquendo fuit. Is cum ſenex di
eſurum obiret:condito teſtamento nihil pręter dotem reliquit uxori. Hoc illa cũ
grauiſſime ferens/apud virum ſe poſtpoſitã/neq; ſibi ab eo quicq; relictum que-
reretur: contenderetq; multis cum lachrymis / ut aliquid ſuę ſenectuti ſubſidium



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

legaret. Vocate notariũ ac teſtes/vir moribũdus inquit: ut aliquid relinquã uxori. Quibus ſubito accerſitis:aſtante uxore/ad teſtes cõuerſus Petrus. Hæc me obtundit ait/ut aliquid ſibi relinquã. Ei ergo ut morem gerã / voſ teſtes aduoco qui adeſtis: me ſibi relinquere fœdiorem & ampliorem vuluam aliqua alia huiuſce ciuitatis muliere. Hoc dicto ridẽtes oẽs abiere eluſa mľiere ac mœſta riſione viri.

¶ Narratio quędã Zuchari de mulie re a preſbytero medelam quęrente

Rara mulíebris ſimplicitas

Zucharus vir omniũ urbaniſſimus / narrarẽ ſolebat mulierem quandã haud ſpernendę formę vicinã ſuã quæ ſterilis erat/quæſiſſe ſæpius a ſacerdote cõfeſſore ſuo:an ſciret aliquã medelã ad liberos cõcipiendos. Illum poſtremo annuiſſe: ac mandaſſe/ut die Iouis eiuſmodi rei apta ad ſe veniret. Cum acceſſiſſet filiorum cupida mulier ad camerã ſacerdotis. Vtar ille inquit incãtatione/ quę inducit multas variaſq; illuſiões: ita ut quæ non fiunt fieri videanť. Itaq; cõſtantia & firmitate animi opus eſt:ne res incaſſum euadat. Videbiť tibi ut te tangam:oſculer/ amplexer:& ſecretiora etiam faciam quę vir tuus cõſueuit. Attamen nihil eorũ erit: ſed ita videbiť ex vi verborũ quibus utendũ eſt: quæ adeo eſt efficax; ut quę non ſunt eſſe videanť. Conſenſit mulier/confidens cõpatris verbis:& ſe has preſtigias paruifacturam dixit. Sacerdos multis peractis ſignis:dictiſq; in aurem ſecretioribus verbis:cępit mulierem oſculari/& in lectum ſternere. Cum illa tremebunda quidnam compater ageret quereret: Nõne prędixi antea inqt/quę nulla eſſent pro veris viſum iri? Ita mulierẽ credulã bis cognouit: ſemp affirmans id nihil eſſe. Hoc pacto mulier ſe deluſam falſa imagine exiſtimans/rediit domũ.

¶ De Eremita qui multas mulieres in concubitu habuit.

Eremita quidã Padurę erat Anſimirius noĩe: tempore Franciſci ducis Patauini ſeptimi. Hic cum vir ſanctus haberet:multas mulieres etiã nobiliores per cõfeſſionis ſpeciem ad concubituʒ pellexit. Vulgata tandem ( neq; ẽm diu hypocriſis celari poteſt ) ſcelerum fama/captus a prætore/cum multa cõfeſſus eſſet. ad Franciſcum deducitur. Is accito ſecretrario ex ſuis/quędã ioci cauſa ſciſcitabať ab eremita noĩa mulierũ quas cognouiſſet. Quas cum multas etiam ex domeſticis familiaribus uxores protuliſſet:ſcribebat nomina ſecretarius/ ut exinde cauſam riſus eliceret. Cum tandem nominandis finem feciſſe videretur; peteretq; Dux an plures ſupereſſent:ille vero conſtanter negaret:aſperius hominẽ arguebat/& vim minabatur ſecretarius/niſi omnes retuliſſet. Tum ille ſuſpirans:ſcribas/ & tuam quoq; ait/atq; eam addas numero aliarum. Quo dicto & calamus pre dolore e manibus ſecretarii excidit:& dux in maximũ eſt riſum cõuerſus. Recte falſum eſſe dicens: ut qui tanta voluptate reliquarũ maculas audiebat/ & ipſe in eoꝝ cœtũ addereť.

¶ De Florentino quodã iuuene qui nouercam ſuam ſubegit.

Florentię iuuenis qdam cum nouercã ſubigeret:ac ſupueniens pater filium in ſtupro uxoris dephendiſſet:rei nouitate indignitateq; pmotus/ clamãdo obiurgare acriter filium cępit. Ille tergiuerſando peccatũ excuſabat. Cum diutius elationibus verbis ambo cõcertarent:clamore excitus ſupuenit vicinus qdam ad iurgia cõponenda/ignarus rei. Cum peteret cõtentionis cauſam/illis ob domeſticam turpitudinẽ ſilentibus:inſtabat vicinus vehemẽtius ut cauſam noſceret. Tandẽ cum pater in filium culpam reiiceret. Tum filius prior:Hic pater meus admodum indiſcretus inquit:Milies matrẽ meam futuit:me etiam tacente:nunc quia ſemel uxorem ſuam cognoui/ut rudis atq; incõſultus/cœlum clamoribus veluti inſanus replet. Riſit ille facetum filii reſponſum:& prẽm quoad potuit ſolatus diſceſſit.

¶ Diſceptatio fratrũ Minoꝝ pro imagine ſcti Franciſci fienda.

In minores

Fratres quidam ordinis Minorum decreuerant accerſito pictore / ut imaginẽ beati Franciſci pingeret:ſed in forma picturę diſſidebant. cum alter ſtigmaticũ/ alter

ter ad populum p̄dicantem/alius alio modo pingendum cenſeret. In ea diſceptatione cum uniuerſum diem cōſumpſiſſent/nulla certa ſentētia: pictorem dubium quidnam ageret relinquentes/dormitum iere. Pictor inſpecta fratrum inſulſitate/ cum ſe deluſum putaret: figuram eam pinxit fiſtola ſonantem. alij laqueo ſuſpenſo dicunt. ſtatimq; abijt. Figura inſpecta fratres: cum pictorē( ut male mulctarēt ) quæſiſſent. Ille vero pedibus ſibi conſuluiſſet: exiſtimantes ſummam religioni contumeliam illatam: pictorem ad pœnam quærebant.

¶ De ſacerdote Florentino qui Hungariam iuerat.

Eſt in regno Hūgariæ moris: ut poſt miſſam celebratā oīs qui aſſunt oculis lippientibus/accedentes propius altare a ſacerdote aqua in calicem effuſa oculos cōſpergantur. Dicit autem interim ſacerdos verba quædā ex ſacris litteris bonā valitudinem precantia. Acceſſit ad Hungariam olim ſacerdos qdam florētinus cum Philippo qui Iſpanus cognoīabat. Hic cum aſtante Sigiſmundo rege miſſam dixiſſet/acceſſerūt plures ad eum lippientes: ut aqua de more oculos cōſpergerent. At ille exiſtimans id nimio potu & crapula cōtigiſſe: aſſumpto calice ( ita eñ fieri viderat )aſtantes reſperſit: dicēs lingua Itala. Andate meno che ſiate morta gliadi. id eſt moriamini gladio. Quod intelligens Rex idēq; Impator/riſum cōtinere non potuit. Poſtridie vero in cōuiuio ioci cauſa verba ſacerdotis referēs lippientes ad iracundiam/cæteros oīes ad riſum cōmouit.

¶ Reſponſio ruſtici ad patronum ſui fundi

Ruſticus quidam e noſtris roganti patrono fundi/ quo maximo tempore pluribus laboribus implicarent. Maio reſpondit. Sciſcitanti cauſam: id eñ mirū videbatur cum id tempis quædam ab opere ruſtico vacatio eſſe videat. Quoniam inqt/ & noſtras & veſtras nos uxores ſubigere oportet.

Ridiculoſi hominis dictum

Romanus quidam nobis notus aſcendit ſemel maceriem in arūdineto ſitam: ac ſimilis ad populū concionanti/cæpit ad arundines loqui: diſſerens multa de Vrbis ſtatu. Inter dicendū ex leui aura/ arundinū capita cæperunt flecti. Homo ridiculus/qui ſibi arundines pro hominibus finxerat/tanq; pro concione gratias agerent: Non tanta reuerētia ( inquit ) domini Romani. nam ego ex vobis minimus ſum. Hoc poſtea in prouerbij locum venit.

¶ Deriſio hominis porcum occidere volentis.

Mos erat in oppido quodam Piceni: ut qui hyeme porcum occidiſſet/ vicinam ad cœnam inuitaret. Quidam quo pacto eam impenſam vitaret/compatrem cōſuluit. Dic inquit ille cras/porcum tibi hac nocte furto ablatum. Et ſimul nihil tale illo verente quidā clam porcū nocte ſubripuit. Mane cōſpiciens ſibi porcū ablatū/ ad cōpatrem profectus/alta voce qrebatur porcum ſibi furto ſupreptum. Tum alter recte cōpater mi ſapis inquit: ita eñ te docui locuturū. Cum ille ſæpius & p deos oēs iuraret id verū eſſe. Bene agis reſpōdebat: & ſcd'm conſiliū meum. Cum ille iuramento iteraret. Hoc modo te loqui debere antea monui reſpondebat: & ſanum conſilium dedi tibi. Tandem eluſus abijt. In parce tenaces

¶ Dictum Façini Canis.

Façinus Canis dux armorum/opera Ghibellinæ factionis Ticinum ingreſſus/ ex compoſito Guelforum tm̄ bona diripuit. His cōſumptis/cæpit & Ghibellinorum domus exinanire tanq; Guelforum bonis refertas. Dum illi apud Ducem quererent ſe cum Ghibellini eſſent indigne ſpoliari. Tum Façinus. Verum dicitis filij mei: Ghibellini eſtis oēs / ſed bona ſunt Guelfa. Hoc pacto nullo factionis diſcrimine bona omnium direpta ſunt.

¶ De adoleſcente qui ignarus rerum uxorē prima nocte nō cognouit.

Adoleſcēs Bononiēſis ſtupidi ingenij & inſulſi/uxorē duxit adoleſcentulā for-

In ruſticam ſimplicitatē

ma egregiam: prima nocte ignarus rerum / & qui nunq; mulierem cognouiſſet: matrimoniū non cōſummauit. Mane rogatus a ſocio: quomō res nocturne proceſſiſſent. Suſpirans / male inquit. Nam cum diu quęſiſſet uxoris concubitū: tandem illam abſq; foramine conſueto ( ut aiebant ) ab ſe repertam. Cognita illius ſtulticia ſocius. Tace inquit obſecro / neq; verbum hiſcas: cum res ſit magni pudoris ac periculi ſi palam fiat. Ille cum auxilium & conſiliū ſimul petiſſet: Ego laborem pro te ſubibo ait / hoc foramē faciendi: ſi mihi ſumptuoſam cœnam velis prębere. Sed octo dierum ſpacium mihi opus eſt ad hanc rem ( cum admodū ſit difficilis ) perficiendā. Annuit aūt ſtultus: & ſecreto illum cum uxore noctu collocauit: ipſe in alio lecto recubans. Tranſacto ſpacio / cum via eſſet admodum patens amici opera: ut ſentes non eſſent timendi: accerſito viro / multum diuq; ſe ſudaſſe dixit in obſequiū eius: & tandem confectū foramen quod quęrebat. Docta adoleſcentula viro gratulata eſt: amici labores cōmemorans. Stultus cum uxorem perforatam inueniſſet: lętus & ſocio gratias egit: & cœnam perſoluit.

¶ De uxore paſtoris quę de ſacerdote filium habuit.

Paſtoris cuiuſdam in Riuo frigido oppidulo montano uxor cum ſacerdote cōſueuerat coire: ex quo puerum concępit: educauitq; in paſtoris domo. Cum puer eſſet ſeptēnis / ſacerdos benigne allocutus paſtorem / ait tandem eum puerum ſuum filium eſſe: rogauitq; ut ſua volūtate puer ad ſe migraret. Minime hoc fiet paſtor inquit: ego puerum pro me volo qui ſit domi natus. Male enim agerē mecū & cum patrono meo inquit: ſi omnes agnos qui ex ouibus alieno ariete compreſſis oriuntur / traderem arietum patronis.

¶ De ruſtico qui aſinos onuſtos deduxit frumento.

In cōſilio Peruſino ruſticus cum grām certam quęreret: tanq; inhoneſta poſtulanti ciuis unus contradixit. Poſtridie admonitus homo / tres aſinos frumēto onuſtos domum eius ( qui contradixerat ) deduxit. Poſt quartū diem ſententia mutata / multis verbis ruſtici cauſam eius egit. Tum vicinus eius inter loquendū ad ſocios inquit. Auditis ne quēadmodū illi aſini rugiūt: in frumentū ſuſceptū iocatus.

¶ Facetum dictum paupis ad diuitem frigentem.

Diues quidam ſuffultus veſtibus hyeme Bononiam proficiſcens / reperto inter mōtano ruſtico / qui unica tm̄ & ea contrita tunica indutus erat: admiratus in tanta vi frigoris ( niues em̄ & ventus erant ) hominis patientiā rogauit: nunqd non frigeret: Minime alter / cum lęto reſpōdiſſet vultu. Stupenti reſponſum / dicentiq; Ego ſub pellibus algeo: tu ſeminudus non ſentis frigus. Si tu inquit ille om̄es tuas veſtes ferres ſicuti ego meas: tu quoq; nequaq; frigeres.

¶ De montano qui filiam deſponſare nolebat

Cupiebat ex oppido Pergula mōtanus deſpōſare uni ex vicinis iuuenē filiam. Quā ille cōſpiſcatus / ut cū nimiū tenerā & adoleſcentiorē reſpueret. Inſulſus paſ maturior eſt inquit q̄ opineris. Tres em̄ iam filios pepit ex clerico ſacerdotis nri.

¶ De preſbytero qui adoleſcentulę decimas dare p̄cepit.

Decīe corporales

Brugis ea nobilis eſt in occidente ciuitas: in qua adoleſcentula haud admodū ſcita fatebatur parochiano peccata ſua. Ille cum inter cętera quęſiſſet an debitas decimas tradere ſacerdoti: perſuaſit etiam coitus decimam eſſe reddendā. quam iuuencula ( ut ſe ęre alieno liberaret ) ſtatim perſoluit: domū tardius reuerſa. Admiranti viro cauſam morę / abſq; ullo timore dixit. Vir rem diſſimulans / poſt quā triduum parochianū ad prandium vocauit: nōnullis adhibitis / quo res fieret notior. Cum ſederent in menſa: vir narrata prius fabula / ad ſacerdotem verſus: Poſtq̄ inquit / tibi rerum omnium uxoris meę debetur decima: & hanc quoq; accipias. Et ſimul vas ſtercore & urina uxoris plenum ori ſacerdotis admotum / in menſa libare compulit.

¶ De Medico qui uxorem ſutoris infirmam ſubegit.

Sutor quiſpiã Florentię ad uxorẽ nõ recte valentẽ/medicũ ſibi notum rogauit adire. Ille abſente viro domũ ꝓfectus / uxorem eius licet reluctantem compreſſit in lectulo. Vir rediens / cum medicũ abeuntẽ ( qui ſe rect̨e mulierẽ curaſſe dixit ) uxorem lachrymantẽm capite diſſoluto inuenit. medic. perfidia cognita/rem diſſimulauit. Et poſt dies octo ſumpto precioſiori panno ad uxorẽ medici profectus/ dixit ſe ab eo miſſum. quo ſibi interior tunica ( ea cocta vocat̃ ) fieret. Opus erat ut mulier quæ forma eſt egregia/maiori ex parte nudaret̃: quo rectius corpis mẽſura capi poſſet ad veſtem recte pꝼficiendã. Nudataꝫ remotis arbitris ſutor compꝛimit, parem vicem medico reddens; qđ & poſtea obiecit ei. Par pari rependit.

¶ De Florentino qui filiam vidurę deſponſauerat.

Florentinus qui ſibi ſcitus videbat̃/vidurę filiã cum deſponſaſſet: uxoris domũ ( ut fit) ſepius accedẽs/abſente aliqñ matre adoleſcentulã cognouit. Ex vultu filię cognita re mater/iurgare acriter illam cæpit: quæ ſe domũqꝫ dehoneſtaſſet. demũ teſtans matrimoniũ illud minime ratũ eſſe futurũ: et ſe acturã enixe ut id ſolueret. Rediẽs vir qui id obſeruabat abſente ſocru: cum mœſtã iuuenẽ dephendiſſet: q̃ſita cauſa/mr̃is ſnĩam de diſtrahendo mr̃imonio intellexit. Quid tu? Ille matri obſequiuolo reſpõdit. Alterutri tua eſt poteſtate inquit. Cum illa modum quęreret. Antea ait inferiores ptes egiſti: nunc ſupior eũ das oportet: ut per contrariũ actũ diſſolutio mr̃imonij fiat. Cõſenſit illa: & mr̃imoniũ diſſoluit. Tandẽ illa virũ/ille uxorem alterã duxit. In eius nuptijs prior ſponſa affuit. Et cum ambo preteritoꝝ memoria inuicem ſubridere cępiſſent: videns hæc noua uxor/& aliquid ſuſpicãs mali/noctu rogauit virum: & quid ille ſibi voluiſſet riſus? Tergiuerſantẽ detundẽdo compulit ut fabulã referret: & ſimul illius ſtulticiã accuſaret. Tum uxor, Cõtriſtetur ( inquit ) illam Deus : quæ tam fuit amens ut id notũ feciſſet matri. Quid eñ opus erat ut matri veſtrum concubitũ referret ſtulta? Me quidem noſter famulus amplius centies cognouit : neqꝫ ullum unqꝫ verbum a me innotuit matri. Tacuit vir ſentiens ſibi debitam mercedem impenſam.

¶ De fœneratore Vicentino.

Fœnerator Vicẽtinus religioſum magnę auctoritatis virũ/ cõtinuos ſermones de more ad pp̃lm habentẽ/ hortabat̃ ſæpius ut acriter inueheret cõtra uſurarios: deteſtareť qꝫ q̃ꝫ maxime vitium qđ p̄cipue in ea urbe vigeret. Adeoqꝫ inſtabat ut quiqꝫ eſſet moleſtus religioſo. Admiratus unus tam cõtinuo inſtantẽ pro eius rei caſtigatiõe/cuius quęſtũ ipe faceret: qđ ſibi tam frequẽs ſollicitudo vellet. Tũ ille. Ita multi ſunt inqt in hoc loco qui artẽ uſurariã exercẽt: ut cum pauci admodũ ad me accedãt/nihil faciã lucri. Sed ſi cæteris fœnus diſſuaſum erit/ceſſabunt ipi & ꝑuenĩẽt ad me oĩm reliquoꝝ emolumẽta. Hoc mihi poſtea religioſus ridẽs retulit.

¶ Fabula facetiſſima Iannini coci.

Ianninus coquus baronti Piſtorięſis/qui Venetijs coquinariã exercuerat: in cõuiuio ſecretarioꝝ retulit fabulã admodũ iocundã. Venetus inqt inſulſus fuit / qui per iniuriã uxorẽ vapulauit: cũ filios habere cupet qui acceptã iniuriã ulciſcerent̃. Vxor cũ eſſet ſterilis rogauit amicũ/qui filioꝝ ꝓcreandoꝝ opificẽ ſe optimũ ꝓfitebat̃: ut ſibi hoc munus impẽderet ꝓcreandi. Ille opam ſtudiũqꝫ pollicitus/mariti vice fungebat̃. Interim cũ ſemel relicto ad ſerendũ agrũ viro/nẽ qđ ei opi impedimenti afferret/ꝑ urbẽ vagaret̃ obuio ac maiora minãti inimico. O ho ( q̃ſſans caput ) tace ſtulte inqt. Neſcis bene qđ te cõtra agat̃ domi: ſiqdem id ſcires/nedũ cõtineres minas/ſꝫ timeres tibi. Fit iam ( mihi crede ) fit q̃ cito faciet vindictã nr̃am. In venetos ſtultos.

¶ De fatuo Veneto qui equitans calcaria in ſinu geſtabat.

Addidit & alterius Veneti haud imparẽ ſtulticiã: qui cum equũ aſcẽdiſſet / rus iturus: calciaria in ſinu ferebat. Equus cũ pigre tardeqꝫ ãbularet: ille calcaneis ar-

mos ſæpius ꝑcutiendo. Tu non moueris en inqͣt: ſi ſcires qd in ſinu habeā mutares paſſum.

¶ De Veneto inſano quē pharmacopola circūforeanus deriſit.

Narrauit quoq; aliā fabulā/in qua plurimū riſimus. Ait pharmacopolā circūforaneum Venetias veniſſe: cuius in vexillo pictus erat priapus pluribus ligaculis diſtinctus. Acceſſit qdam Venetus: qd illa diſtinctio ſignificaret qͥrens. Ille p ioco cū ait/mēbrū ſuū eſſe illius naturę: ut quā mulierē prima tm̄ pte cognoſceret/ mercatores faceret: ſecūda milites: tertia duces: qͥrta pōtifices. & preciū pro qͥlibet pſonarū petebat. Id credēs ſtultus/ cōicata re cū uxore domū vocauit hoīe; facto pcio ut ſibi filiū militē faceret. Cū ad coitū cū uxore ventū eſſet: maritus ſimulās ſe abire/ clanculū poſt lectū ſeceſſit. Et cū illi gignēdo militi intenti eſſent/ proſiliit fatuus: & culū ſeſſoris vehementer premēs: ut quartę quoq; ptis bn̄ficio uteret̃. Per ſancta dei euangelia hic erit papa inquit: putans ſe ſociū defraudaſſe.

¶ De Veneto qui Teruiſiū ꝓficiſcens a ſeruo in renes lapide ꝑcuſſus eſt.

Venetus Teruiſiū ꝓfecturus equo cōducto vehebat̃: ſeruo pedibus iter faciēte. Inter eūdū cū equus ſerui calce ꝑcuſſiſſet crus: ille dolore motus/ abrepto ſaxo equū ulciſci cupiens/ caſu in renes patrōni proiecit. Credidit ſtultus equū id egiſſe. Cū ſeruus qui tardius ex vulnere incedebat increparet̃ a dn̄o. Nequeo citius proficiſci inquit/ ex equi calce quo me afflixit. Tum ille: ne cures inquit/ eſt video admodū calcitroſus. Nam & mihi quoq; modo calcem magnū in renes dedit.

¶ De vulpe a ruſtico in palea abſcondita quę fugabat̃ a canibus.

Vulpes olim fugiens in venatione canes/ diuertit ad ruſticū qui in area triticū terebat: rogans ut a canibus tueret̃: & ſimul pollicita eſt nunq̄; ſe eius pullos gallinaceos leſurā. Annuit ruſticus conditioni: & ſumptis paleis furcula vulpem texit. Aduenit unus/ & item alter ex venatoribus vulpē quęrēs: rogitabāt aūt ruſticū. Nunqd vulpē fugientē vidiſſet/ & iter eius. Ille v̇bis vulpē per certam viam diffugiſſe/ nutu vero & oculis latere ſub paleis innuebat. Illi potius ad v̇ba q̄ nutū reſpicientes/ abierūt. Tum ruſticus detecta vulpe: ſerua inqͣt modo promiſſa: Nam v̇bis meis euaſiſti/ cum dicerē te abiſſe. At illa quæ ſibi timens per rimā inter paleas ruſticū contēplabat̃ diligent̃. Verba tua inqͣt bona fuerūt/ ſed actus ſatis mali. Dictum in eos qui unū verbis/ aliud re agunt.

In duplices re & verbo

¶ De Florentino qui equum emerat.

Notus mihi florētinus Romę empturus neceſſario equū/ pactus eſt cum venditore qui. xxv. aureos preciū carius equo poſtulabat/ ſe. xv. daturū in pſentia: reliquorū v̇o ſe debitorē eius eſſe velle annuit. Venditor poſtridie cum reſiduū peteret: ſolutōem recuſans/ ſerua cōuenta emptor inquit. Pepigimus qdem ut debitor tuus ſim futurus, ſi aūt ſibi ſatiſfeciſſet/ ſe non futurū amplius debitorem.

¶ Facetiſſimū hiſtrionis Gōnellę.

Gōnella quondā hiſtrio pfacetus/ pollicitus eſt ob pauculos nūmos ſe qndā Ferrarienſem/ qui id admodū cupiebat/ diuinū eſſe factorū. Accerſito ut una ſecū in lecto cubaret hoīe: ventū tacitū ventris in lecto emiſit. deinde cum in interiorē lectū caput ſubducere iuſſit. quo facto/ cū ille fœtore motus caputq; ſtatim exerēs: crepitū ventris edidiſti ut videor dixiſſet. Tum Gōnella: ſolue nūmos: nam recte diuinaſti inqͣt.

¶ Altera facetia eiuſdē de uno qui diuinare volebat.

Alteri quoq; ut diuinator fieret optāti: unica inqͣt pillula te diuinū reddā. Aſſentienti/ pillulā ex ſtercore cōfectam in os ꝓbuit. Ille pre fœtore vomitās/ ſtercus inqͣt ſapit qd̕ dediſti. Tum Gōnella verū illū diuinaſſe affirmauit: & p̄ciū diuinatōis popoſcit.

¶ De prodigijs nunciatis Eugenio papę.

Hoc anno mēſe Octobri cū iterū Pōtifex eſſet Florētię/ pꝛima ꝓdigia nūciata ſunt: & ita certis auctoribꝫ/ ut fidē abnuere imprudētis videat̃. A Como lrę allatę

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ab honeſtiſſimis viris/aſſerentibus ea ad ſe delata a plurimis qui id cōſpexerant teſtabantur: certo loco qui ultra Comū eſt mil.paſ.v.veſperi vigeſima prima hora/ viſum eſſe ingentē canum (qui rubeo colore videbant̃) multitudinē ad quattuor milia:iter Alemāniam verſus facere.Hanc veluti primā aciem ſequebat̃ boum pecudumq; ingens numerus.Poſt hos equites pediteſq; in turmas cohorteſq; diuiſi.ſcutati plures adeo magna manu/ut exercitū repſentarent.quoꝝ partim vix capita/partim ſine capite cōſpiciebant̃.Vltima acies erat homis pmagni gigantis more equo altiori inſidentis:& ipſe magnā iumētorū diuerſi generis copiam ſecū ducēs.Tris ferme horas eoꝝ trāſitus fuit longiſſimo agmine:ut diuerſis in locis apparerēt.Cuius rei pl'es extant teſtes viri femineq;:qui etiā ppius cōſpiciendi cauſa acceſſerūt.Poſt ſolis occaſum veluti ad alia tranſiſſent nequaq̃ cōſpecti ſunt.

Spectaculū mirabile

¶ Mirandum conſpiciendū.

Paucis poſt diebus & ab urbe Roma allata ſunt alia haud dubia fide:cum maniſeſta extent veſtigia.Ventorū tubine coorto die viceſima Septēbris/ muri caſtelli deſerti qui Borgetus appellat̃ prope Vrbem mil.paſ.ſex.& item eccleſia quędā pvetuſta ei loco ppinqua ſolotenus deiecta ſunt:ita cōtritis lapidibus/ ut manibꝫ hoim diſturbata viderent̃.Cauponulę quę infra muros erant peregrinantiū diuerſoriū cum in ea pl'es cōfugiſſent:tectū oīe ſublatū/alioq; haud longe in via tranſlatū eſt abſq; hoim nocumēto.Turris quoq; eccleſię ſancte Rufinę longe ab Vrbe mil.paſ.x.in ora tranſtyberina mare v'ſus Caſale appellatū/a ſolo auulſa pſtrata q; eſt.Hoꝝ cām multis mirantibus ſciſcitantibuſq;:bubulci duo/qui eo in Caſali morabant̃ agriculturę cauſa:ad Vrbē ob rei nouitatē accedētes/retulerūt:ſæpius ab ſe viſum in ſiluis ppinquis inambulantē Cardinalē qui in ſepulchro Hadriani ex vulnere nup deceſſit:patriarchā cognominatū/ veſte deſup lintea ut moris eſt Cardinaliū/& bireto capite cōtecto:prout deferre cōſueuerat/mœſtū/ lamentantem ac conquerentē.Eo vero tempe quo ventoꝝ turbo adeo repens fuit (interdiu aūt erat) cōſpectū ab ſeſe in aere inter ventos/amplexantē eam turrī:& ab ſolo a ſe longius delatā ad terram proſtraſſe.Cōplures inſup quercus atq; ilices miregroſſitudinis ab radicibus auulſas:atq; alio eſſe delatas.Quibus rebus cum parum fides haberet̃:multi cum acceſſiſſent/id pro comperto retulerunt.

Vētoꝝ vis

¶ De notario Florentino falſo.

Notarius qdam florētinus qui parū queſtus arte ſua faciebat:excogitata aliqd lucrandi v'ſutia/adoleſcentē quendā adijt:petens nunqd ei ſatiſfactū eſſet de quingentis florenis/qui olim pr̄i per quendā iam defunctū mutui cauſa debebant̃.Inſcius ille/negauit id debitū in noībus patris eſſe.Notarius id inſtrumēto conſtare ab ſe facto aſſerens:iuuenē perpulit/ut nūmis redempto inſtrumēto apud pretorem debitū peteret.Citatus filius eius qui debitor dicebat̃/negauit parentē unq̃ mutuo qcq̃ ab alio ſumpſiſſe:cū nihil de ea re (ut mos eſt mercatoribꝫ) libris ſuis cōſtaret.Statimq; ad notariū pfectus/ut falſum hoīem arguere cępit:qui qd' nūq̃ eſſet actū ſcripſiſſet.Tū notarius.Neſcis fili tpis illius acta inqt.cū nondū natus eſſes/pr̄ quondā tuus eam ſummā mutuo ſumpſit:ſed poſt paucos reſtituit mēſes.eius rei ego cōtractū finis feci:quo liberatus eſt pat̃.Ille pecunia data inſtr̄m redemit:& ea moleſtia pducto fine liberatus eſt.Ita ab utroq; nūmos bella fraude cōtraxit.

¶ De monacho qui miſit per foramē tabulę priapum.

In Piceno eſt oppidū Eſis nomīe:in eo monachus qdam qui Lupus vocabat̃/amabat v'ginē adoleſcentiorē.Cui cū multis v'bis coitū ſuaſiſſet:ceſſit illa tandem pcibus.ſed cū verita eſſet/ne nimio dolore tranſfoderet̃:paululūq; heſitaret:monachus tabulā ligneā per cuius foramē tęlum mitteret̃/inter mediā ſe poſiturū dixit.Dehinc tabula abiegena quę ptenuis erat quęſita/ac paulū perforata ad puellam clanculum adijt:miſſoq; per foramen priapo qui adhuc dormiebat:cum puellam

deoſculari cępiſſet/ſublatis veſtibus cibũ concupitũ q̃rebat. Virga vero ſtrati
oris & inferioris partis tactu expergeſacta/cępit admodũ & pręter menſurã fora
minis tumeſcere:adeo ut valde ſtricta teneret. Res ita in arcto erat:ut neq; ingre
di/ neq; egredi abſq; magno dolore poſſet. Verſa in dolorẽ voluptate/ clamare &
gemere monachus cępit nimio vexatus cruciatu. Exterrita puella/cum oſculo ſo
lari hoĩem vellet/& rem optatã pficere:in doloris leuamẽ tormentũ augebat. Nã
cum ea ex re v̾ga tumentior fieret:eo arctius torquebat. Cruciabat miſer/petens
aquã frigidam:qua abluto telo tumor ille reſideret. Virgo quę domeſticos time
ret/aquã petere nõ audebat. Tandẽ hoĩs clamore doloreq; percita/ aquã aduxit.
Ea pfuſo inguine/ & ea pte q̃ tabulę inſerta erat paululũ tumor abijt. Monachus
cum iam ſtrepitũ quendã domi fieri pſentiret:abeundi cupidus/e tabula mẽbrũ
deduxit/maiori ex parte decoriatũ. Medicũ cum morbo q̃ſiſſet / fabula palam fa
cta eſt. Si cęteris tanto ſua vitia cõſtarent/plures fierent cõtinentiores.

¶ Horribile de puero qui infantulos comedebat.

Inſeram his noſtris cõfabulationibus rem nephandã horrẽdamq;/ nullis antea
ſæculis audita:quã ego quoq; fabuloſam exiſtimabã/quoad lr̃is cuiuſdã regij ſe
cretarij certior factus ſum verũ eſſe qđ fatebat̃. Sentẽtia pticulę lr̃arum his ferme
verbis explicabat̃. Rem monſtro ſimilem acceſſiſſe prope Neapolim.x.milibus paſ
ſuũ in mõtibus Summę/qđ eſt caſtrũ eo loci ſitum. Puer Lombardus.xiij.annorũ
captus eſt/ad p̃torem pductus:qui iam duos infantulos triũ annorũ comederat.
Seducebat eos blanditijs in ſpeluncã quandã:atq; ibi ſuſpẽſos in fruſta partieba
tur, ptim crudas a recenti cęde carnes edens:ptim igni coctas. Faſſus eſt ſe plures
alios comediſſe:idq; ſe agere/qm̃ ſapidiores reliquis carnibus viderent̃:ſeq; denuo
comeſturũ ſi poſſet. Cum dubitaret̃:inſania ne hoc faceret: conſulte ad cętera re
ſpondit:ut feritate/ non dementia factum conſtaret.

Feritas humana.

¶ De equite Florentino qui fingens ſe iturũ
foras/inſcia coniuge in cubiculo latuit.

Eques florentinus podagroſus ( cuius nomẽ honoris cauſa reticeo ) habebat
uxorẽ quę in diſpenſatorẽ domus oc̃los cõiecerat. id viro cum eſſet perſpectũ:ac
die feſto ſimulaſſet ſe foras iturũ:in cubiculo inſcia uxore latuit. Illa e veſtigio virũ
abeſſe rata/diſpenſatorẽ clanculũ accerſito: Volo inquit poſt aliq̃ primi cõgreſſus
v̾ba/ut ludum aliquem inter nos ineamus. Cum ille ãnueret. Simulemus ait mu
lier bellum inter nos eſſe:& pacem poſtea faciemus. Altero modum quęrente. Lu
ctemur paulum inquit:& cum me ad terram proſtraueris/telum inferens in me
um vulnus:tũcq; mutuis oſculis pacem cõſtituemus. Placuit illi ( cum ſemp pacẽ
audiſſet laudari ab oĩbus ) pax tam ſuauis futura. Cũ vero recũbentes ad pacem
ſe pararẽt:tum vir e latebra egrediẽs. Centũ iam ego diebus meis (inq̃t) paces pfe
ci:hanc ego unã tm̃ dirimã pręter cõſuetudinẽ meam. Ita pace infecti abierunt.

¶ De quodã volente ſe videri ſumę caſtitatis in adulterio cõphenſo.

Hypocritas.

Quidã ciuis noſter qui ſe caſtũ ſummeq; religionis videri volebat:ſemel depre
henſus a ſocio in coitu inhoneſto/acriter ab illo rephenſus eſt:q caſtitatẽ pdicans
in id facinus laberet̃. Tum alter. Oho inquit: non ppter luxuriã ut forſan putas/
ſed ad domandã macerandãq; hanc miſeram carnem/ & ad purgandũ renes hoc
ago. Ita & iſti peſſimi hypocritę quibus oĩa oppleta ſunt faciunt:qui ſemp eorũ
ambitione & ſcelera ſub aliquo honeſti velamento contegi volunt.

¶ Adidem.

Eremita qui Piſis morabat̃.tempore petri Gambacurtę: meretricem noctu in
ſuam cellulam deduxit:vigeſieſq; ea nocte mulierem cognouit/ſemp cum moue
ret clunes ut crimen fugeret luxurię:vulgaribus v̾bis dicẽs. domati carne catiuel
la. hoc eſt:doma te miſerrima caro. qđ cum retuliſſet meretrix/ille urbe pulſus eſt.

¶ De paupere qui nauicula victum quęrebat.

Pauperculus qui nauicula ad flumen tranſportandis hoībus victũ q̃rebat: cum
nemineꝫ una die tranſuexiſſet: ſerocꝫ mœſtus domũ rediret: apparuit longe q̃dam
clamitans ut veheret̃. Ille lucellũ ſperans cum rediſſet/ letus hoieꝫ traduxit. Cũ pe
cuniã peteret: ille enixe iurans nullos ſibi nũmos adeſſe/ ſe ſapiam illi pro nummis
daturũ pollicet̃. Quid nauta: num familia mea inquit eſuriẽs ſapiẽtia pro cibo pa
ſci poteſt: Hoc ſolo alter ait/ tibi ſatis poſſum facere. Ille ſubiratus/ petens q̃nã hec
eſſet ſapientia: Vt nunq̃ ait quẽpiam trãſportes de cætero: niſi prius pecunia re
cepta. Tum ut nunq̃ dicas uxori: cuiq̃ maius genitale membrũ q̃ tibi eſſe. His au
ditis mœſtus domũ rediit. Vxor & q̃d queſtus feciſſet ad emendũ panẽ cũ percun
ctatur: vir pro lucro ſapiam ſe reportaſſe affirmat: remq̃ narrãs ordine/ traditã ſa
pientiã refert. Mulier cũ ad genitale aurẽ erexiſſet: nunq̃d mi vir inquit: non oĩes
eq̃ mẽſura eſtis: Vah reſpõdit: magna eſt int̃ nos differẽtia. Nam ſacerdos noſter
dimidio ferme nos oẽs excedit: & brachiũ extẽdens menſurã deſcripſit. Illa ſtatim
in ſacerdotẽ accenſa nunq̃ deſtitit quoad vir an vere dixiſſet q̃ primũ experiretur.
Ita ſapientia in ſtulticiam verſa/ docuit reticenda nobis eſſe quę ſunt nocitura.

¶ De quodã inſulſo Mediolanenſi qui in ſeptis porrexit pctã ſua ſacẽdoti.

Mediolanenſis q̃dam/ ſiue ſtultus/ ſiue hypocrita/ ſiue obliuioſus cũ libellũ quẽ
dam pergrandẽ ſuorũ erratorꝫ ſcripſiſſet: pfectus eſt ſemel ad virum doctiſſimũ/
inq̃ ea re admodũ peritũ Antoniũ raudenſem Mediolaneñ. ex ordine Minorũ/ ut
ei peccata ſua confiteret̃: libelloq̃ porrecto rogauit ut eũ legeret/ qui cõtineret cõ-
feſſionem ſuam. Vir ſcitus & prudens qui eam lectõem plurimi tpis eſſe videret/
ſtulticia hois cognita: paucis illũ v̾boſum interrogãs: Ab oĩbus te inq̃t quę in hoc
codice cõtinent̃ abſoluo. Cum alter quã ſibi pniãꝫ iniũgeret rogaret. Vt per men
ſem hunc inquit tuũ libellũ ſepties in die legas. Cũ id a ſe fieri poſſe negaret: perſti-
tit cõfeſſor in ſententia. Ita fatui v̾boſitas faceto reſponſo ſuperata eſt.

¶ De quodã qui viſitãdo affines uxoris volebat a ſocio cõmendari.

Deſponſauerat uxorem quidam haud ſatis firma valitudine/ & minime opu-
lentus accerſitus: æſtate ad cęnam ab uxoris parentibus: duxit ſecũ amicum quen
dam: rogans/ ut ſemp verbis augeret ea quæ ab ſe dicerent̃. Laudante ſocru tuni- In iactato-
cam qua veſtitus erat: ſe aliam multo pulchriorem gener habere dixit. Tum ſoci- res.
us. Præter eam: alterã etiam inquit duplo p̃cioſiorem illi eſſe aſſeuarauit. Rogãte
ſocero & quas poſſeſſiones haberet: Se prædiũ extra oppidũ poſſidere ait: q̃d vi-
ctum ſuppeditaret. Non meminiſti inquit ſocius & alterius prædii/ q̃d illo multo
eſt elegantius: ex quo plurimos nũmos contrahis: Deinde ad ſingula quæ ab illo
iactabant̃/ ſocius duplũ cõferebat. Cum vero parũ quid ederet: ſocerq̃ hortaret̃
ad cibum. Non bene me inquit æſtate habeo. Hic ſocius ut ſolitam iactantiã ſer-
uaret: plus multo q̃ dicat eſt inquit. Nam æſtate male ſe habet: & multo peius hye
me. His verbis cum riſiſſent omnes leuiſſimi hominis iactantiam ad falſam laudẽ
quęſitam: ſtulticię premium tulit.

¶ De Paſquino quodã Senenſi qui impoſuit cuidã ex ſtatu ut creparet.

Paſquinus Senenſis vir dicax ac iocoſus mutato ſtatu ciuitatis: cum exul a pa-
tria Ferrariam ſe contuliſſet: acceſſit ad eum viſendi gratia ciuis quidam Senenſis
haud magni vir precii: qui ex Venetiis Senas redibat. Comiterq̃ a Paſquino ſuſce
ptus/ cum inter loquendũ ſuam ille opam/ ſi quid in eius grãm agere poſſet Se-
nis polliceret̃: & aliquid ſe poſſe ad iactantiã oſtendens ſubderet: ego ſum de cor-
pore pſentis ſtatus. Tum Paſquinus: utinã cito crepet id corpus inquit/ ut tu tuiq̃
ſimiles ex eo q̃ primũ egrediant̃. Facete iactantiã hominis caſtigauit.

¶ De Doctore qui litterali ſermone loque-
bat̃ in auibus capiendis & indoctus erat.

Doctor Mediolanenſis indoctus atqꝫ inſulſus / hoīem qui ad capiendas aues
cum noctua proficiſcebat̃:rogauit ut ſe qui id videre cupiebat/ad capturã auium
ſecum duceret. Annuit auceps : & hoīem frondibꝫ contectũ iuxta noctuã ſtatuit:
ea cõditione ne verbũ faceret/ne aues terrerent. Cum auiculę plures cõueniſſent:
ſtultus ille eueſtigio exclamauit auic'las mltas adeſſe:ut rete cõtrahet. Illæ audita
voce diffugerunt. Increpatus acriter ab aucupe/ſilentiũ eſt pollicitus. Aues cũ ite-
rum cõueniſſent:eueſtigio ſtultus verbis latinis: Aues permultę ſunt inquit:exiſti-
mans quæ ab eo latine dicebant̃ aues minime intellecturas. Rurſus fugientibus
auibus/cum auceps captura fruſtraret̃:hoīem acerrime ꝙ locutus eſſet obiurga-
uit. Tum alter. Nunqd latine ſciunt inquit aues? Exiſtimauit doctor ille non ad ſo-
num/ſed ad ſenſum verborũ/tanqꝫ ab ſe intellectam vocem aues diffugiſſe.

¶ De muliere ſe credente ad laudem trahi/cõfitendo latiorẽ vuluã hr̃e.

Subigebat̃ ab adultero mulier Senenſis: hic cum poſt coitũ in eius contumeliã
dixiſſet/ſe nunqꝫ in alia latiorẽ vuluã reperiſſe. Illa exiſtimans id ſibi laudi eſſe. Ex
gratia tua hoc inquit dicis/nõ meo merito: utinam mihi ea quã profers adeſſet co-
pia. Nam multo propterea me nobiliorẽ & maiori extimandã reputarem.

¶ De adoleſcentula laborante ex partu facetũ.

Adoleſcentula paulo ſimplicior Florẽtię laborabat ex partu magno in dolore
conſtituta: cum diutius ſummo cruciatu diſtraheret̃: & aliqñ obſtetrix ſumpto lu-
mine ſecretiora illius inſpiceret/an nondũ infans egrederet̃. Poſticã etiã an ea pro-
diret infans inſpicere iuſſit. Nam & ſecũ ea quoqꝫ parte qñqꝫ virum coiſſe ait.

¶ De quodã qui Romanũ adoleſcentulũ admodũ laudauit.

Romanũ adoleſcentulũ admodũ formoſum/ſed hõneſtate pręditũ certe deditũ
nimia laus. ſtudijs lr̃arum laudabat admodũ qdam e noſtris/formã moreſqꝫ eius multis ver-
bis extollens. Et cum pl'es in eum laudes congeſſiſſet tandẽ. Exiſtimo inqt/ Ieſum
chr̃m noſtrũ cum id eſſet ætatis nequaqꝫ alia atqꝫ iſta forma fuiſſe. Ingens laus for-
mę: ut qua nullam exquiſitiorẽ neqꝫ Demoſthenes/neqꝫ Cicero adinueniſſet.

¶ De pluribus qui diuerſa bona ſibi optabant

Erãt cõplures Florentię colloquentes/ & ſibi diuerſa bona optantes. ut fit. Cũ
alter ſe Pontificem maximũ: alter Regem: alter quippiam aliud ſe velle eſſe aſſeue-
raret. Tum puer loqculus qui aderat. Ego inquit pepo eſſe vellem. Rogatus quã
ob cauſam? Quoniã oẽs mihi culum olfacerent/reſpondit. Eſt enĩ mos frequẽs
ut melones empturi poſteriorem olfaciant partem.

¶ De mercatore qui laudando uxorem ſuam
aſſerebat eam nunqꝫ ventris crepitũ edidiſſe.

Mercator qdam corã dño cui ſubditus erat/uxorẽ inter cætera cõmendans: cũ
dixiſſet illam nunqꝫ ventris crepitũ edidiſſe. Admiratus dñs: idqꝫ negans fieri po-
tuiſſe: poſito inter eos opiperę cœne pignore/ꝙ anteqꝫ tres exiſſent mẽſes aliquos
crepitus ederet uxor. Mercatorẽ poſtridie rogauit: ut quingẽtos ſibi aureos infra
octo dies reddendos mutuo cõcederet. Grauabat̃ ille tantã ſummã ab eo mutuo
cõcedendam. Aſſenſit egre tamẽ: & pecuniã cõceſſit. Cum ſollicitus diem conuen-
tum expectaſſet: acceſſit ad dñm creditã pecuniã poſcens. Alter tanqꝫ re grauiori
preſſus/rogauit mercatorẽ velut in arcto cõſtitutus: ut pro re admodũ graui/ ali-
os quingẽtos mutuaret: ſe oẽs infra mẽſem pollicet̃ reſtiturũ. Cum bonus vir
diutius inopiã pferens denegaſſet: tamẽ ne & reliquorũ ſolutio deficeret / multis
ſuſpirijs & alios qngentos attulit. Domũ reuerſus mœſtus atqꝫ animo ęger multa
cogitans/pluria dubitans agebat noctes inſomnes. Vigilans ſæpius/audiuit uxo-
rem dormientem edere ventris crepitus. Poſt menſem dñs mercatorem ad ſe vo-
cauit: ſciſcitans an unqꝫ poſtea uxorem crepitantẽ audiſſet? Tum ille errorem ſu-
um cõfeſſus: totiens inqt: ut nedũ cœna/ſed pr̃imoniũ cõſumendũ fuiſſet. Hoc di-

ciꝗ pecuniȩ redditȩ/& cœna ſoluta. Multa itaq; ſubterfugiũt dormientes.

¶ Sapientiſſima reſponſio contra detractorem.

*In detractores.*

Loiſius Marſilius ex ordine Auguſtinenſiũ fuit nuꝑ Florentiȩ/vir excellenti ingenio & doctrina. Hic ſenex educauerat inſtitueratq; in ſtudijs humanitatis pauperem adoleſcentē nomine Ioānem (quē nouimus) cōtribulem noſtrũ: adeo ut poſtea vir doctiſſimus euaderet. Florētinus qdam cōdiſcipulus (plures eñ diſcēdi gr̃a ad ſenē confluebāt) inuidia motus cȩpit occulte detrahere apud magiſtrũ adoleſcenti: aſſerens eum veluti ingratũ male de eo & ſentire & loqui. Id cum ſȩpius egiſſet: tunc ſenex qui erat prudētiſſimus. Quanto inq̃t tempo Ioānem noſti? Cũ detractor/haud amplius annũ reſpōdiſſet. Miror ait/adeo ſapientē te exiſtimari/et me ſtultũ velle: ut putes melius anno q̃ me decēnio quo mecum vixit naturam & mores Ioannis noſſe. Sapientiſſima reſponſio & detractantem nequitiȩ coarguens/& adoleſcentis fidem cōmendans. Hac ſi plures uterentur/minor eſſet inuidiȩ & detractioni locus.

¶ Faceta cuiuſdam reſponſio multis epiſcopis accōmodata.

Idem rogatus ab amico: qdnam ſibi vellēt duo veluti apices in epiſcopoꝝ mitris conſtituti. reſpondit ſignificari anteriori nouum: poſteriori vetus teſtamenta: quæ ipſi tenere memoria deberent. Procedēs ulterius ꝑcontantor cũ quȩſiſſet: quid etiam ſignificarent duȩ veluti corrigiȩ: quæ a mitra poſt renes pendent. neutrũ illorum inquit epiſcopos ſcire. Faceta reſponſio & multis epiſcopis accōmodata.

¶ Facetum dictum cuiuſdam in Franciſcum Philelphum.

*In filios ſacerdotum.*

Cũ in pallacio apoſtolico in cœtu ſecretarioꝝ/cui & multi viri doctiſſimi (ut ſolet) aderant: ſermo de impura ignataq; vita ſceleſtiſſimi hoīs Frāciſci Philelphi ortus eſſet: multiq; mſta in eum ſcelera cōieciſſent: quȩſiuit quiſpiã: an Philelphus genere nobilis eſſet? Tum unus cōtribulis eius optimus vir/& admodũ facetus: vultu ad grauitatē cōpoſito. Apprime inq̃t maxima is fulget nobilitate. nam pater ſuus ſemꝑ mane veſtes ſericas induebat. denotans eum ſacerdotis filiũ. Veſtimenta eñ quibus preſ byteri in ſacris utunt̃ ut plurimũ ſericia exiſtunt.

¶ Contra eundem facetia.

Tum alter non iniocũdus vir/non mirũ eſt inquit ſi nepos Iouis geſta parentũ imitatus & alteram Europā rapuit: & alterũ Ganimedem. denotans eum & virginem grecā Ioānis Chryſolorȩ filiam ab ſe ſtupratā in Italiā aduexiſſe: & quendam adoleſcentē Patauinũ ab eo propter formā in Grȩciam aductum.

¶ De Lenone facto ex notario.

Erat notarius gallicus Auinione in romana curia admodũ ſcitus: qui cum publici ſcorti amore captus artem notarij deſciſſet: quȩſtu meretricio vitam agebat. Is cum Kalendas Ianuarij/quod eſt anni principiũ/nouam veſtem induiſſet: in manica litteris argenteis aſcripſit verbis gallicis: de bene in melius. viſum eſt ſibi lenonis exercitiũ priori eſſe honore præferendum.

¶ Facetum cuiuſdam Petrilli ut liberaret hoſpitale a ſordidis.

Cardinalis Barenſis Neapolitanus genere tenebat hoſpitale Vercellis in Gallia citeriori/ex quo parũ ꝑcipiebat emolumēti propter impenſas quȩ in paupes ibi fiebant. Miſit ergo de ſuis quendā Petrillũ nomine ad colligendũ pecunias. At ille cum hoſpitale refertum varijs languidis ac morboſis/qui bona illius loci abſumebant cōſpexiſſet: veſtimentis medici indutus/hoſpitale ingreſſus eſt: viſiſq; diuerſi generis ulceribus: cum om̄s cōuocaſſet. Nulla inquit medela utilis ad ſanandũ ulcera veſtra adhiberi pōt/niſi ex pinguedine hoīs unguentũ fiat. Itaq; inter vos hodie ſortem iaciā/qui pro ſalute cæteroꝝ viuus in aqua poni ac coqui debeat. Singuli his verbis territi aufugerunt: ne mortis ſors in eum caderet. Eo modo hoſpitale impenſa ſordidorũ hoim liberauit.

¶ Facetia cuiuſdam qui ſubagitabat omẽs de domo.

Florẽtinus q̄dam habebat domi iuuenem qui filios litteras doceret. Is diutina
cõſuetudine primo ancillam/tum nutricem/deinde patronã/poſtremo etiam di
ſcipulos cognouit. Hoc cum reſciſſet pater: erat em̃ homo perfacetus: vocato in ſe
cretius cubiculũ iuuene. Poſtq̃ inquit omẽs meos ſubegiſti: qđ tibi vertat bene:
ne quis excipiat̃ hac ſorte: & me quoq; ſubagites volo.

¶ De ſono.

Erat olim temp̃e Bonifacij noni ſermo inter quoſdã/quis ex om̃ibus iocundior
ac ſuauior eſſet ſonus. Alijs aliud p̄ferentibꝫ ¶ Imolenſis ſecretarius Cardina
lis florentini/eius qui vere florentinus fuit/campanulã cæteris ſonis iocundiorem
eſurienti videri dixit. Mos eſt em̃ cardinalibus: ut familiã ad prandiũ atq; ad cœnã
ſono campanulę vocent: qui cum tardiuſculus ſit quandoq; q̃ ferat multorũ ap
petitus: auditus fert ſummã eſurienti voluptatem. Itaq; omẽs illum recte ſenſiſſe
iudicarunt: & hi præſertim qui id ſæpius fuerant experti.

¶ De filio Principis muto iuſſu patris ꝓpter linguã maledicã.

Principi olim Iſpano erat filius adultus linguę maledicę ac cõtumelioſę: qua ex
re multorũ odia contraxerat. Ob eam cãm pater filio ut ꝑpetuo ſileret cũ indixiſ
ſet: paruit ille. Accidit interea ut ſolẽni cõuiuio Regis p̄ſente Regina/ambo intereſ
ſent. Adoleſcens ad cætera induſtrius/cũ miniſtraret ut mutus patri: Regina (ea
impudica erat) vere mutũ ſurdũq; exiſtimans: & ſibi id cõducere: rogauit patrem
ut ſecũ eſſe filiũ pateret̃. Id cum impetraſſet: adhibuit eum ſecretioribus rebus: ita
ut impudicicię ſæpe teſtis eſſet. Simili iterũ cõuiuio pater poſt bienniũ affuit. Rex
interim viderat ſæpius adoleſcentẽ: quem om̃s mutũ putabant. Hic cum Reginę
miniſtraret/petijt p̄rẽm Rex: caſu ne/an natura filius mutus euaſiſſet. Neutrũ ille
reſpõdit: ſed iuſſu ſuo ob linguę maledicentiã. Rogauit Rex ut licentiã ꝑmitteret
loquẽdi. Cũ diutius pater reſtitiſſet: dicẽs aliq̄d ſcãdali ſecuturũ: tandẽ Regis pręce
pto loqui filiũ ſi vellet iuſſit. Ille in primis ad Regẽ cõuerſus: habes uxorẽ inq̃t eã
qua nunq̃ aliq̄ ꝓſtituta meretrix impudẽtior aut ĩprobior fuit. Cõfuſus rex ꝓhi
hibuit amplius loqui. Mos eſt quorundã ut licet raro/tamẽ ſemꝑ loquant̃ male.

In oblocu-
tores.

¶ Cuiuſdam tutoris factum.

Dacconus de Ardingellis ciuis florẽtinus relictus tutor cuidã pupillo/cũ bona
illius diutius admĩſtraſſet: om̃iaq; gulę cã abſumpſiſſet: tandẽ cum poſceret̃ ratio
geſtorũ: iuſſus a magiſtratu ꝓducere libros introitus (ut aiũt) & exitus. Os & na
tes oſtendit: dicẽs nullos ſibi niſi illos/alterũ introitus/alterũ exitus libros eſſe.

¶ De fratre qui cognouit cõmatrem malicia faceta.

Frater q̄dam mendicantiũ iniecerat oculos in cõmatrem adoleſcentẽ pulchrã:
maximeq; torquebat̃ amore illius. Cum puderet aliq̄d inhoneſtũ ab ea petere: ex
cogitauit verſutia mulierẽ decipe. Pluribus diebus faſciatũ detulit indicem digitũ
ſimulans ſe maximo dolore torqueri. Tandẽ diutius cõquerẽte illo/rogauit cõma
ter: Num quę remedia exptus eſſet? Multa ille reſpondit: ſed nihil profuiſſe. uno
aũt medicamẽto qđ q̄dam medicus ſuaſiſſet ſe uti non poſſe: & id tale eſſe ut eru
beſceret proferre. Hortante muliere/ne puderet loq quę ad medelã tanti morbi
ſpectarent. Ille velut admodũ timidus: aut digitũ abſcindendũ eſſe ait: aut in natu
ra mulieris eſſe aliquãdiu tenendũ/quoad ex calore ulcus maceraret̃: ſed non au
dere ſe propter honeſtatẽ id ab aliqua petere. Cõmater pietate mota/ſuam opam
pollicet̃. Ille ex verecũdia loco tenebroſo opus eſſe dixit. Non em̃ ſe in luce auſurũ
tali obſequio uti. Conſenſit mulier/nil mali verita. Ille ut in obſcurũ ventum eſt re
cumbente muliere/primo digitum/deinde priapum in vuluam inſeruit. Quo fa
cto ulcus apertum eſſe dixit: & ſaniem emiſiſſe. Ita index liberatus eſt.

¶ Facetiſſimũ Angelotti dictum de Cardinali gręco barbato.

Angelottus Romanus Cardinalis in multis pfacetus: cum Cardinalis grecus ad Curiam prolixa de more barba veniſſet: mirantibus aliquādiu multis illū barbam non deponere præter cōſuetudinem cæterorum. Bene ſe hoc habet inquit. Nam inter tot capras percōmode reſidet unus hircus.

¶ De quodam equeſtre corpulento.

Equeſtrem quendā admodū corpulentū urbem Peruſium ingreſſum: cum per multi (natura enim ad facetiam ſunt prompti) anteriori contra morē equi parte iocando ferre malam dicerent. Ille faceto reſponſo. Atqui ita eſt opus inquit/in urbe furibus ac latronibus referta.

¶ Facetū cuiuſdā iudicis in aduocatū qui allegauit Clementinā & Nouellā.

Cauſa quædā teſtamētaria tractabatˀ Venetijs apdˀ iudices in certa curia ſeculari. Aderant aduocati partiū quiſq; ſui clientis ius defendēs. Alter & ſacerdos q teſtē ſuę defenſionis attulit Clementinā & Nouellā: certam ſnīam earum referēs. Tum ex iudicibus grādęuus qdam/cui ea noīa ignota erant: parūq; cum Salomone cōmercij cōtraxerat: truci vultu in aduocatū verſus. Quid diabole tu (inquit) non erubeſcis corā talibus viris fœminas impudicas & meretriculas noīare? earum verba pro ſentētijs a nobis cōprobari putas? Exiſtimauit vir ille ſtolidus Clementinę & Nouellę non legū/ſed fœminarū noīa eſſe: qs ille pro cōcubinis hr̄et domi.

> Inſignaros medicos

¶ Remedium ad frigus euitandum.

Querenti aliquando mihi/quomodo nocte frigus in lecto vitaretˀ. Eo quidam aſtans ait/quo ſocius meus dum vacare ſtudijs utebatˀ. Nam cum ſemper ſolitus eſſet poſt cœnam ventrem purgare: quandoq; eo uſu abſtinebat: aſſerens retentum ſtercus calefacere noctu corpus. Remedium frigoris deſuetum.

¶ De prędicatore quodam.

Prędicator ad ppl'm in feſto ſancti Chriſtoferi multis v̄bis extollebat ſanctū/q Chr̄m ſuis humeris portaſſet: ſæpius interrogans: & quis tantā habuiſſet in terris prętogatiuā ut ſaluatorē ferret? Et cum moleſtius in hac interrogatione perſeueraret quis unq; ſimilis fuiſſet gratia? Ex aſtantibus facetus qdam frequenti interrogatione pertęſus: Aſinus inquit/qui & filium & mr̄em portauit.

¶ De adoleſcentula ſegregata a viro.

Adoleſcens qdam Veronenſis p̄ſtanti forma adoleſcentulā uxorem duxit. Is cum plus ęquo indulgeret mr̄imonio: pallorē vultus/ macies ac debilitas corporis ſecuta eſt. Mater filio ſollicita/ac deteriorē morbum verita: filiū eius longe ab uxore ablegabat. Illa viri mœrens deſiderio/coeuntes paſſeres cōſpicata: Abite inquit ne ſi vos ſocrus cōſpiciat: & vos alio in diuerſa diſtrahat loca.

¶ De duorum cōtentione pro eodem inſigni armorū.

Ianuenſis onerarię nauis patronus/qui in Gallia conductus a rege aduerſus Anglicos nauigauit: geſtabat ſcutū in quo bouis caput depictū erat. Cōſpicatus hūc gallicus nobilis: cū illud armorū inſigne ſibi vendicaret: orta altercatione/gallicus Ianuēſem ad certamē ꝓuocauit. Ianuenſis accepta ꝓuocatione in campū ad certamen nullo apparatu deſcēdit: alter multis impenſis ornatiſſimis in campū cōſtitutū venit. Tum Ianuēſis. Quid eſt inqt ꝓpter qdˀ certaturi hodie inuicē ſumus? Ille aſſero (inqt) tua inſignia mea meorūq; priuſq̄ tuorꝝ fuiſſe. Cū Ianuēſis quæ nam ſua eſſe diceret. Caput bouis ait. Hic Ianuenſis/nō eſt opus certamine aliquo inqt. Nam hoc qdˀ porto: nō bouis/ſed vaccę eſt caput. Faceto dicto inanis gallici iactantia eſt eluſa.

¶ Facetum medici qui ſorte medelas dabat.

Mos eſt in urbe Roma: ut infirmi urina mittatˀ ad medicū cū uno aut duobꝫ argenteis nūmis/ut conſulat ſanitati. Quidā medicus quē ipſe noui/ varia nocte remedia morbis ſcribebat in ſcedulis (quas receptas vocant) eas oēs in ſacculum ponebat. Mane cum urinę ad eum referrentˀ: poſtulato remedio/ ille manū pone-

> In medicorum negligentiam.

bat ād ſacculum: caſu quę in manus inciderat ſumpturus dicens: inter capiendum
petens vulgaribus verbis. Prega dio te lamandi bona. id eſt roga deum ut fortũa
ris bona. Miſera eorum conditio quibus non ratio/ſed fortuna opitulabaẽ.

¶ Exploratio ad hoiem triſtem ob pecuniā debitam.

Deambulabat Peruſinus qdam per vicū cogitabūdus ac mœſtus: quem cum
obuius interrogaſſet quid eum torqueret: Atq; ille reſpondiſſet: ſe pecuniā debere
quā nequiret exoluere. Vach inquit ſtulte: relinque has cogitationes creditori.

¶ De pęna impoſita græcis & Ianuenſibus homicidis.

Quidā Ianuenſes habitantes Perę (ea eſt Ianuenſiū ciuitas prope Conſtanti
nopolim) cū negociādi cauſa Cōſtantinopolim diuertiſſent: orta inter eos ac græ
cos diſcordia/ptim ex eis infecti/ptim vulnerati ſunt. Cum peteret ab Impatore
iuſticiam de homicidis fieri. Ille prompte ſe id facturum pollicitus: barbam græcis
in pœnam ſceleris radi iuſſit. quę mulcta apud eos ignominioſa habeẽ. Pretor Ia
nuenſiū qui erat Perę/ſe deluſum putans: cōſanguineis Ianuenſiū promiſit/ut ipſe
met ſuas iniurias ulciſcereẽ. Sumpto itaq; tempe Cōſtantinopolim ingreſſi/nōnul
los græcos occiderunt ac vulnerauerūt. Ingens querela ſtatim ad ptorem Perę ab
Impatore defereẽ/pœnam maleficij poſtulante. Ille ſe punitur ū maleficos libere aſ
ſerens: die ad pœnam pſtituta: captos homicidas reliquoſq; in publicum produci
iuſſit: tanq̄ illos capite mulctaturus. Conuenerāt ad famā rei/tum græci pmulti/
tum ppl's uniuerſus Perę expectantes pœnam: ſacerdoteſq; aderāt parati cū cru
cibus: veluti elaturi cadauera mortuor ū. Tum ptor ſilentio per pconē facto/ omni
bus maleficij reis culum radi fecit: aſſerens Ianuenſes barbam non in facie/ſed cir
ca nates ferre. Ita raſura & faciei & culi ęquata maleficij pœna eſt.

¶ Facetum contra Romanos qui edunt virtutes

Kalendas Maij Romani varia leguminū genera quę virtutes appellant ſimul
coquunt/mane eduntq;. Franciſcus Lauegnis Mediolanenſis/per iocū cū is mos
recitareẽ inter ſocios/nequaq̄ mirum eſt inquit Romanos a ſuperioribus dege
neraſſe; cum ſingulis annis eorum virtutes edendo abſumant.

¶ De quodam qui vouit candelam virgini Marię.

Cum eſſem in Anglia audiui facetū dictū cuiuſdā magiſtri onerarię nauis/qui
Inãia vota. erat hibernicus. Iactabaẽ magnis in mari fluctibus nauis/& tēpeſtate quaſſabaẽ:
adeo ut ſalutē oēs deſperarent. Magiſter ſi ſalua nauis euaderet tempeſtatē cui
dam eccleſię dei genitricis v̄ginis Marię/quæ ante ob ſimilia miracla inſignis erat/
vouit candelam cęream inſtar mali nauis. Tum ſocius cum votū culparet/ut diffi
cillimū factu: cū in tota Anglia tantū cærę non eſſe affirmaret ut talis candela poſ
ſit cōfici. Oh tace inqt magiſter: & quantū libet matri Dei polliciar: dūmodo pericu
lum euadamus ſine. Nam ſi ſaluabimur/candela parui nummuli contenta erit.

¶ Facetum item de alio qui fecit votum ſancto Ciriaco.

In eandem ſniam Anconitanus qdam mercator in ſanctū Ciriacū (quē ciuitas
barba promiſſa depictū patronū colit) iocatus eſt. Iactata magnis aliquādo flucti
bus naui/mortē veritus/domū Ciriaco infra certū tpus ſe daturū vouit. Eo elapſo
id antiſtiti eccleſię per cōfeſſionē faſſus eſt. Sacerdos (utile em̄ id ſibi futurū erat)
ad exoluendū votū hortaẽ. Ille ſe tanto onere exoluturū pollicitus/cum ſæpius &
non abſq; rephenſione promiſſi nimiū dilati admoneret: ſeu moleſtia ſacerdotis
tam frequent monētis: ſeu ipietate motus ſemel interpellatus. Ohe ne me amplius
hac de re obtundas ait: nam maiorē q̄ qua Ciriacus eſt iam barbam decępi.

¶ Mulier vidua quæ cupiebat habere virum profecta ætate.

Mulier vidua cum diceret vicinę: ſe licet iam de vita huius ſęculi nō curaret/cu
pere tamē virū quietū profecta ætate ſocietatis potius & cōmunis vitę ſubſidij/q̄
alterius rei cauſa; cum potius de ſalute animę/q̄ corporis laſciuia eſſet cogitandū;

Illa inuenturā ſe eiuſmodi virū pollicita / poſtridie ad viduā redit: & ſe cōperiſſe
virum teſtatͣ: in quo om̄es quas cuperet v̄tutes ineſſent: & illū in primis qđ ipſa
optare videret/mancū virilibus eſſe. Tum vidua. Iſtū inquit ego virū nullo pacto
volo. Nam ſi pacialis (ita em̄ hoim appellauit genitorē) deſit: quis mediator (pa-
cifice em̄ cum viro viuendum eſt) ſi quādo ut fit altercatio grauior/ aut diſcordia
inuicem oriretur/ conſtitueret inter nos pacem?

¶ De quodam fratre abbatiſſam impregnante.

Abbatiſſam certi monaſterij de urbe quā noui/ cum amaret frater ordinis Mi-
norū: petijt ſæpius cōcubitū eius. Id deneganti mulieri/ eo ꝙ vereret̄ ne cōciperet:
& exinde pœnā metuenti. Pollicitus eſt frater quoddā breue (ut appellant) ſe il-
li daturū: qđ ſi ad collū filo ſericeo ſuſpēſum ferret/ prohiberet ꝓlem: & eo modo
ſecura coire cū quocūq; vellet/ poſſet. Credidit illa qđ optabat. Frater mulierē ſæ-
pius cōpreſſit. Poſt tres menſes mulier grauida cōperta eſt. Id reſciſcens frater au-
fugit. Abbatiſſa ſe deluſam cōſpiciens/ breue illud diſſoluit: aperuitq; ut videret
qđ intus eſſet ſcriptū. verba hæc erant vulgaria. Aſca imbaraſca. non facias te ſup
poni/ & non implebis taſcam. Optima ad prohibendā fœcunditatē incantatio.

¶ Cuiuſdā pueri miranda reſponſio in Angelottū Cardinalem.

Angelotto Cardinali Romano homini mordaci/ & ad iurgandū ꝓmpto: ver-
borū ſatis/ prudentię parū erat. Ad eum (cū pontifex Eugenius eſſet Florētię) ac
ceſſit viſitandi gr̄a puer decēnis admodū ſcitus: uſus paucis v̄bis/ orōne ſatis luc-
lenta. Admiratus angelottus pueri grauitatē/ ſuauitatēq; dicendi. ac nōnulla per-
cunctatus. Ad quę puer ſcite reſpōdit / verſus ad aſtantes: Simili ingenio/ & ita do
cti a puericia inquit/ creſcentibus annis decreſcunt intellectu: & ſtultiores ꝑfecta
ætate euadunt. Tum puer extēplo: doctiſſimus ergo ꝑfecto/ ſapientiſſimuſq; prę
cæteris vos in teneris annis eſſe debuiſtis. Obſtupuit ſubito faceteq; reſponſo Car
dinalis/ ſtulticię ab illo rep̄henſus quem ferme infantem videbat.

¶ De diſcipulo cerdonis qui ſubagitabat uxorē magiſtri.

Aretij diſcipulus cerdonis ſępius domū redibat/ ſimulans ſe ibi cōmodius cal-
ceos ſuere. Orta ex frequēti receſſu ſuſpitione: cerdo domū cum inſperato rediſ-
ſet/ diſcipulū ſubagitantē uxorē dep̄hendit. In quem cōuerſus cerdo: Pro iſtiuſmo Patia mari
di ſutura inquit/ nedum pecunias dem tibi: ſed habeto gratias malas. ti.

¶ Facetia cuiuſdā adoleſcentulę quæ emittebat petum.

Nupta adoleſcētula ad parentes ꝓficiſcens/ cum per ſiluā iter cum viro faceret:
cōſpectis nōnullis ouibus q̄s arietes ſubigebāt: q̄ſiuit cur potius cū illis q̄; cū alijs
coirent? Vir iocando / quæ petum facit ouis inquit ſtatim comprimitur ab ariete.
Petijt illa: Nunqđ & viris id moris eſſ;? Cum vir annuiſſet. Illa ſtatim petū edidit.
Vir ioco ſuo dep̄henſus / uxorem cognouit. Cum deinde paulū vię proceſſiſſent/
iterum mulier pepedit. Vir denuo matrimonio uſus eſt. Cum iam ad finē nemo-
ris perueniſſent: fœmina tali ludo gaudens tertio petum emiſit. Tunc vir coeūdo
& ambulando feſſus: Non ſi cor cacares ait/ te amplius ſubagitarem.

¶ Quid ſit acceptius Deo: dicere/ aut facere.

Facetus qđam notus meus petiuit a religioſo: utrū eſſet Deo acceptius/ dicere/
aut facere? Ille facere cū dixiſſet. Ergo ait plus meret̄ qui facit p̄r nr̄: q̄; qui dicit ait.

¶ De Aegyptio hortato ad fidem.

Hortatus eſt Chr̄ianus quendā infidelē Aegyptiū: quo cū ſibi diutina vitę cōſue
tudo fuerat/ cū is in Italiā veniſſet: ut ſeꝯ intereſſet in eccl'ia dū miſſa ſolēnis celebra
retur. Aſſentit ille: & miſſę interfuit cū chr̄ianis. Rogatus deinde in cœtu qđ ſibi de
cęremonijs & ſolēnitate officij videret̄? R̄ndit oīa recte & ex ordine / p̄ter unū ſi-
bi videri facta. nullā em̄ charitatē in ea miſſa eſſe ſeruatā: cū unus ſolus/ reliqs eſu-
rientibus comediſſet ac bibiſſet/ nulla portione cibi ac potus reliquis impenſa.

¶ De epo Iſpano qui comedit perdices pro piſcibus.

Epiſcopus Iſpanus iter faciens die veneris ad hoſpitiũ diuertit. Miſſoq; ſeruo qui piſces emeret: non reperiri eos venales / ſed duas perdices patrono retulit. Ille eas emi / & ſimul coqui / ac in mẽſam ferri iuſſit. Admiratus ſeruus qui eas emptas pro die dñico crederet: queſiuit ab epo num eas eſſet eſurus: cum tali die carnes eſſent prohibitę: Tum pro piſcibus inquit utar. Multo id magis admirãti reſpõſum. An neſcis ait me ſacerdotẽ eſſe: Quid eſt maius inquit: ex pane corpus Chri facere: an ex perdicibus piſces: Factoq; crucis ſigno cum eas in piſces verti impaſſet / pro piſcibus uſus eſt.

¶ De fatuo dormiẽte cũ archiepo Coloniẽſi / qui dixit eũ qdrupedem.

Fatui proditio.

Archieps Coloniẽſis defunctus habebat in delitijs fatuum qui ſecum in lecto cubabat. Cum aliqñ monialis eodẽ in lecto iaceret: ſenſit fatuus qui in inferiori parte iacebat / plures ſolito eſſe in lecto pedes. Tacto uno pede queſiuit cuiuſnã is pes eſſet: Suum eſſe reſpondit archiepiſcopus. Cum alterum / deinde tertiũ / quartũq; tetigiſſet: omes archiepus reſpondit ſuos eſſe. Tum ille feſtinus ſurgens ad feneſtram prodijt / magna voce exclamans. Accurrite omes ad videndũ nouũ & inſuetum monſtrum: noſter enim archiepiſcopus quadrupes factus eſt. Ita patroni turpitudinem detexit. Inſanior eſt certe fatuo qui fatuis delectatur.

¶ Facetum Martini pontificis in oratorẽ moleſtum.

Petebat a pontifice Martino. v. orator ducis Mediolani neſcio qd inſtantius: qd ille cõcedere nolebat. Cũ orator importunius inſtaret: ſequebat̃ petẽdo pontificẽ uſq; ad cubiculi fores. Tũ ille ut ſe ea moleſtia eximeret / poſita ad genas manu. Ho dentes ſumme doleo inquit. relictoq; oratore cubiculũ ingreſſus eſt.

¶ De quodã qui damnabat vitam Cardinalis Angelotti.

Dãnabat qdam multis v̄bis vitã & mores Angelotti cardinalis defuncti. Fuit em̃ rapax & violentus: ut cui nulla eſſet cõſcia. Tũ ex aſtantibꝫ unus. Opinor inqt diabolũ iam voraſſe & cacaſſe eũ ſepius ob ſcelera ſua. Alt̃ vir facetiſſimus. Adeo mala caro eius fuit inqt / ut nullus demon quãtumuis bono ſtomacho / illam pre nauſea comedere auderet.

¶ De fatuo qui militẽ florentinũ irridebat.

Erat olim Florẽtię equeſtris ordĩs vir nobis notus / ſtatura admodũ paruus: & barba utebat̃ paulũ prolixa. Quidã fatuus eum irridere cępit: & in ſtaturã ac barbam iocari quotiẽs in via in ipm incidiſſet / adeo importune aliqñ ut moleſtus eſſ;. Hoc equitis ſentiens uxor / fatuũ ad ſe vocatũ optimo cibo farſit: veſteq; dedit rogans ne amplius illuderet viro. Promiſit ille. Et cũ offenderet aliqñ hoiem / tacitus pteribat. Hoc admirati aſtantes / ad loquendũ irritabãt: ſimul q̃rentes cur nil ut antea loqueret̃: Tum ille digito ad os poſito. Obturauit inquit os meũ ut amplius nequeã loqui. Optimus ergo ad cõciliandam beniuolentiã opiſex eſt cibus.

¶ Excuſatio ſterilitatis filię ad patrem.

Sterilitatis excuſatio.

Dñi cuiuſdã uxor reiecta ac repudiata eſt a viro poſt annos aliquot ob ſterilitatem. Cum in domũ paternã rediſſet: obiurgauit eam ſecreto pater: q̄ nõ & cũ alijs creandis liberis opam dediſſet. Tũ illa. Mi pater inqt / nulla huius rei reſidet in me culpa. oms em̃ domeſticos / etiã ſtabularios ſum expta an poſſem cõcipere: & nullius uſus ꝓfuit mihi. Doluit filię fortunã pater procul exiſtentis a ſterilitatis culpa.

¶ Ioannis andreę adulteriũ deprehendit.

Ioãnem andream doctorem Bononienſem / cuius fama admodũ vulgata eſt: ſubagitantẽ ancillam domeſticã uxor dephendit. Re inſueta ſtupefacta mulier / in virum verſa. Vbi nunc ( ait Ioães ) eſt ſapientia veſtra: Ille nil amplius locutus / in vulua iſtius reſpondit / loco admodum ſapientię accõmodato.

¶ De fratre minorũ qui fecit naſum puero.

Romanus vir facetiſſimus in coetu mihi cõfabulanti / retulit hiſtoriã riſus plenã

quę acciderat vicinę ſuę. Frater inꝗt ordinis Minorū noīe Laurētius/ oclos cōiecerat in adoleſcentulā formoſam nuptā vicino (& nomē retulit) meo. Quęrēs ulterius ꝓgredi: petiuit a viro/ ut primę prolis cōpater eſſet. Preſentiēs frater qui oīa veſtigia adoleſcētis obſeruabat illā eſſe pregnantē: viro pſente acceſſit ad mulierē: & tanꝙ futurorū diuinator dixit: & grauidā illā eſſe: & parituram/ qđ plurimū mœſticię afferret. Mulier de fœmina ſuſpicās dictū: Etiā ſi fęmella fuerit inꝗt/ erit gratiſſima. Aliud qđ grauius mœſto vultu frater aſſeuerās/ ſcrupulū qđ eſſet noſcendi iniecit mulieri: quo inſtātius futura rogabat mulier. Ille cōſtantius ſe dicturum negabat. Tandē ſua mala noſcendi cupida mulier/ clam viro accerſito fratre multis precibus īpetrauit: ut ſibi qđ id monſtri eſſet referret. Ille ſilentio opus eſſe dictitans: tandē ait illā maſculū paritură & abſꝙ naſo: quæ eſt turpiſſima oīm in facie hoīs nota. Exterrita adoleſcentula: & nunqđ remediū adhiberi poſſet petens: Annuit ille: ſed certa die opus eſſe ut cum ea cōcūberet: & ſe ſuppleturū viri defectū/ & puero additurū naſum. Quāuis durū id fœminę videret: tamē ne infans informis naſceret/ pſtituta die ſe ſubdidit fratri. Et cum ille nondū naſum perfectū eſſe diceret/ ſæpius cū muliere cōcubuit. Illa prę verecūdia cū ſtaret īmobilis: frater moueri eam iubebat/ ut ex cōfricatiōe magis naſus cohęreret. Tandē caſu maſculus ortus eſt: & naſo admodū ꝓtento. Id admirante muliere: frater nimiā naſo ꝑficiendo opam impenſam dixit. Hoc ipamet viro retulit: exiſtimās rem infandā filiū abſꝙ naſo deformatū naſci. Qđ & maritus laudauit: & opam cōpatris nō eſt aſpnatus. Laſciua in naſutos

¶ De mendaciſſimo Florentino.

Erat Florentię qdam adeo mēdacijs aſſuetus/ ut nunꝙ verum ex ore ſuo proderet. Vnus quo cum ſæpius cōſueuerat/ multiſꝙ fallacijs uſus erat: cum ei ſemel mendax obuiam fieret tanꝙ locuturus. Mentiris inquit ille. Quomodo mentior ait/ qui nihil dixi? Tum alter, Ego ſi quid loqueris aio.

¶ Zelotypus qdam ſe caſtrauit ut uxoris ꝓbitatem cognoſceret.

Quidam in ciuitate Eugubij admodum zelotypus Ioannes nomine/ neſciebat quo maximo modo animaduerteret/ ſi uxor cum altero aliquo cōſueuiſſet. Excogitata calliditate zelotypus digna ſeipm caſtrauit: eo cōſilio/ ut ſi uxor poſtmodū concępiſſet/ in adulterio fuiſſe conuinceret.

¶ Sacerdos offerentibus quid dicens audiuerit.

Cum quidam ſacerdos caſtri Florentini in offertorio quod die ſolēni ex cōſuetudine recipiebat a populo/ illud de more diceret offerentibus, Centū pro uno accipietis/ & vitam ęternā poſſidebitis. Vnus ſenex nobilis qui nūmū dabat/ auditis his verbis ſatis dicerē inꝗt/ ſi tantū capitale (ut vulgo dicit) redderet mihi.

¶ Sacerdos pdicauit & in numero errauit/ centū pro mille dicens.

In eadem ſententia qdam cum exponeret populo ſuo euangeliū: referens ſaluatorē noſtrum quinꝙ panibus/ quinꝙ milia hominū ſaturaſſe: errore dixit pro quinꝙ milibus quingentos. Tum clericus ſuus/ cum ſubmurmurās diceret eum in numero erraſſe: cum quinꝙ milia euangeliū referret. Tace inquit ſtulte/ nam vix numerum quem dixi credent.

¶ Sapiens dictum Cardinalis Auinionen̄. ad regem Francię.

Viſum eſt mihi in has cōfabulationes noſtras cōferre ſalſum dictū Cardinalis Auinionenſis viri prudentiſſimi. quem cum pontifices Auinione morarent/ cum equi plures ſtrati faleratiꝙ vacui ſeſſoribus pro magnificētia preirēt: rogauit eum rex Francię indignabundus: Nunquid apoſtoli ea pompa uſi eſſent? Tum Cardinalis: nequaꝙ reſpondit: ſed aplos eo quoꝙ fuiſſe tempore inquit/ quo & reges alijs moribus viuerent: cum paſtores eſſent & armentorū cuſtodes.

¶ Terribile factum in Lateranenſi eccleſia.

Non cõfabulandi/ſed à ſceleribus deterrẽdi gr̃a res monſtro ſimilis referꝰ. Quidã religioſus ex ordine Auguſtinenſium romanus/dum ṽba haberet ad p̃plm hac quadrageſima me aſtante:hortaretq̧ ad cõfeſſionẽ peccatorũ: hoc miraculũ ſibi accidiſſe ſex annis dixit. Cum noctu in baſilica Lateranẽſi cum alijs ſurrexiſſet poſt mediã noctem ad matutinas horas Deo canendas:ait vocem ẽ ſepulchro quo antea.xviij.diebus q̃dam romanus ciuis cõditus fuerat prodiſſe/ſæpius cõpellantẽ ut ad ſe adirent. Illos ad primã vocem territos:tum paulũ confirmato animo quo vox trahebat acceſſiſſe. Ac ſubinde mortuũ dixiſſe:ne timerẽt:ſed irent/calicẽq̧ afferrent/& lapidem ſubmouerent. Quo facto/ſurrexiſſe mortuũ:ac hoſtiam ſacratam quam ante mortem ſumpſerat in calicem ſpuiſſe. Tum dixiſſe ſe damnatum maximis cruciari pœnis:eo ꝙ mr̃em filiamq̧ cognouerat: quę ſcelera nunq̃ fuiſſet confeſſus. His dictis cadauer recubuiſſe.

Ia non plene cõfitẽtes

¶ Predicator multũ clamans quomodo cõfundebaꝰ.

Cum religioſus ad ppl'm p̄dicans ſepius (ut ſtultorꝫ mos eſt) magna voce clamitaret:q̃dam ex aſtantibus fœminis ad exclamãtis veluti rugitũ plorabat. Hac re ſæpius a ſe aduerſa/religioſus exiſtimãs mulierẽ verbis ſuis ex cęlo Dei & cõſcientia motã flere:ad ſe vocatã rogauit quę cauſa eſſet gemitus: & num ṽbis ſuis mentis ſpiritu agitata/lachrymas illas pias ut putabat effunderet. Illa ṽo vocibus & clamoribus eius impulſa/ſe acriter animo cõmoueri & dolere reſpõdit. ſe em̃ viduã eſſe/cui olim aſellus a marito eſſet relictus:ex quo ꝑtem ſui victus traheret: cũ ſæpius ut religioſus ille cõſueuerat rugire die noctuq̧ ſolitũ/tuſſic defunctũ ſe miſeram ſine ſubſidio reliquiſſe. Itaq̧ cũ p̄dicantẽ illũ audiret magnis vocibꝰ reſonantẽ/ſiſem illũ voce aſino ſuo videri:cuius recordatiõe cõmota ad flendũ etiam inuita impelleretꝰ. Stultus ille latrator potius q̃ p̄dicator ſua ſtulticia confuſus abijt.

¶ De adoleſcentula per ſenem maritum deluſa.

Florentinus iam ſenex uxorem duxit adoleſcentulã: quæ a matronis edocta/ut primo inſultu noctis obſiſteret viro:neq̧ primo prelio arcem traderet/renuit congreſſum. Vir ad nauigandũ plenis ad id impenſa opera velis paratus/ubi illã renitentem cognouit:quęſiuit cur ſibi non obſequeretꝰ. Cum virgo dolorem capitis cauſaſſet:vir demiſſa virga in aliud latus reuolutus uſq̧ ad diluculũ dormiuit. Puella ſentiens ſe non amplius peti:dolenſq̧ conſilium datum & ſe poſtulanti nõ conſenſiſſe:excitato viro dixit/ſe non amplius dolere caput. Tum ille. & ego nunc doleo caudam reſpõdit/uxore virgine ut erat relicta. Sanum igitur conſilium eſt accipere rem proficuam cum datur.

¶ De reliquijs bracharum cuiuſdam Minoris.

Res digna riſu/& ut cõfabulatoĩbus inſeraꝰ nuꝑ accidit Amelię. Nupta mulier & mota ut exiſtimo bene agẽdi cõſcia/cõfitebaꝰ peccata ſua religioſo ex ordine Minorꝫ.hic inter loquendũ exarſit in cõcupiſcentiã carnis. Et tandem multis ṽbis muliere in voluntatẽ ſuam traducta/q̃rebaꝰ facultas & locus rei cõficiendę. Placuit ut mulier ſe ęgrã fingens/hunc frẽm pro cõfeſſore ad ſe vocaret: cõſueſſe em̃ ſolos eiuſmodi hoĩes relinqui: ut remotis arbitris quę ad aĩam ſpectant libera ſit loquẽdi facultas. Illa ficta ægritudine corpis lectum ingrediꝰ:dolorẽ pergrandẽ ſimulat:cõfeſſorem accerſit:qui ut ad eam venit cũ cæteri abiſſent/ſolus ſolã ſepius cognouit. Cum diutius morarenꝰ:interuẽtu aliorꝫ/frater veluti nondũ ꝑfecta cõfeſſione abijt/poſtridie reuerſus. Redit:mulieris ſupra lecticã brachis poſitis/priori modo peccata examinat. Vir nõnihil ſuſpicans de tam longa cõfeſſionis mora/cubiculũ ingreditur. Ille ſubito interuentu ꝑculſus/brachas oblitus abijt. Maritus brachis viſis exclamat adulterũ/non fratrem eſſe:totaq̧ domus ad bracharum cõſpectum facinus indignum conclamat. Eueſtigio primarium conuentus fratrum vir clamitans conuenit:indignũ factum queritur:mortem malefico minaꝰ. Alter

In minores

qui ſenex erat iram comprimit: aſſerens illum in proprię familię ſuimcq; dedecus exclamare: taciturnitate & reticentia eſſe opus / ut contegeret crimen. Ille ita rem palam eſſe repertis brachis ait / ut nequeat zelari. Senex ad id remedium profiteturaſſerturum ſe em̄ illas ſancti Franciſci brachas eſſe / quas frater ad liberandum mulierem portarit: acceſſurū q; eo profitet̃ cum proceſſione & pompa / brachaſq; publice exinde reportaturū. Probato conſilio / primarius ille fratres illos conuocat: ac cum cruce veſtibuſq; ſacris domum illius accedit: brachaſq; deuote capiens / & tanq; reliquias religioſas ſuper peplum ſericium ſuſpenſis manibus ferēs: tum viro / tum matri / tum reliquis obuijs exoſculandas porrexit: & magna cum cerimonia & cantibus ad conuentum deductas / in ſacrario cum cæteris reliquijs locauit. Detecto poſtmodum dolo / oratores eius urbis queſtum eam iniuriam venerunt.

¶ De breui contra peſtem ad collum ſuſpendendo

Nuper cum iuiſſem Tibur / cupidus vidēdi liberos quos eo peſtis cauſa ex Vrbe miſeram: audiui rem dignam riſu & confabulationibus noſtris. Paucis antea diebus frater quidam ex his circulatoribus in vicinis caſtellis ad ruſticos prædicans / pollicebatur (erat enim peſtis ſuſpicio) ſe daturum eis certum ut aiunt breue / quod ad collum qui geſtarent nunq; peſte poſſent perire. Stulta plæbecula hac ſpe cōmota / precio quo poterant breuia redimentes / ad collū filo virgineo ſuſpendebant. Edixerat autē frater ne quis breue ante diem. xv. reſeraret. id ſi feciſſent / virtutem amiſſurū. Multis contractis nummis frater receſſit. Breuia poſtmodum lecta ſunt (ut eſt cupiditas hominū noua cognoſcendi) in eis vulgaribus verbis ſcriptum erat. Donna ſe fili & cadeti loſuſo / qñ te ſietti tieni loculo chiuſo. hęc ſunt latine. Mulier ſi filas & cadit tibi fuſus: quando flectis tene culum clauſum. Hoc omniū medicorum pręcepta exuperat & medelas.

¶ Angelotti Cardinalis os potius claudendum aperiebat.

Angelottus Romanus admodum loquax & maledicus / nemini parcens erat. Cum culpa tempis / ne dicam ſtulticia hoim Cardinalis factus eſſet: aliquādiu ut moris eſt / in ſecreto cōſiſtorio Cardinaliū tacuit. vulgo em̄ clauſum os tenere nouos Cardinales aiūt: donec Pontificis permiſſu loquant̃. Cardinalis ſancti Marcelli certo die cū ab eo petiſſet: & quidnā in cōſiſtorio egiſſent? Os inqt aperuimus Angelotto. Tū ego. Satius inquā cōſultiuſq; fuiſſet / illi os ſera valida occluſiſſe.

¶ Equum exquiſitum preſtauit Redolphus ſe petenti

Ab Redolpho Camerinenſi / cuius ſupra meminimus / qdam nobilis ex Piceno dono petiuit equum: cui tot conditiones ad pulchritudinē virtutēq; adiecit / ut nullo pacto talis equus inter ſua armenta repiri poſſet. Tum Redolphus / quo illius volūtati ſatiſſieret: equam & ſtallonē (ut vulgo aiunt) ex ſuis elegit: atq; ad illum deſtinauit: ingens ſe ei inſtrumēta mittere qbus equū ſuapte modo conficeret: cum nullus eiuſmodi prout poſtulaſſet inter ſuos reperiret. Hæc v̾ba monēt: ne adeo exquiſita petamus: ut aut difficilia ſint / aut negent̃ honeſte.

In petentes īmoderatius.

¶ Contentio mulierū extorſit dictum riſu perdignū

Quędam in Vrbe (quā nouimus) mulier corpis quęſtu vitam ducens / habebat filiam grandiorē natu admodū pulchrā: quā Veneri dedicauerat. Orta inter ipſam aliqñ & vicinam ſuam eiuſdem profeſſionis cōtentione / ad iurgia & verborum cōtumelias puenerūt. Cum vicina quorundā maiorū auxilio cōfiſa / matri & filię acriter minaret̃: tunc illa / tacto filię deſup femore: Hoc mihi ſaluet & cuſtodiat deus inquit: q; tuta om̄ia tua verba & minas contemno. Optime quidem reſpondit. nam egregio patrocinio / & quo multi delectabant̃ fidebat.

¶ Sacerdos laicum deluſit ſe capere volentem.

Sacerdos quidā meridie cum uxore ruſtici iacebat in lecto ſub quo latebat ru-

ſticus ut ſacerdotem dep̄henderet. Cum ſacerdos labore forſan nimio in quandā leuem vertiginē incidiſſet/neſcius virum ſub lecto abſconſum. O totum terrarū orbem mihi videor cōſpicere/inquit. Tum ruſticus/qui pridie aſinum perdiderat iniuriarū oblitus: Ho reſpice quæſo ait/an ſicubi aſinū meū forſan videas.

¶ Fulloni in Anglia accidit res miranda cum uxore.

Mutua cōiugū deceptio.

Cum eſſem in Anglia Fulloni res ridenda & haud reijcienda noſtris cōfabulationibꝫ contigit. Is cum uxorē haberet: multoſq; p̄terea in familia iuuenes atq; ancillas: iniecit animū in unam earꝫ quę pulchrior atq; venuſtior videbat̄. Cum eam ſuper coitu requiſiuiſſet ſępius: illa rem detulit ad matronam. Eius cōſilio aſſentiī patrono. Pręſtituta die atq; hora/ in locū ſecretū ac ſubobſcurū matrona latuit p̄ ancilla. Acceſſit vir: mulieremq; cognouit neſciens uxorem eſſe. Peracto opere/ exiens a cōclaui quid egiſſet narrauit uni ex iunioribus: eumq; hortatus eſt ut etiam ipſe ancillam prout credebat ſubagitaret. Acceſſit ille. quē mulier pro viro excepit/ nihil locuta. Cum poſt eum & item altera viro miſſus eſſet: mulier exiſtimans maritum eſſe/tertiū congreſſum paſſa eſt. Et ipſa virum/& illi ancillā eſſe opinati. Digreſſa occulte poſtmodū a loco mulier/noctu maritum redarguebat qui in ſe eſſet remiſſus/& in ancillam adeo libidinoſus/ut una die ter ſe pro ancilla cognouiſſet. Diſſimulabat vir errorem ſuum/& uxoris cuius ipſe cauſa fuiſſet peccatū.

¶ Confeſſio Tuſca/ & poſtea Bruſca.

Quidam qui ſororis pudicitię non pepercerat/Romam acceſſit criminis confitendi cauſa cōfeſſorem quęrens/qui Tuſcus eſſet. Oſtenſo hoīe/acceſſit primū: petens an tuſce loqui noſſet. Annuente illo: inter cætera delicta dixit/ ſe cum eſſet in cubicl'o ſolus cum ſorore tenſa baliſta ſagitaſſe illam. Tum cōfeſſor. Ho ſcelus inquit: nunquid ſororem occidiſti? Minime reſpondit ille: ſed tu non intelligis ſermonem tuſcū. Noui ſatis alter ait: cum ſim ibi genitus. Nempe dixiſti: tenſa te baliſta ſagitaſſe ſororem. Non ait ille ita intelligo: ſed dico me tetendiſſe baliſtam/ & impoſuiſſe ſagittam/& in ſororem miſiſſe. Num tu vulneraſti eam inquit? aut faciē vel aliquod membrū lęſiſti? Ho reſpondit ille: neſcis ſane loqui tuſce. Atqui alter verba quæ dicis noui: ſed caue ne tu loqui tuſce ignores. Non dico inquit me ſororem vulneraſſe: ſed ſagittam tenſa baliſta emiſiſſe. Confeſſor qui diſſimularet ſe ignorare quę diceret: ille vero iteraret cōfeſſorem non intelligere tuſcam linguā: repetens baliſtę & ſagitte caſum: niſi alijs verbis utaris ait/quid ſentias ignoro. Tū alter/cum diu pudore tergiuerſaſſet: tandem vulgaribus verbis dixit aperte/ſororem ſuam ſe compreſiſſe. Hic alter: nunc tu loqueris tuſce apud Tuſcum inquit & te plane intelligo: & impoſita erroris pœnitentia receſſit. Mali animi eſt pudorem verbis oſtendere/cum opere impudicus fueris ac ſceleſtus.

¶ De pręlio Picarum & Gracularū.

Hoc anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo/menſe Aprilis res monſtro ſimilis accidit in cōfinibus Gallię/& eius quæ nunc dicit̄ Britānia. Picę & Graculę aues aciebus inſtructis in aere īmenſo languore per uniuerſum diem arciter pugnarunt. Victoria penes Graculas ſtetit. ex eis ad duo/ex picis ad q̄tuor milia in terra mortuę ſunt repertę. Quid id prodigiū ferat / tempus oſtendet.

¶ Facetum dictum Franciſci Ianuenſium filijs

Franciſcus quaratenſius mercator florētinus morabat̄ Ianuę cum uxore & familia. filij ſui macilenti erant & graciles corpore: Ianuēſium filij habitiores ſunt & robuſtiores. Petiuit q̄dam ex eis ab Franciſco/cur filij eius ita tenues eſſent & natura imbecilles: Ianuenſiū vero non ita. Tum ille: cauſa eſt inq̄t in p̄mptu. ego enī ſolus filios meos creo: vobis vero ad filios procreandos multorū ſubſidia opitulātur. Ianuenſes quippe/ſumpta uxore paulopoſt nauigant/uxores deſolatas viris aliorum pręſidio ( ut aiunt ) annis pluribus relinquentes.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ De facto cuiuſdam Florentini iuſto/ſed bruto.

In procos nocturnos

Retulit in cœtu hoim mihi familiaris: Florentinũ quendã quem noſſet/uxorẽ formoſam habuiſſe:quã multi proci ſequerent̃. Ex eis qdam ſerenatas (ut aiunt) cum ſæpius noctu accenſis cęreis (ut moris eſt) in via prope domum facerẽt virum admodũ facet::n ſemel tubarum cantu excitatũ: cum ſurrexiſſet de lecto ad feneſtrã cum uxore acceſſiſſe. cõſpectaq; tumultuantiũ & laſciuientiũ turba/magna voce aſtantes rogaſſe ut ad ſe paulũ ſuſpicerent. Cum oclos oms ad eam vocem ſuſtuliſſent:illum erecto & extra feneſtram porrecto/cuius erat copioſus/priapo:inanem laborẽ & inutilem ſumere illos ait:cum viderent ſe habere unde etiã uberius q̃ ipi poſſent uxori ſatiſfacere. itaq; conſulere ut huic eorum moleſtię parcerent non profuturę. Quo pfacete dicto ab ſupflua cura deſtiterunt.

¶ Faceta petitio ſenis laborem copulę non potentis.

Adiecit & alter ſil'em ſabellam Florẽtini quoq; vicini ſui:qui cũ eſſet ætate matura uxorem duxerat iuuenẽ. Hanc amare cępit Richardus de albertis adoleſcens nobilis ac pulcher: qui ſimiliter ſomno & cantu perſtrepentibus in via plurimis noctu hoiem a ſomno ſæpius excitabat. At is demum ad Benedictum adoleſcentis patrem profectus/narrata priori eorum conſuetudine/ & mutuis officijs: poſt longam querelam grauiter queſtus eſt ſe nihil cõmeruiſſe/ cur eius filius ſe vellet occidere. Ad hæc pater ſtupens/ idq; ægro animo ferens: reſpondit ſe id facinus prohibiturum: & ſimul rem ſibi narrari poſtulat quo filium poſſet acrius compeſcere. Tum alter. Vxorem meam inquit deperit filius tuus: ſæpiuſq; ſuis tibijs & ſonitu/me & uxorem noctu dormientes ſuſcitat:quo fit ut vigilans ultra q̃ vires ferant/uxorem ne alium appetat coner ſubagitare. Quod cum ſępius accidat/iam deficiunt ad id opus vires. Ita ni tuus filius ab incepto deſiſtat: iamiam tali vigilia peream neceſſe eſt. Quo ioci genere Richardus patris monitu haud amplius illi moleſtus fuit.

¶ Facetum dictum meretricis adiocans Venetis.

Cum eſſem in balneis petriolanis:audiui a quodam erudito viro dictum meretricis facetum ſane & haud indignum reliquarũ confabulationũ noſtrarum ſocietate. Scortum erat ait Venetijs vulgare: ad quod cum diuerſarum gentiũ viri accederent/quęſiuit ab eo aliquãdo quiſpiam/quæ ſibi hominũ natio maiori mẽbro virili eſſe videret. Mulier e ueſtigio Venetos reſpondit. Cum cauſa poſtularetur, Quoniam inquit/tam longo ſunt priapo: ut cum ſæpius in remotiſſimis & ultra mare ſitis prouincijs ve:ſentur:tamẽ cum uxoribus coeant & procreent filios. locata eſt in illorũ uxores:quas viri prouecti peregre relinquũt aliorũ curę.

¶ Facetum dictum indocti doctiores cõfundens.

Cum plures religioſi de ætate & operibus ſaluatoris noſtri/ & quomodo poſt trigeſimum annũ prędicare cepiſſet colloquerent̃: quidam rudis litterarũ aſtans/ quęſiuit ab eis:quid primum Ieſus fecit poſtq̃ trigeſimũ annum exceſſit. Cum alij heſitarent:alij varia ſentirẽt. Neſcitis inquit ille/ cum veſtra doctrina rem cognitu facilem. Petentibus illis quid primum egiſſet: Trigeſimũ primũ annum ingreſſus eſt ait. Oms oborto riſu/facetum hominis dictum cõmendarunt.

¶ Salſum hominis dictum contra mercatorem alios accuſantem.

Carolus gerij mercator Florentinus/ex his menſarijs qui romanã Curiã ſequũtur:acceſſit Auinionem/prout moris eſt mercatorũ/ qui in diuerſis prouincijs negociantur. Romam deinde rurſus/ in conuiuio domeſticorũ cum quęreretur ab eo inter loquendũ/ de vita & moribus Florentinorũ qui Auinione cõmorabant̃.

Reſpondit:gaudere omnes & alacres eſſe. Nam quicunq; ibi per annum fuiſſent/ clementes efficerent. Tum Aldigherius quidam ex conuiuis homo perfacetus/ rogat Carolum quanto tempore ibidem cōmoratus eſſet. Cum ſex menſes tm̄ Carolus reſpōdiſſet. Tum alter. Peroptimo inquit ingenio Carole extitiſti: qui qđ alij anno ſolent/tu ſex menſibus perfeciſti. Riſimus oms ſalſum hominis dictum.

¶ Bellum mulieris reſponſum ad iuuenē ſuo amore flagrantem.

Iuuenis quidā Florentię amore calebat mulieris nobilis atq; honeſtę: quam ad tēpla & quocūq; diuerteret frequentius ſequebat̄. Hic cum ſocijs tempus ſibi & facultatem dari optabat/quo mulierem paucis verbis ſe ad id pręmeditatis et compoſitis poſſet alloq. Cū ſemel ad templū ſanctę Lucię feſto die mulier acceſſiſſet: tempus loquendi adeſſe ex ſocijs unus ait, cum vidiſſet eam ſolam ad fontem adire aquę benedictę. Ille velut amiſſo ſpiritu ſtupidus/hortāte atq; impellente ſocio prope mulierem abijt: oblituſq; eorum quę cogitauerat: neq; auderet loqui. Socius autem inſtaret ut ſaltem verba funderet. Tādem ille. Domina inquit/ego ſum veſter ſeruitialis. Ad quæ verba ſubridēs foemina: ſatis ſuperq; ſatis famulorū habeo inquit domi/qui & ahena verrant: & ſcutellas ac inſciſoria lauent: ut pluribus mihi ſeruitialibus non ſit opus. Riſerunt ſocij & hominis ſtupiditatem/& bellum mulieris reſponſum.

¶ De nobili quondam tempore Friderici Imperatoris in armis prę́ſumenti: ſed nil facienti.

In preſumptuoſos.

Tempore quo Fridericus Imperator (qui in Bonconuento oppido Senenſiū defunctus eſt) prope Florētiam ad ſecundū lapidem ut hoſtis caſtra poſuit: multi nobiles ad tuendā patriam arma ſumpſerant/caſtris hoſtium inſultantes. Tum quidam ex nobili familia iactabundus/aſcenſo equo armatus/ extra portam extento curſu ferebatur: increpans tarditatem cæterorum: qui veluti timidi tardius incederent: ſeq; vel ſolum clamitans cum hoſtibus congreſſurum. Cum miliaris ſpacium currendo & vires iactando tranſegiſſet: videns quoſdam vulneribus cōfectos ab hoſtibus reuerti: cępit paulatim incedere tardius/ lentoq; paſſu proficiſci. Audito vero hoſtium cum ciuibus pugnantiū clamore: conſpectaq; a longe prę́liātium pugna/gradum fixit immobilis. Cum quidam qui eius iactatoris verba audierant/cur non ulterius progrederet̄ ad pugnam/ rogarent. Tum ille cum aliquamdiu ſiluiſſet: tandem / non ſentio me ita fortem & ſtrennuum armis eſſe ait/ut perſuaſeram mihi. Penſitandę ſunt animi & corporis vires: neq; plus promittendum q̄ queas pręſtare.

¶ De homine qui per bienniū cibum non ſumpſit / neq; potum.

Vereor ne id quod his noſtris confabulationibus inſeram cæteris fabuloſius videatur: cum & natura repugnet/ & præter modum videat̄ mirandum: ita tamen verum eſſe compertum eſt/ut impudens videat̄ id negare. Quidam Iacobus nomine/qui tempore Eugenij erat in Romana Curia ex his qui vocant̄ copiſtę: cū ad patriam Nouiomū in Galliā rediſſet/ incidit in morbum grauem & diuturnū. Longior eſſet futura narratio/ſi omnia recenſere velim / quæ ſibi in morbo aſſerit contigiſſe. Tandem poſt annos multos/anno ſexto Nycholai quinti pontificis/ reuerſus ad Curiam ut iret ad ſepulchrum Saluatoris noſtri: nudus & inops (nam in itinere inciderat in latrones) diuertit apud curiales vicinos meos honeſtiſſimos viros/ quibus antea fuit notus. Is biennio iam poſt morbum dicit ſe neq; comediſſe/neq; potaſſe: cuius rei periculum factum eſt ſæpius. Homo macerrimus eſt/ſacerdos / & ſanę mentis: ut qui officium continue dicat: & miſſam me vidente audierit. Plures & theologi & phyſici cū eo ſerio locuti ſunt: rem contra naturā aiūt.

ſediā certa eſt/ut peruicacis ſit id non credere. Concurſus fit ad eum quotidie hominum percontantium. Multi varia de hoc ſentiunt. Sunt qui exiſtiment corpus illud a dęmone habitari. Sed nulla ſigna in eo apparent niſi prudentis viri/probi & religioſi. qui hodie quoq; ſcribendi exercitio vacat. Alij humorem melancholicum aſſerunt prębere nutrimentum. Cum ipſo egomet ſæpius collocutus/falſa exiſtimans quæ dicebantur. Is quoq; non minus q̃ reliquos ſe ex hoc admirari dicit. Non tamen ſubito/ſed paulatim in hanc cōſuetudinem deſcendit. Ego rem hanc magis admirarer: niſi reuoluens nuper quoſdā annales/quos in Gallia olim tranſcriptos legiſſem idē tempore Lotharij Imperatoris/ & Paſcalis papę Anno domini Milleſimo tricenteſimo viceſimo ſecundo contigiſſe. Puellam ſc; duodecim annorum in territorio Tullenſi/villa cōmertiaci: poſt aſſumptam in paſchate ſacram cōmunionem/primo per decem menſes pane/ deinde triennio potu & cibo abſtinuiſſe poſtea rediſſe ad priorē vitam. Q͛d & iſte de ſe ſperat futurum.

¶ Facetum hominis dictum aſinum erudire promittentis.

Tyrannus ad exhauriēdum bona ſubditi qui ſe multa facturum iactabat: ſub graui poena præcepit: ut aſinum litteras doceret. Ille impoſſibile ait fore: niſi multū temporis ſibi in erudiendo aſino concederetur. Petere quantū vellet iuſſus: decennium impetrauit. Deridebat̃ ab oībus: quoniam rem impoſſibilem ſuſcępiſſet. Ille amicos ſolatus: Nil timeo inquit: nam interim aut ego moriar/aut aſinus/aut dñs. Quibus v̾bis oſtendit ſalutare eſſe rem difficilē in longū protrahi ac differri.

¶ De ſacerdote Epiphania an vir eſſet/vel fœmina ignorante.

Socius quidam in feſto Epiphanię narrauit mihi ſtulticiam ridiculam ſacerdotis contribuli ſui. Sacerdos fuit inquit/qui populo nuncians Epiphanię celebritatem futuram. Cras ait ſumma deuotione veneremini Epiphaniam. maximū eſt enim & pręcipuum feſtum. neſcio autem vir fuerit/an fœmina: ſed quiſquis extiterit/a nobis eſt ſummo timore hic dies cuſtodiendus.

¶ Fœnerator ficte pœnitens in peius recidiuat.

Ad ſenem quendam fœneratorē qui artem ſe deſciſſe ſimulabat/acceſſit homo pecuniam ſub fœnore ſumpturus. Tulitq; in pignus crucem argenteam: in qua erat portiuncula ligni crucis Saluatoris noſtri. Cum peteret̃ a ſene ut pecuniā mutuaret. Ego inquit ab hoc fœerandi peccato iam deſtiti: ſed vade ad illum filium meū ait (& nomen dixit) qui animam profligauit ac perdidit ut mutuet tibi. miſitq; domeſticum cum illo domum filij monſtraturū. Cum iam abiſſent longius: heus tu inquit domeſtico; dic filio ut meminerit deducere de precio ligni pōdus. Noluit qui ad conſcientiā ſe rediſſe finxerat/ut filius lignum crucis extimaret pro argento: id vilius argento putans. Facillime res in ſuam naturam redit. — In fœneratores

¶ De auiculis fabuloſe & falſe loquentibus.

Quidam auiculas capiens in cauea recluſas/ſtricto manibus capite interficiebat. Interim caſu lachrymas cępit emittere. Tum una ex recluſis ait reliquis. Bono ſitis animo. nam ut video lachrymantem noſtri miſeret. Hic ſenior ex eis. O fili inquit/non ad oculos reſpice: ſed ad manus. non ad verba/ſed opera monſtrans eſſe a nobis reſpiciendum.

¶ Catenis varijs collum cingens ſtultior eſtimat̃.

Ordinis equeſtris quidam Mediolanenſis miles glorioſus: qui orator Florentiam venerat quotidie in oſtentatione diuerſas varij generis ad collum catenulas deferebat. Huius inanem iactantiam videns Nycholaus nicolus vir doctiſſimus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& ad iocos promptus. Cæteri ſtulti inquit unica catena ſe vinciri patiuntur: huic uero autem inſania tanta eſt/ut non ſit una catena contentus.

¶ Facetum Redolphi domini Camerini in oratorem contra omnes dominos iniectum.

Bello quod inter pontificem Gregorium undecimū/& Florētinos eſt geſtum/ Piceni / & omnes ferme eccleſiæ Romanę prouincię a pontifice deſciuerunt. Orator Racanatenſiū Florentiam miſſus / gratulatus eſt apud priores ob reſtitutam eis Florentinorum ope libertatem: multiſq; verbis in pontificem ſuoſq; miniſtros/ & precipue contra dominos omēs & tyrannos inuectus eſt: malum eorum regimen & facinora deteſtatus. nulloq; adhibito reſpectu Redolffi domini Camerinis qui tum dux florentinorū aderat cum eiuſmodi legati audirent: diutius verſatus eſt in eorum detractione. Tum Redolffus petens ab oratore illo / cuius facultatis aut artis eſſet: cum ille Doctorem iuris ciuilis ſe diceret. Queſiuit quantum tempus legibus operam dediſſet. Cum ille/amplius decennio reſpondiſſet. Quā vellem inquit / ut ſaltem annum diſcretionis ſtudio vacaſſes. Stultum illum iudicans: qui tam multa ſe præſente contra dominos effudiſſet.

¶ De arbitro in cuius domo porcus oleum effudit.

In iudices corruptos.

Quidam arbiter inter duos litigantes datus/accepit ab uno urceū olei: ea ſpe et pollicitatione/ut pro ſe iudex ſententiā ferret. Hoc ſentiens alter/porcū pinguēm miſit iudici: rogans ut ſibi faueret. Tulit ille ſententiā pro porco. Quod ſentiens alter: cum & fidem datam/& oleum miſſum apud iudicem quereret. Porcus inquit quidam/ domum venit: & inuento oleo vas effregit atq; oleum diſſipauit/adeo ut tui fuerim oblitus. Optima venalis reſponſio.

¶ Iuuencularum a caluo quodam faceta deluſio.

Iuuenculę duę cum eſſent ad feneſtram domus ſupra hortum ſitę/ exibat hortulanus ſenex & caluus ad ſumendum cibum. Cum ille vidiſſent caluicię deformem/petiuerunt: Nunquid cuperet ſcire quo pacto pili naſcerentur. Aſſentiente illo/ioci cauſa dixerunt: ut caput aliquando urina lauaret uxoris. Tum ille ad eas verſus. Hanc veſtram medelam ( ridens inquit ) nequaq; veram eſſe uxoris meę factum comprobauit: quæ licet hunc ſocium meum ( priapum manu oſtendēs ) iam triginta lauerit annis/tamen nulli in eo pili exorti ſunt.

¶ De meſſer perde elpiato.

Henricus de monte leone cauſarum procurator erat in curia Romana / ſenex admodum/& parum in ea facultate ſcitus. Vnde meſſer perde elpiato / vulgari verbo appellabat. id eſt dominus perdens lites. Cum ſemel ab eo poſtularet/ cur in ſingulis ſemp cauſis ſuccumberet: Quoniā nullus inquit/ niſi iniuſticiam petēs litigaturus patrociniū meum petit: ut neceſſe ſit me ſemper eſſe in cauſa iniqua inferiorem. Faceta ignorantis hominis reſponſio.

¶ De cantilena tabernarijs placita.

Viator qdam eſuriens/cū diuertiſſet ad cauponulā ventrē cibo potuq; fartiuit. Petēte pecuniā caupone: ait nullos ſibi eſſe nūmos: ſed cātilenis ſe ſatis eſſe facturum. Tabernarius non cantu/ſed precio ſibi opus eſſe reſpondit. Quid alter/ſi eā cantionem dicam quæ placeat tibi: num ea pro pecunia cōtentus eris: Annuente caupone/ cępit viator canere: & an ea placeret interrogauit. Cum abnuiſſet caupo: unam/et deinde alterā cecinit. Nullius cātu ſibi ſatiſfieri ille teſtatus eſt. Hic viator: dicā ergo nūc inquit/eam quę tibi ſit placitura. Et arrepto marſupio diſſoluēſq; ſitu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cepit cantionem qua viatores uti conſueuerunt. Metti mano alla borſa/& paga lo
ſic.hoc eſt:mitte manum ad burſam/& ſatiſfac hoſpiti. Hac dicta/ nunquid illa ſi-
bi placeret rogat: Placet hæc inquit hoſpes. Tum viator:ſatiſfactum eſt tibi ex pa
cto ait:poſtq̧ hæc cantio placuit tibi. Ita abſq̧ ſolutione diſceſſit.

## ¶ De gracili quodam faceta reſponſio.

Ciuis noſter mihi amantiſſimus eſt admodũ gracili corpore ac macilentus. Ad
mirante quodam huius rei cauſam:facetus quidam. Quid miraris inquit / quod
eſt in prõptu ſemihorã quippe his,in cibo capiendo ſedet:in ſeceſſu ad emittendũ
duas. Mos eñ illi eſt/ut plurimũ tẽpis in purgando ventrem impertiat.

## ¶ Faceta reſponſio mulieris pugillare vacuũ habentis

Matrona e noſtris honeſtiſſima mulier / quęrenti tabellario. Nunquid lr̃arum
ad maritum dare vellet: aberat eñ longius rei publicę legatus. Quomodo inquit
poſſum ſcribere:cum vir calamum detulerit ſecum:mihi pugillare vacuũ relique-
rit. Faceta atq̧ honeſta reſponſio.

## ¶ Ridenda de paucitate amicorum dei reſponſio.

Ad ęgrum quendam ciuem noſtrum perfacetũ/qui graui morbo diutius tor-
quebat:acceſſit religioſus hortandi gratia. Cum vero inter cętera cõſolationis ver
ba dixiſſet:ſolere deum quos diligeret hoc pacto caſtigare & incõmodis afficere.
Non mirum eſt ( inquit ęgrotus ) ſi tam paucos amicos habet:habiturus ſi ita tra
ctaret eos etiam pauciores.

## ¶ De ſancti Antonij fratre & laico ac lupo

Religioſus ex his quæſtuarijs qui pro ſancto Antonio elemoſynã petunt: agri
colę ad dandum ſibi ( neſcio quid frumenti ) perſuaſit ea pollicitatione ut aſſere-
ret res omẽs ſuas & oues/præſertim per eum annum ſaluas atq̧ incolumes fore.
Huiuſmodi ruſticus promiſſis fidens:cum oues licẽtius vagari permiſiſſet: lupus
plures ex eis comedit. Qua ex re indignatus villicus/ cum anno altero quæſtuari
us pro frumento rediret:negauit ſe quicq̧ daturũ. & ſimul queſtus eſt inanes ſu-
as fuiſſe pollicitatiões. Sciſcitatus cauſam:reſpondit ab lupo oues ſuas raptas. Lu
pus inquit alter/ Oho mala ea beſtia eſt/ & abſq̧ fide:caue tibi ab ea. Non eñ ſan
ctum Antoniũ tñ/ſed ipm̃ Chr̃m ſi poſſet falleret. Stultum eſt in his fidere quorũ
exercitium in fraudando cõſumit.

## ¶ De mirabili cõſitentis & cõfeſſoris re ciproca pro ſatiſſactione recõpenſa.

Quidam ſeu ſerio/ſeu ſacerdotis eludendi cauſa ad eum adijt: aſſerens ſe pec-
cata ſua confiteri velle. Iuſſus dicere quæ meminerit. Ait neſcio quid ſe ab altero
dam furatum:ſed illum multo plus eripuiſſe ſibi. Tum ſacerdos: alterũ inquit pro
altero computet:quoniã pares in facto eſtis. Addidit etiam ſe alium quempiã ver
beraſſe: ſe quoq̧ ab eo vapulatũ. Eodem modo ſacerdos parem fuiſſe culpam &
pœnam dixit. Plura ſimili modo cum retuliſſet:ſemp ſacerdos alterũ pro altero cõ
penſandũ reſpõdebat. Tum ille. Reſtat nunc peccatũ inquit/ingens qđ dicere ve-
reor atq̧ erubeſco:tibi preſertim ad quẽ maxime ſpectat. Cum hortaret eum ſa-
cerdos ad deponendã verecundiã & libere profitendũ crimen : cum diutius recu-
ſaſſet:tandem motus exhortantis ſacerdotis verbis. Ego inquit ſororem tuam co-
gnoui. Tum ſacerdos. Et ego matrem tuam ſæpius futui. Itaq̧ & ut de reliquis
alterum alterius culpam luat:ita paritas criminum peccatorem abſoluit.

Cõſitentis & cõfeſſoris illuſio

## ¶ Duorum Florentinorũ adoleſcentiũ dicta ſale reſperſa.

Adoleſcens quiſpiam Florentię deferebat ad Arni fluuium retia quibus lauan
tur lanę. Huic obuius dicax puer ridendi illius gratia: Ad qđ cum iſtoc rete per
gis aucupitum inquit? Tum ille: ad exitum lupanaris vado: ut extenſo ibi rete ca
piam matrem tuam. Eueſtigio alter: Heus tu inquit/ pulſa locum diligentius: nam
& ibi quoq; reperies tuam. Duo eodem ſale reſperſa dicta.

¶ Adoleſcentis confuſio ſup men-
ſam mingentis in conuiuio.

Nobilis in Hungaria adoleſcens a quodam nobiliore / quo cum ſibi affinitas
erat/ ad prandium vocatus: acceſſit cum famulis/ equeſter: cum abeſſet longius.
Cum ex equo deſcendiſſet viri mulieresq; obuiam prodeunt: adoleſcẽtemq; eue-
ſtigio ( & hora erat tardiuſcula ) ad triclinium cõuiuio paratum deducunt. Lotis
deinde manibus/ in menſa inter duas formoſas adoleſcentulas hoſpitis filias ado-
leſcens collocatur: qui mittendę urinę cupiditate pre pudore tacita/ neq; ulla data
diuertendi facultate: inter edendum mingendi cruciatu ita vexabatur/ ut cibo
rum cogeretur obliuiſci: cum om̄es ſuſpenſum animi remiſſioremq; in ſumendo
cibo viderent/ ac hortarentur ad edendum. Ille dolore motus / dextra manu ſub-
tus menſam poſita / priapum occulte exertum in altera ocrearũ mingendi gratia
demiſit. Adoleſcentula dextrę proxima: Heus ede alacriter inquiens / brachioq;
ſubito ꝑhendens/ manum extulit ſupra menſam/ virilia tenentẽ ac mingentẽ; ex
quo urina menſam reſperſit. Ad tam inſolitum ſpectaculum riſere om̄es / adole-
ſcente admodum verecundia perfuſo.

¶ Callida conſilia Florentinę foe-
minę in facinore deprehenſę.

Mulier prope Florentiam publici hoſpitis uxor admodum liberalis: cum quo-
dam cuius uſu tenebatur cubabat in lecto. Acceſſit interim de improuiſo & alter
idem qđ prior facturus. Quem pręſentiens ſcalas aſcendentẽ mulier/ atq; obuiã
facta: acriter eum iurgare & ulteriore aditu arcere cępit: aſſerens non eſſe tempus
quo ei ſatiſfieri poſſet: rogansq; ut eueſtigio abiret. Renitendo altercãdoq; cum ali
quãdiu tempus tereret: ſupueniens vir/ quid ſibi vellet ea cõcertatio queſiuit. Foe
mina ad fallendum prompta: Hic inquit irato animo vult ſuperius ingredi ad vul
nerandum quendam qui in domum confugit: quem adhuc continui/ ne tantũ fa
cinus hic patraretur. Ille qui latebat his auditis verbis/ ſumpto animo cępit mina-
ri / ſe ulturum iniuriam dictitans. Alter interim prior vim & minas intentare ſi-
mulabat. Vir ſtultus quęſita cauſa diſſenſionis/ onus rei componendę ſuſcępit. &
cum ambobus una collocutus pacem compoſuit: ſoluens etiam de ſuo vinũ/ ut
uxoris adulterio adderet iacturam potus. Callida profecto ſunt foeminę conſilia
in facinore deprehenſę.

¶ De mortuo viuo ad ſepulchrum de-
ducto loquente & riſum mouente.

Erat Florentię ſtultus cognomine Nigniaca: haud nimiũ inſaniens & ſatis io-
cundus. Iuuenes quidam faceti/ ioci gratia cum vellent ei perſuadere illum graui
ter ęgrotare: re compoſita exeunti mane domo unus obuiam fit: petens/ nunquid
ei mali (cum facie eſſet imutata & pallida) contigiſſet. Nequaq̃ reſpondit ſtultus.
Cum paulũ proceſſiſſet lõgius / alius ex compoſito rogauit: an teneret febrim: cum
macra eſſet facie & ęgritudine oſtentante. Cępit addubitare ſtultus / verum qđ
dicebat credens. Cum prodiret timidus lento paſſu: tertius ut conſtitutũ erat con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſpecto illo. Vultus ait tuus iudicat te febri valida torqueri/& grauem morbū eſſe. Timuit ille magis/& repreſſo pede cogitabundus animo pendebat/an febricitaret. Tum ſupueniens quartus grauiſſime illum infirmari affirmabat: mirariq; ſe dixit non illum in lecto eſſe. ſuaſitq; ut domū e veſtigio rediret: ſeq; ſocium obtulit ut fratrem curaturū. Retroceſſit ſtultus tanq̄ magna grauatus infirmitate: & lectulum ingreſſus/expiranti ſimilis videbat̄. Cæteri ſocij e veſtigio domum prodeunt: dicentes recte illum qui in lecto ſe collocaſſet feciſſe. Paulopoſt ſupuenit quidam qui ſe medicum profitebat̄. Et tacto pulſu/teſtatus eſt ægrum paulopoſt ex eo morbo periturum. Deinde circūſtantes lectum oẽs/dicebant alter alteri: Iam iſte incipit mori: iam pedes frigeſcunt: lingua balbutit: & caligant oculi, ſtatimq; expirauit inquit. Claudamus igitur oculos: & cōponamus manus/& ad ſepeliendū feramus. Et o q̄ magna iactura in iſtius obitu facta eſt. bonus enim & amicus noſter. & ſe inuicē conſolabant̄. Stultus ut defunctus nihil locutus/perſuaſerat ſibi ipſi/mortuum ſe eſſe. Poſito in feretro/cum iuuenes illi per urbem portarent: petentibus cęteris quidnā rei eſſet: Se Nigniacam mortuū ad ſepulchrū ferre dicebant. Inter petendū multi ad ludum concurrebant: cum oẽs Nigniacā mortuum ad ſepulturam deferre dicerent. Vnus ex tabernarijs. O q̄ mala beſtia fuit & fur peſſimus/ait: dignus certe ſuſpendi laqueo. Tum ſtultus cum hæc audiſſet/erecto capite: ſi viuus eſſem ſicut ſum mortuus inquit/dicerem furcifer te per gulam mentiri. Qui eum portabāt oborto riſu maximo/hoīem in feretro reliquere.

## ¶ De dubio ſophiſmate.

Differebant ambulantes ſocij duo: utrum maior eſſet voluptas coitus/an ventris ſeceſſus. Conſpecta muliere quæ congreſſum hominū haud aſpernata fuerat: Percunctemur hanc (alter ait) utramq; rem expertam. Minime inquit/hæc eſt idonea alter/ad hanc rem iudicandā. Multo em̄ futuit ſæpius q̄ cacauit.

## ¶ De Molendinario ab uxore decepto & quinq; ouis refecto.

Aijcietur ſuperioribus confabulatio Mantuę inter oẽs nota. Eſt iuxta urbis pontem mola: cuius magiſter Cornicula dicebatur. Is in ponte poſt cœnā (& ęſtas erat) ſedens/tranſeūtem puellam ruſticanam ætate matura veluti errabundam conſpicatus: hortat̄ cum hora eſſet tarda/& ſol in occaſum vergeret ut apud uxorem diuerteret. Cum annuiſſet illa: accito famulo/duci eam ad uxorem iubet: darique cœnam/& in certo cubiculo locari. Remiſſo famulo/cum intelligeret uxor virum ad adoleſcentulam adieciſſe animū: adoleſcentula in ſuo lecto collocata/ipſa in idem cubiculū dormitum proficiſcit̄. Vir de induſtria ad multam noctem cum vigilaſſet: exiſtimans dormitare uxorem: clam domū reuerſus cubiculū ingreditur ignaruſq; doli/uxorem tacitus tacitam ſubagitauit. Egreſſus quod egerat famulo dixit/ipm ad idem certamē cohortatus. Ipſe patroni uxorem cognouit. Cornicula ad ſolitum cubiculum diuertens/lectum ſilens intrauit: ne uxor ut putabat excitaretur. Mane q̄ primum ſurgens tacitus abijt: exiſtimans ſe puellam cognouiſſe. Hora deinde prandij/cum rediſſet ad domum: uxor in primis ſibi quinq; recentia oua ad ſorbendum dedit. Admiratus vir rei nouitatē: cum quid id ſibi vellet percontaret̄: Illa vultu hilari pro numero miliarium quę ea nocte confecerat/totidem oua ſibi offerri inquit. Senſit ille ſe ſuo laqueo captum: ac ſimulans ab ſe ſolo uxorem cognitam/oua ſumpſit. Accidit plerumq; ut ſuomet dolo caſtigentur improbi.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

### Pulchrum dictum pulchritudinem mentiens.

Ibant per viam Florentię colloquentes ſocij duo: quorum unus erat oblongus & corpulentus ac facie ſubnigra. Is conſpecta adoleſcētula cum matre ambulante. Hęc inquit iocandi gratia/iuuencula formoſa eſt admodum ac venuſta. Illa ad hæc verba inſolentior facta: nequaq; hoc de vobis dici poſſe reſpondit. Immo recte inquit alter/ſi quis prout ego feci vellet mentiri.

### ¶ Facetum mulieris reſponſum/ſed parum honeſtum.

Narrauit mihi quidam familiaris Iſpanus dictum mulieris ſalſum: quod mihi viſum eſt noſtris confabulationibus adijciendū. Duxerat viduam in uxorem vir quidam ætate profectior: qui cum prima nocte dum matrimonio fungerent̄/percipiens uxoris cellam uberiorem q̄ putarat. Mea uxor inquit / hæc tua curia amplior eſt numero gregis mei. Tum mulier: Hoc inquit tua culpa accidit. Nam vir meus qui obijt ( miſereat̄ Deus animę ſuę ) ita hanc adimplebat curiā ut hędi perſæpe extra tabulata pro loci anguſtia proſilire cogerentur. Reſpōſum ſalis & venuſtatis plenum.

### ¶ De dentibus caſum minantibus ſimilitudo obſcęna

Epiſcopus mihi notus ſenior/querebat̄ quoſdam dentes ſibi cecidiſſe / quoſdā ita labare ut eorum caſum timeret. Tum unus ex familia. Ne timeatis inquit/ dentium caſum. Petenti cauſam epiſcopo. Quia teſticuli mei reſpondit / iam quadragita annis pependerunt caſuro ſimiles: & tamen nunq; ceciderūt.

## CONCLVSIO.

Viſum eſt mihi eum quoq; noſtris confabulationibus locum adijcere / in quo plures earum tanq; in ſcæna recitatę ſunt. Is eſt Bugiale noſtrum : hoc eſt mendaciorum veluti officina quædam olim a ſecretarijs inſtitutum iocandi gratia. Conſueuimus em̄ Martini pontificis uſq; tempore quendam eligere in ſecretiori aula locum: in quo & noua referebant̄: & varijs de rebus/tum laxandi ut plurimū animi cauſa/tum ſerio quandoq; colloquebamur. Ibi parcebat̄ nemini in laceſſendo ea quæ nō probabant̄ a nobis: ab ipſo perſępe Pōtifice initiū rep̄henſionis ſumpto. Quo fiebat ut plures eo conuenirent: veriti ne ab eis ordiremur. Erat in eo Princeps fabulator Razellus Bononiēſis: cuius nōnulla in cōfabulationes cōiecimus. Antonius item Luſcus qui ſæpius inſeritur: vir admodum facetus. Cinciuſq; Romanus/& ipſe iocis deditus. Nos quoq; plura e noſtris addidimus nō inſulſa. Hodie cum illi diem ſuum obierint/deſijt Bugiale/tum temporū/tum hominū culpa: omiſq; iocandi confabulandiq; conſuetudo ſublata.

ARGENTINAE
Impenſis prouidi IOANNIS
KNOBLOVCHI: litterario pręlo
IOANNIS SCHOT
preſſum hoc opus
POGGII ſub annū Dn̄i
M D XIII. Kalen̄.
Septembris

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INDEX OPERVM POGGII ORATORIS CLARIS.

Hiſtoria diſceptatiua de AVARICIA fol. 2.
Hiſtorię CONVIVALES diſceptatiuæ tres 13
Prima. Vter alteri gratias debeat pro cõuiuio. An qui vocaṫ: an qui vocat. 14
Secunda. Vtra artium: Medicinę: an iuris ciuilis prę̄ſtet. 15
Tertia. Vtrum priſcis Romanis latina lingua oĩbus cõmunis fuerit: An alia quæ-dam doctorum virorum: Alia plębis & vulgi. 20
DE NOBILITATE liber diſceptatorius 25
In libros de miſeria humanę cõditionis Henrici Bebelij proludium. 32

DE MISERIA HVMANAE CONDITIONIS libri duo.
Primus 34
Ambo diſceptatorij.
Secundus 43.
RVINARVM VRBIS ROMAE Deſcriptio. 50
ASINVS LVCIANI per POGGIVM e græco in latinum traductus 52

INVECTIVARVM LIBER hæc habet.
In FOELICEM antipapam Inuectiuam unicam 59
In F. PHILELPHVM Inuectiuam primam 62
In eundem Inuectiuam ſecundam 64
In eundem Inuectiuam tertiam 66
In eundem Inuectiuam quartam: & reconciliatoriã 71
In LAVRENTIVM VALLAM Inuectiuam primam eo. & ſe.
In eundem Inuectiuam ſecundam 78
In eundem Inuectiuam tertiam 89
In eundem Inuectiuam quintam 96

ORATIONVM LIBER hæc habet
Orõnem primam in funere Cardinalis Florentini 95
Orõnem ſecundã in funere Cardinalis ſanctę crucis 99
Orõnem tertiam in funere Nycholai Nicoli 102
Orõnem quartam in funere Laurentij de medicis. 105
Orõnem quintam ad ſummũ pontificem Nycholaum quintum. 108

EPISTOLARVM LIBRI Contenta.
Proludiũ Henrici Bebelij de laudibus & fœlicitate pagorũ/ruris & ſiluarũ 111
Ad Coſmũ de medicis de laude RVRIS ſiue re ruſtica. 112
Balneorum prope Thuregum deſcriptio. 113
Hieronymi heretici obitus & ſupplicij deſcriptio 114
Guarino Veroneñ. narratoria de varijs 116
Leonardo Aretino eo
Ioanni Lamolę eo
Franciſco mareſcalco. eo
Coſmo de medicis interceſſoria eo
Guarino Veroneñ. ſilentij excuſatoria 117
Iuliano Cardinali ſancti Angeli legato per Germaniam eo
eo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INDEX OPERVM.


Archiepiſcopo Cęſarauguſtano 118
Cancellario Senenſi interceſſoria pro captiuis eo
Coſmo de medicis conſolatoria pulchra eo
Philippo ſuo breuis. 120
Albertho ſuo excuſatoria ſup acerbitatem lr̄arum ſuarum eo
Ioanni pratenſi 121
Franciſco mareſcalco excuſatoria ſuper ſcribendi tarditate. eo
Suffreto Rhodiano rogatiua pro ſignis antiquitatis. eo
Meoloiſio archiepiſcopo Florentino.in quā epiſtolā Valla plurimū inuexit. 122.
Antonio Cremonenſi cōmendaticia. eo
Bildeſtano archidiacono Vincon̄. uxoriū ſe ſcribit. eo
Papę grāruactiones refert ſup beneficijs acceptis. eo
Aeneę ſiluio gratulatoria ſuper Cardinalatu. 123
Eidem cōmendaticia eo
Gregorio Corario ſedis apoſtolicę protonotario / excuſatoria quorundam a ſe ſcriptorū in Venetos. eo.&ſe.
Iacobo Foſcario ſilentij excuſatoria. 124
Andreolo iuſtiniano in Fran.Piſtorienſem. eo
Leonardo Aretino in cuiuſdam inſulſam epl̄am 125
Ioanni Spelmibergenſi eo
Guarino Veronenſi eo
Philippus maria dux Mediolanenſis Poggio/de laudibus Florentinorū 126
Reſponſiua Poggij ad eundem Ducem Mediolanen̄. eo
Coſmo de medicis congratulatoria ſup reuocatōem in p̄riam. 128
Carolo Aretino cōdolet ſuper morte Nycholai Nicoli 129
Leonello Eſten̄.ad v̄tutes & humanitatis ſtudia hortatoria 130
Leonardo Aretino iocoſa tota eo
Eidem 131
Bornio Bononienſi de Traiani excellentia eo
Antonio panormitę:ut grauiora ſcribat hortatoria eo
Antonius panormita Poggio laſciuię ſcriptorū ſuorū defenſiua. 132
Antonio panormitę Poggij reſponſiua contra laſciue ſcribentes. 133
Guarino Veronenſi reconciliatoria 134
Franciſco Barbaro.in qua occaſio diſceptationis cum Guarino eo
Vter præſtantior:Scipio Aphricanus/an Iulius Cæſar eo.& ſequēti
Denſenſiūcula Poggij contra Guarinū Veronen̄.ſuper p̄ſtantia Scipionis 138
Ad Thomam Dialogus de infœlicitate principum 146
Facetiarum liber breuitatibus ſcomatū ſeipm quotat 157.&ſe


CANON.

Nota ta margine hoc ſigno /
addita prioribus & nouiſſime
preſſa demonſtrant

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN